lem artẽ, ſi eueniat caſus, ꝙ aliter cõmodè viuere nõ poſſum, nõ pſumor intellexiſſe đ illo caſu: nec eſt veriſimile, ꝙ pr̃ voluerit aſtringere filiũ ad hoc, nec ꝙ ipſe filius ẽt ſe voluerit ad hoc coartare. Secũdò, qa talis promiſsio iurata, vbi dictũ caſũ de quo agiť includeret, eſſet & inhoneſta & cõtra paternã dilectionem & bonos mores: vñ cõtineret in effectu, ꝙ teſtõr voluit & iniũxerit filio ſuo Einardo, ꝙ nõ poſſet dotare filias ſuas de dictis bonis, eſto ꝙ aliũde nõ haberet vñ dotaret. Et ita, ꝙ potius remanerẽt ĩdotatæ & ſine viro, & ꝙ filius ipſe Einardus pariter ita promiſerit. Certè hæc ſunt euidẽter inhoneſta & contra bonos mores, ſic ſunt & cẽſeri debẽt ineffi- cacia, & non ſeruãda, ſed hr̃i debẽt pro nõ ſcriptis. g l. cõditiones. i. & ii. ff. de cond. inſti. l. gñ aľr. ff. de ver. ob. Et habeť in d. l. condõnes. la i. quod nõ valet condõ, vt ne qs parẽtibus vel patrono alimẽta præſtet, qa eſt contra bonos mores. Dos aũt eſt adeo fauorabilis, vt ſunt alimẽta, & glo. æquiparat ea circa diſtractionẽ rerũ alienari prohibitarũ. in l. ob æs. C. de pdi. minorũ. & in auth. cõtrà cũ rogatus. C. ad Trebel. & magis ſunt in cõſideratione perſonæ, q̃ res: vt l. ſancimus. in ver. excepta. C. de ſac. ſan. ec. Vñ ex capite prohibitionis factę p teſtõrẽ, certũ eſt, ꝙ nõ valet, p ſupradicta. Ex cõſenſu aũt & promiſsione iurata Einardi, pariter nõ valet, eſto ꝙ ſi trãſierit ĩ cõtractũ. Primò, qa cõsẽſus, promiſsio, & iur̃m debẽt ĩtelligi ẜm naturã actus, vbi ĩter ũeniũt: q de ſe nõ habet qđ filia dicti Einardi remanere deberet ĩdotata. Secũdò, vbi aľr eſſet, foret cõtra bonos mores quo caſu nec pactio, nec iur̃m tenẽt, p iura pal. Tertiò, qa teſtõr ꝓhibuit res ſuas imobiles vẽdi & donari noĩe dotis, vel pp nuptias p hæredẽ ſuũ. Mõ dictus Einardus fecit cõtrariũ. Rõ, qa dotẽ & pecuniã cõſtituit filiæ ſuæ, qñ facere potuit & debuit de iure, qđ dici nõ põt cõtra prohibitionẽ teſtõris, nec promiſsio nẽ p ipsũ Einardũ factã. Si ipſe Einardus plus vixiſſet, potuiſſet eã ſoluere de pdiis vel aliũde, q̃ de reb. ĩmobilib. & ita nihil põt ſibi ĩputari: ſed ſupuenit caſus, ꝙ nõ ẽ vñ ſoluať dos, niſi de bonis reſtõni ſubiacẽtib. Maritus vult facere capi de dictis bonis, qd ſibi põt obſtare? Nõ ꝓhibitio dicti teſtõris, p ſupradicta. Nõ ꝓmiſsio iurata pr̃is: qa ipe nõ

venit

uenit cõtrà. Sed maritus q nõ
est hæres eius, uenit, & capi fe
cit dicta bona, iuris authorita
te & dispõne: quæ uult, ꝙ de
dictis bonis in defectu aliorũ
dos soluat, ut in d. authẽ. res
quæ. Vnde dicta Catherina
dotis cõstitutionẽ habet à pa
tre. Quod autẽ soluat de bo-
nis restitutioni subiacẽtibus,
hẽt à iure, nõ à patre, nec ab
auo. Auus nõ potuit ꝓhibere.
Pater uerò re bene cõsidera-
ta nõ venit cõtra ꝓmisũ suũ
nec iurm suũ. Nã nõ alienat,
non diuidit bona immobilia,
nec uenit cõtra disposita ꝑ te
statorẽ. Nõ enim ꝓhibuit do
tare filiã, prohibuit alienari
& diuidi &c. hoc non facit di
ctus Einardus. Lex hoc facit,
Et ad præmissa optimè facit,
quod ponit Bal. in l. ea lege.
C. de cõdi. ob cãm. in 4. q. ubi
quærit, si statuto cauetur, ꝙ
uir debeat lucrari dotẽ, an in
telligatur ẽt cũ præiudicio li
berorũ prioris matrimonii,
& quæstio stat in hoc. An pro
hibita alienatione hominis,
prohibeat cõtractus, ex quo
alienatio legalis seqtur, & ar
guitur pro, & cõtra. Aduerte
tñ, quòd idem Bal. tenet con
trariũ, dicẽs, ꝙ authẽ. res quę
C. cõmu. de leg. non hẽt locũ
ubi interuenit prohibitio ho
minis, uolens dicere, ꝙ casus
ibi excepti de dote, & dona-
tiõe ꝑꝑ nuptias, nõ sunt com
prehensi sub expressa prohib
tione hominis seu testatoris
ita dicit in feudis, in tit. qua-
liter feudũ olim poterat alie
h ña. §. donare autẽ. *h* Et de ho
plenè tetigi in cxl. consilio
meorũ. Et posset dici, ꝙ quæ
stio Bal. de statuto, loquit
alio casu ꝓrsus extraneo q
in liberis primi matrimo
Et cõcludit, ꝙ nõ q a quac
principiũ est ꝑmissum, &
cludit in se aliquid prohib
sequi debemus, id quod p
tit, cuius occasiõe ad proh
tionẽ deuenitur. ille est te
ff. de hær. instit. l. qui solue
q est ad hoc no. tex. ad hoc
cit. ff. de li. leg. l. si is q d
Nã propter inseparabilẽ
iunctionẽ cũ aliquid est l
tũ, totũ licet ad idẽ. ff. de c
inter uir. & uxo. l. si spõs
gñaliter. nec, est mirũ, qd
lere aliquid censeat partim
missum ex ordinatione ho
nis, & partim ex ordinati
ne legis, ut ff. de ma. testa.
socius. Propterea id, qd n
põt procedere ex uno cap.
procedit ex coniũctiõe di
sorũ capitum, ut ff. de lib
posth. l. Gallus. §. ille cas
Præterea, ista mulier inqu i
tũ i se est, sibi cõsuluit, quo
est licitũ, arg. ff. de dam. i
pro

procurator. Et licet ſtatutum illi officiat, hoc procedit de cõſilio legis, nõ cõſilio mulieris. cũ ergo ſtatutũ nõ diſtinguat, ſed gñaliter dterminet, gñaliter debet intelligi &c. Per quas ratiões apparet, ꝙ dictus Einardus ꝓuidit filiæ doté cõſtituẽdo, ꝙ facere potuit & debuit, & nihil fecit cõtra diſpoſitioné teſtatoris: qa alienatio ſequitur ex diſpoſitiõe & prouiſione legis, &c. Quarto, qa ét ꝑ pactũ uel cõtractũ nõ põt fieri tertio præiudiciũ ut l. ſi unus. §. ante oĩa ff. de pact. qđ eſſet in caſu iſto, ſi filia nõ poſſet dotari de dictis bonis. Quintò, quia iſtud, de dictis bonis reſtitutiõi ſubiacẽtibus poſsit dos cõſtitui, eſt ĩuẽtũ fauore matrimoniorũ & Reip. & propterea dicitur in d. auth. & in corpore unde ſumitur, ea enim quę communiter omnibus proſunt, his q̃ ſpecialiter qbuſdã utilia ſunt præponimus &c. Modò ſic eſt ꝙ pacta quæ à re priuata remota ſunt, nõ ſunt ſeruãda ut in d. l. ſi unus. §. in sũma ſciẽdũ eſt. & l. iuriſgen. §. ſi paciſcar. & ibi, quæ nõ ad publicã læſioné, ſed ad rẽ familiarem reſpiciunt, paciſci licet. ff. de pact. Sextò, qa & ipſe Anto-
i niꝰ frater tenebaẽ eã dotare. i l. cũ plures. 6. cũ tutor. & ibi gl. & Bar. ff. de admi. tut. glo. in l. nõ omni. C. eo. Et Cy. ibidẽ. & Bar. in l. i. ff. ſol. mat. & in l. dedi dotẽ. ff. de colla. bono. poſtquã ergo tenebatur, doloſè uerſaẽ petẽdo illud ꝙ reſtituere tenebatur. Ex quibus ſequiẽ dotẽ dictæ Catharinæ ſolui debere de & ſup dictis bonis Antonii aut teſtatoris reſtitutiõi ſubiacẽtibus, maximè in defectu bonorũ dicti Einardi filii dicti teſtatoris, nõ obſtãte dicta prohibitione confirmata ꝑ dictũ Einardũ eiꝰ filiũ. ita fuit unanimiter cõclusũ inter dominos meos parlamẽti: & inde fuit iudicatum de mẽſe Decemb. M.ccccl v. die ſententiarum natalis Domini.

a Primò] *Cõſidera qũo ex themathe p̃miſſo reſultat quæſtio bipartitè collecta, exindeq; inſurgũt tria q̃ſita, et ſic incidit illud ꝓuerbiũ dũ anſam ſoluimus, nõ dũ dicimur ligauiſſe. c. cũ olĩ. de uerb. ſign. de quibus oĩbus ſigillatim ꝑ ordinẽ inferius diſſeritur, excepto ſecũdo quæſito, quod p̃poſteraẽ uel uerius p̃teritur. cuius tamẽ reſolutio ſatis colligitur ex concluſione innuente cõdemnationem ſolutionis ipſius dotis fieri debere.*

b Tamen nõ poteſt eius petere ſupplemẽtũ legitimæ] *No[illegible] unũ ſingulare, uidelicet modum*

modū p quē ius naturale immutatur. Nā legitima debetur filiis iure naturæ, de iure naturali, secūdū quòd filius debet succedere patri. i. dist. ius naturale nō autem de iure naturali et formali: quia tunc non posset immutari etiam per statutū: ut notare uidetur do. Bal. in l. fi. in §. ipsum autem filium. C. de bo. quæ lib.

c Et post sed impugnādū putauerit] *Ista uerba sanè crediderī fore intelligēda. Nō enim nocet primus actus pactiōis nec secūdus actus admißibilis, siue agnitiōis, nisi alii actus de remißione sequātur. ut ī d. l. si qñ. §. generaliter, et ibi gl. et d. Odof. Bar. & Bal.*

d Non pōt contrauenire] *Ita ēt tenet d. Cy. dicēs, durū est cōtra stimulū calcitrare, qa facta ē nona decretalis, q̄ dicit sacramētū hoc casu seruādū, extra de pact. c. ij. li. vi. ut in p̄dicta l. si qñ. in uersi. rursus. sed ibi ī §. illud ēt. ī uer. itē no. d. Odof. cōtrarium dicere uidetur quia fortè illam decretalem nondum uiderat.*

e Sed nūc restat uidere de tertio] *Caue qa author quo ad huiusmodi mēbrū nō uidetur procedere seriatim, sed q̄si per satyrā. Ipse. n. formauit secūdo loco 3. q. quarū ulti. non cōtinuatur cum duabus p̄cedētibus, sed referri uidetur ad illud, q̄ in thematis initio pposuerat ibi, et īter cætera*

in d. testamēto cōtēta effectu ter prohibuit &c. usque illu quo testatore mortuo exclus...

f * Nō includitur] *Adde nūq... hibitio alienatiōis pp fragili... ætatis ualeat, si cōcernit du... xat fauorē phibiti. tradit P... de Cas. in cōs. 131. inci. uide dicēdū. in i. parte cōsiliorum. nūqd alienatio prohibita p... torē, extēdatur ad descēdē... filiis prohibitis. Et qd si p... tutiōe dotis alienatur resp... torē prohibita alienari. uid... nino phil. Cor. in cōs. 38. īcip... cet mihi. col. ij. uer. tamē c... col. pen. uer. ita nec. in i. ...*

g Haberi pro nō scriptis] *Im... rius talis cōditio testamētū uitiare uidetur. nā cōditio... pis adiecta in institutione... uitiat testamētū. ff. de cōdi... l. filius. et optimè ad rubrū... qd ibidē in fi. dicitur, uide... et ut gñaliter dixerī, quæ... bonos mores fiunt, nec facere posse credendum est.*

h Bal. §. donare aūt] *Quæ... no uideas: & illum ibidem... plectitur in suis addit. d. ... dr. Barb.*

i Frater tenebatur eā dot... *Et ita tenet d. Bar. in l. ... ff. sol. col. uer. præterea. ... frater sororem tenetur, si ... de non habet, dotare, sicut ... et l. qui filium. & ibi gl. Bal. ... Bal. ff. ubi pup. educ. deb.*

SVMMARIVM.

1 *Literę quĩquẽnales impediãt ne executionẽ ſentẽtiæ Parlamẽti.*

QVAEST. XCVII.

PRo cõſeruatione authoritatis pñtis curię parlamẽti executiões ſñiarũ q̃ in ipſa curia proferũtur & in rem trãſiuerũt iudicatam, nó debent retardari nec alias
1 impediri p̃textu literarũ* uulgariter quinquẽnales *a* nũcupatarũ, quæ à cancellario domini nr̃i Delp. emitti & concedi cõſueuerũt. Et idẽ ĩ aliis literis dilatiõis uni⁹ aut triũ anno cõceſsis debitoribus ad ſoluẽdũ eorũ debita. Et ita ẽt ſeruat ſtylus curiæ parlamẽti Pariſius, prout retulit reuerẽdiſsimus in Chriſto pater & dñs d. Io. Girardi archiepiſcopo Ebredunẽ. uicecãcellarius præfati domini noſtri Delp. ĩ hac curia Gratianop. ĩ magno conſilio eiuſdẽ domini noſtri Delp. in quo erat ipſe domin⁹ archiepiſcopus ſpectabilis miles, d. Ludouic⁹ de Laual. gubernator Delp. nobilis & potens uir Raymũdus, d. Mõtis Einardi, eiuſdẽ do. gubernatoris locũteñ. baſtard⁹ armigniaci mareſcalus Delp. ac domini curiæ parlamẽti, uidelicet d. Io. Bauili iuris utriuſq; doc. p̃ſidens, Matt. Thomaſsini, & ego Guido papæ, anno natiu. d. M. ccccl vi. Et ita expoſt fuit obſeruatũ ĩ hac curia parlam. ſed an nullitas oppoſita cõtra ſentẽtiã parlamẽti impediat executionẽ. uid̄ s̃. q. 50. đ hac materia literarũ quinquẽnaliũ uide q̃ ſcripſi j̃. q. cix. An reſcripto principis poſsit executio ſentẽtiæ curiæ parlamẽti ſuſpẽdi uſque ad diffinitionẽ cauſæ remiſsiõis, uide quę ſcripſi infra quæſtione. 420.

a Quinquennales] *In materia hmõi literarũ per quas mortaria p̃ſcriptio remittitur, i deſt, dilatio dat̃ uel remouet̃ uide l. quoties, et ibi ſcripta p̄ d. Odof. Bal. 1 et Azo. in sũ. C. de preci. Imp. of.*

SVMMARIVM.

1. *Creditoris ius ĩ pignora debitoris nõ apparẽtis ĩ ſubhaſtatiõe bono.*

QVAEST. XCVIII.

DE ſtylo huius curiæ parlamẽti: ubi in ĩcãti
1 bus nullus * apparet ẽptor, cõſueuerũt cõcedi literę, p̄ quas illa bona incãtata ſufficiãt, & ſi nõ ſufficiãt, alia mobilia uel ĩmobilia ad ele-
a ctionẽ creditoris *a* capiẽda tradũtur & expediũtur creditori abſq; aliis incãtibus ĩde fiẽdis eſtimatione p̄borũ uirorũ ĩ pñtia debitoris, ſi citat⁹ adeſ

ſe

se uoluerit; detracta v. parte ac utilitatē creditoris, licet iuris dispositio se aliter habeat, in l.a diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudi. De materia ī cātuū, & de mō tenēdo ī executione sñiarū parlaméti, ui de q̄ scripsi ĵ. q. 329. & q. 215.

a Ad electionē creditoris] *Hæc de cōsuetudine de iure autē scripto in executione, priò debēt capi mobilia, secūdo īmobilia, tertiò, noīa, et hoc pro modo debiti, et non ultra: ut in l. a diuo Pio: § in uenditione. & §. si pig ff. de re iud. & ibi do. Bart.*

SVMMARIVM.

1 *Literæ cōpulsoriæ in cōtumacē.*

QVAEST. XCIX.

De stylo dictæ curiæ parlaméti in eadē obseruaē & hr̃iter ī om-
1 nibus curiis inferiorib⁹ hui⁹ * patriæ, ꝙ quādo inchoaē processus per supplicationē sup actiōe reali, personali uel mista, & reus supplicatus personaliter apprehensus citatur, & nō comparet p se uel eius procuratorē legitimè fundatū, concedi cōsueuerūt literæ compulsoriæ expensis in cōtumacē super petitis ī supplicatione cum oppositione diei. Quia oppositiōe adueniente, nisi die oppositionis comparеat ipse reus supplicatus, cō-
cedunē præcisæ cū exp... cōtumaciā, absq; ét iustit... tiōe petitorū in supplicati... & non auditē ex post reus, ... nec purgata cōtumacia, ... licet solutis prius actori ...
a plicāti oībus expésis a su... catiōis cōpulsoriarū, pcis... incātuūq; & aliorū indeb... torū. & ꝙ ita decætero ... uetē fuit dictū & cōclus... camera cōsi. M. ccccl vi. ... xx. Martii. & iste stylus ... tis rōnabilis & iuri cōfor... qa ad instar primi decre... troducitē, imò, qđ plus est, mū decretū est magis rig... sum: cū post annum de... soluédo expēsas nō aud... de iure: iuxta gl. in c. pr... de dolo & cōtū. in gl. fi. ... p proprietate: ut ibi gl. no... Secus autem erit in casu ... quia ét post annum solu... expensas contumaciales, ... de stylo audietur. Sed qu... processus inchoetur per ... pulsorias super instrō obl... torio, an reus ueniens de... audiri cōtumacia purgata de quæ scripsi supra q. 66.

a Solutis expensis] *Ut c. qm̄ ... in alijs. ut lit. nō cōte. et ... di sancimus, et ī c. finē. in ... nūquid. circa prin. & ibi do. ... An. in nouella. de do. & cōtu ... Spe. in tit. de expē. §. si ante ... hoc autem certum.*

SVM

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiæ in emphyteusim dari possunt, sine solennitate.*
Ecclesia quot & quibus casibus possit alienare.

QVAEST. C.

PRiores & ecclesiarũ rectores* bona ecclesiæ alias in emphyteusim data, si ad ipsos peruenerint & reuertantᷓ, pñt in emphyteusim rursus tradere *a* nõ seruata solẽnitate, q̃ in alienatione rerũ ecclesiasticarũ requiritᷓ, & probatᷓ in simili in c. ii. ex̃ de feu & ibi doc. & in ti. epis. vel abbatẽ. in c. i. col. x. in feu. licet tex. ibi loquatᷓ in re feudali: idẽ tñ est in emphyteoticaria. vt dicit Bar. *b* ĩ d. auth. q̃ rẽ. C de sac. san. eccle. & Bal. in auth. quibuscũque. C. eo. ti post Iac. de bello visu. q̃ alle. Arch. idem tenuisse. in c. ep̃s. xii. q. ii. Sed si res non fuerit solita albergari. põt tñ albergari seruata forma, q̃ in albergatione rei ecclesiasticæ de iure requiritᷓ. vt plenè per Bar. in d. auth. qui rẽ. *c* & ita fuit determinatum in hac curia parlamẽ. M. ccccIvi. ĩ cã, quã habebat prior mirabili, contra Ricardos frẽs, in manib. Petri de Bolliaco secretarii Delph. Sed fuit lata sñia contra dictũ priorẽ: quia in processu fuit probatũ, rẽ, de qua ibi agebatᷓ, fuisse solitã in emphyteusim dari. Sũt tñ sex alii casus in quib. ecclesia põt alienare, * qui ponuntᷓ p̃ glo. in auth. de non alie. §. nos igitur. coll. ii. de hac materia aliena. rei ecclesiæ, si & qualiter & qũo põt alienari, & q̃ solẽnitates requirantᷓ: vide q̃ plenè scripsi ĩ. q. 149. seq. vsq; ad quæst. 170. & q. 494.

2

a Priores pñt in emphyteusim rursus tradere.] *Pro inuestigatione ueri, quo ad hmõi dictum, nosse oportet, uidelicet q̃ licet Papa Vrbanus ii. qui fuit tpe Imperatoris Henri. iii. anno M. lxxxviii. inhibuerit p̃latis & personis ecclesiasticis dare in futurũ res ecclesiarũ in feudũ: tñ cõsuetudo feudalis confirmat p̃teritã dationẽ feudi, de istiusmodi rebus factã, & permittit eã in futurũ, si est ecclesiæ consuetudo. quod est uerũ siue dictus p̃latus siue persona ecclesiastica reperiat tẽpore sui ingreßus dictas res ab aliis possideri, et posteà sibi aperiantur, siue iam reperiat deuolutas ad ecclesias tẽpore p̃deceßorũ suorũ: & hoc intellige locũ uendicare, dummodo non sit facta de his uera incorporatio & trãsfusio ipsarũ rerũ in mẽsam et tit. & dñium ipsius ecclesiæ, ut in*

c.uno.in prin. epi.uel abba. uel dom.plebis feu.dare non posse.in usi.feu.& ibi do.Bal.et plenius do.Ia.de Alua.et idē in feu.tit. qui feu. da.pos.in princ. in uer. op:cū gl.ii.et in uer.ob.ab extrà.

b Vt dicit Bar.in d.auth.q rē.] *In uer. antequā determinē ipse do.Bar.innuere vr̄ dum in utroque pariformiter loquat̄.et facit quod dicit do.Io.An.in addi.ad Spe.ti.de feu.ij.col. uer.ciij. ibi uide quod de emphy.dr̄. et procedere vr̄ ar. de feu. ad emphy. ut no.gl.in c.i.in fin.si agnatus uel si. defunct̄. pos. retinere fundum hære.col.x.et no.do. Bar.in l.si mihi et Titio.ff. de uerb. ob. cum suis concordan.ita dicit do. Alex.in iii. uol.cons.xliii. prope prin uer.hoc idem probatur.*

c Bar. in d.auth. qui rē.] *Vult alleg.do.Bar.in auth perpetua. et uide do. Barto. in auth. quas actio.eo.tit.de sac.sanc. eccle. et Spe.de loca.§.nunc aliqua.uer. vii. ibi; et addit circa præsentem. et Ang. Are. quem omnino uide in §. adeò autem, et §. iii eo.uer.eo.gl.insti. de loca.*

SVMMARIVM.

1 *Ficta traditio per precarium operatur ne traditionē uerā.*

2 *Res emphyteoticaria quo casu cadat in commißum.*

3 *Dominus directus an possit petere laudimia ab emptore.*

QVAEST. CI.

SI quis rē emphyteoticariam vendat sine consensu dn̄i directi, & consti-
1 tuat* se eā tenere noīe precario emptoris: donec ipse emptor possessionē realem adeptus fuerit uel retineat sibi usumfructū: ex quibus cōstituto & retētiōe ususfructus sit possessio in ēptorē iux. q si quis. C.de dona. & l. quod meo. ff. de acquirē. pos. an cadat ī cōmissum, uidetur sic, per l.ii.in prin. ibi non licere emph. sine cōsensu suas meliorationes aliis ue re. &c. C.de iur.emph. cōtra-
2 riū tn̄ est ueritas *a* q a ex simplici uēditione si res nō tra-
b ditur realiter, *b* nō cadit in commissū, ita dicit Pe. Ia. in tit. acti. in rē, quæ pro re emph. cōpe. idē ēt Pet. Ia. in re fe. ti.de act. ī rē, quæ p re feu. pe. & pbat tex. d̄ phi. feud. p Fed. ī §. callidis. ibi, dū dicit tex. & ī alios transferūt. Et hoc ēt tetigi]. q. 62. circa. Cōtractus. n. à reali traditione nudus, nō facit rē cōmitti: no. Bal. ī ti, q b. mo. feu. amit. §. aut si. & faciūt no. p. eū. in § deniq;. q̄ sit cau. bene. amit. in c.1.de phib. feu. ali. Et hoc uoluit Saly. ī l.ii. C.de iu. emphy. & facit qd̄ no. Pe. Iaci. ba-

bellis ĩ ti.de act.ĩ ré que ꝑ re emphy.cõpetit.dicẽs ꝙ ibi fit authori.l.ipſo iure dñii träsla tio,ſicut ĩ caſu in l.fi.C.de ſa croſan.ec.vł in pac.le. cõmiſ. vł adiectiõis ĩ diẽ.vel inſt.hæ red.vł legato. ꝙ hoc caſu licet ſit trãslatũ dñium autho ritate.l.ꝙ ex illis actibus ſiue contractib.res nõ cadit in cõ miſſum,niſi ĩteruenîat realis poſſeſsionis appræhẽſio, cum ſemper penes vẽditorẽ rema net ſaltẽ detẽtio,vt dicit Bar. in l.creditores.C.de pigno.Et per hoc ẽt patet reſponſio ad ea,quæ ſuprà dixi,ꝙ ex cõſti tuto vł retẽtiõe uſusfructus trãſit poſſeſsio ĩ emptorẽ, qa hoc ñ eſt verũ,vt res cõmittatur cũ fictiõe iuris, illud fiat. Vł ẽt,qa illud procederet, ſi poſteà realis fuiſſet poſſeſsio apprehẽſa,nã ut dicit Bal. ĩ l. ab emptiõe. ff.de pac. licet interueniat cõſtitutũ vł ſimile: tñ adhuc ẽ obligatus uẽditor ad realiter tradẽdũ rẽ vẽditã, quicquid ibi dixerit Bar.& al legat Bal.gl.in l.Iulianus. §. ex uẽdito.de acti.emp.q a ante realẽ tradõnẽ nõ dr̃ oĩ per fe ctione perfecta uẽditio : vt dicit gl.in l.ſi quis rẽ.ff. de ac. emp.& ĩ l.ꝑfecta.C.de reſcin. vẽd.Et ꝙ res non cõmittat̃ ex ſola uẽdõne, niſi interueniat realis traditio,facit §. vẽditæ & traditæ.inſt. de re.di.Et ita ẽt tenet Spe.in ti.de loc. in §. nũc aliqua.ver. xix.& uide l. alienatũ.ff.de ver.ſig.& l.cũ ſi deicõ.ff.de fideicõ. li. & uide c.fi.extrà de loca. & ibi gl. & doct.& quæ s̃.dixi ĩ vẽditiõe pñt adaptari ẽt ĩ donatiõe:qa quo ad hoc æquiparant̃ iuxta l.quoties duob.C.de rei vẽdi.

2 * Et ſic res emphyteoticaria donata vel vẽdita ex ſimplici cõſtitutione p̃carii,aut alia ficta traditione, nõ cadit in cõ miſſum:niſi ſequat̃ realis apprehenſio poſſeſsionis ſine cõ ſenſu dñi directi.Et ita iudicat̃ in hac cùria parlamenti, prout uidi in plurib.caſib.de

3 terminari.* Sed iuxta hæc q̃ro,an hoc caſu ex ſimplici cõ ſtitutiõe p̃carii aut alia ficta traditiõe dñs directus poſſit petere ab emptore laudes, & vẽdas anteq̃ emptor accipiat realẽ poſſeſsionẽ rei ſibi vẽditæ.Seruat̃ in hac curia ꝙ nõ c

c pñt peti laudimia,quòd ẽ iuri & rationi conſonũ, cũ laudimia de iure debeantur dño directo pro labore inueſtituræ:& ponẽdo eũ in poſſeſsionẽ realẽ rei vẽditæ:iuxta l. ñ. C.de iur.emphy.Sed cũ in p̃cario aut alia ficta traditione iſte labor dñi directi non interueniat : ſequit̃ ergo quòd nõ debet̃ laudimiũ. Quia ceſ

ſante cã ceſſare debet effectus; ut ĩ c.cũ ceſſante.ĩ prin. extr.de appel. cũ ſi.Et ſic dñs directus ex tali ficta traditione nõ poterit agere ad cõmiſſum,nec laudimia petere:ſed ſemper habebit actionẽ ſuã perſonalẽ ad canonẽ contra primũ emphyteotã,uel ad cõmiſſũ,ſi ipſe primus emphyteota ceſſet triẽnio in ſolutione canonis; aut aliter uerſeť, q̃ à iure ſit permiſſum,donec emptor rei emphyteoticariæ accipiat realẽ poſſeſsionem, quo caſu accipiat ſine laude dñi directi, poterit agere dñs directus cõtra emptorẽ ad cõmiſſum , iuxta iuris diſpõnẽ in hac materia ,

a Contrarium tñ eſt ueritas,] *Profecto uerior ur̃ prima opinio:quia negari nõ põt, quin res alienata et fictè tradita fuerit per cõtractũ retentionis uſusfructus,aut cõſtituti , ex quo uera transfertur poſſeſsio & dñium utile:ut l.certè.§.i. et §. Iul.ff. de pre. et ff.de pac. l, ab emp.de rei uen.l. q̃dã mul. de acqui.poſ. l.quod meo nomine et l ,interdũ. ext.de reſti ſpo.c. cũ ueniſſent et quod ibi no.do.Inn.ad hoc quod no.C.de rei uen.l.quoties. iſtud habet rõnẽ. Nã idẽ operatur fictio in caſu ficto, quod ueritas ĩ caſu uero: ut no.inſt.quib. mod. ius pa.po.ſol.in §. ſed ſi ab hoſtibus.uer. quia poſtliminiũ fingi nã ſi fictio eſt in re certa cõtraria ueritati , ꝑ ueritate aſſumptio: ut dicit do.Bal.in l.ſi me ꝑ ſidetis.ii.co.uer. ulterius q̃r. de prob. et habet effectũ ueritatis.ut dicit do Car.ĩ cle.quia ca.q.21.de ele. Sic igiť patet, ficta traditio idẽ operať q̃d et realis: ergo etc. hinc eſt, quis primo uẽdat et cõſtituit poſſidere noĩe empto. et ſecundo tradat,prior emptor eſt potior d.l.q̃d meo noĩe quia prius ſit acquiſitũ ei utile dñiũ:et ſic realis rei uẽdicatio, q̃ ꝑferẽda eſt recte oppoſito , ꝙ dicamus ſecũdũ emptorẽ directũ dñiũ in ſe trãslatũ.ff de ꝑcu.l.in causa in fi.imò poterit petere illud inſt,per cõdõnẽ.l.lic.C.de acq. poſ.per q̃ l.ſecundo uendens primo ꝑiudicare nõ potuit: ut no. do.Io.An.in add.ad Spe.de em. et uen.§.i.uer et no q̃ expreſſe in addi.quæ inci.hic dubitatur. Verũ hic poſſet cadere dubium quid in hmõi poſſet caſu commodè biliter pœna cõmitti. ſi res non maneť. Quippè dicendũ eſt,quod de rigore iuris , ẽt ita intelligit do.Bar.in l. ſequiť.§.itẽ Labeo ĩ fi.ff.de uſuc.de æquitate tñ ſecus:ut tenet Spe.in d.§.nũc aliqua.uer.xcvi. Et ꝑdi. opp.tenet formaliter do.Ant.de But.cons. 34.inci.Ieſu Xp̃i etc.de iure etc. que lõga alle. ſi tua.ſub tit. de emp.*

emphy ec. Non obstat quod not. Spe.in d.§.nō aliqua.ver.xcv et Pet.Ia.in ti.de act in rem pro re emphyt.quæ ceci.in cōmis.v.col. §.item circa.l.fi. Quia ibi loquūtur in uendente uere uel ficte, nō tradente. Et si verba Pet.Iac. pōderant, faciūt pro opi.prædict. quia dicit quod emphyteo.pōt uēdere rem emphyteo.sine consensu dñi, dum tamen contractus stet in finib.suis: sed retento usufructu, seu constit. facit cōtractum egredi fines suos, quia ex ui alterutra trāsfert: ut suprà, extat nera possessio, et vtile dñium. et sic (ut d se patet) ñ statim ergo etc.

Si res non tradatur realiter.] *Vtrū secundum cōmissum habet locū pro uenditione sola, si res nō traditur realiter: vide istum consi.126.incip.de anno do.M.c.et cons.192.incip. ex facti narratione.nu.3.ver.& præmissa.*

Seruatur quòd non.] *Sinautē dñs, ut opi.prædicta in proxima apostilla vult, ꝙ possit agere ad cōmissum in huiusmodi casu: ergo si vult pōt agere ad cōmissum, et petere ius sibi quæsitū ex tali alienatione, offerendo separatū nouū emphyteoticariū i possessionē realē suscipere, et sibi imputetur, si p eū stet quominus ī possessiōe reali adño suscipiatur: est tñ uerū, ꝙ si nudus cōtractus uēditionis tamū ad emphyteot.celebratus fuisset, nō posset dñs eum cogere vltrà possidere ad trāslationē iuris sui: nisi iam dominū super hoc requisiuisset: vt dixit Pet.Iac.in d.ti de actio. in rē.in §.i.secūdus intellectus.ver.item colligitur hic: in §.necessitatē.*

SVMMARIVM.

1 *Aduocato nō licet facere pactum de quota parte litis. Et quæ sit eius pœna.nu.2.*

QVAEST. CII.

1 LIcet nō sit licitū* aduocato facere pactum de quota parte litis: & si faciat, nō valet.l.si q aduocatorū.C. de postu. nec ēt de re certa siue particulari, de qua litigabat: licet non per modū quotæ: s̄m Bal.in d.l.si q aduocatorū.C.de postu. & si faciat, punit: ut in d.l. si q aduocatorū.& iii.q.7.§.tua.uer.arcent.facit l.litis. C.de pcur.
2 *Punit videlicet qa priuat ab officio aduocatiōis: ut in d.l.si q aduocatorū.tñ pōt aduocatus pacisci đ pecunia in genere vel alia re q̄ de ea q̄ est in lite.a ita dicit Ang.de Per. in l. sumptus.in fi.ff.de pac. qa aduocatus pōt vēdere suum.cōsil.xi.q.iii.nō licet.cū ibi not. & videlicet pactū: vt dicit Barto.in l.i.§.si cui.ff.de uariis & extraordi.cogni. Et sic aduocatus licitè pōt pacisci de re, que

quæ nõ est ĩ lite: ut dicit Bal. in d.l. si q aduocatorũ. Et ẽ ratio: quia tũc cessat ratio prohibitionis legis. Et põt aduocatus facere pactum de prosequẽdo causam clientuli sui ipsius aduocati sumptib. & ualet pactũ. per tex. d.l. sumptus in prin. Etiã de lite prosequẽda usque ad finẽ litis, pro quo l. fi. C. de condi. ob cau. Et ipse clientulus pro ipsa lite prosequẽda usq; ad finẽ litis aliqd reddiderit, aut promiserit aduocato, ualet talis ꝓmissio: ĩ l. vna. C. de suffrag. & aduocatus illud debet habere, sine cã finẽ accipiat per sñiam, siue p
b amicabilẽ concordiã. *b* ita dicit gl. notabilis ĩ. l. fi. super verbo, ad eũ litis. ff. mãd. & in d. l vna. de suffra. in glo. fi. & hoc ibi sequit̃ Cyn. idẽ tenet Guliel. de Suza. p l. si extraneus. ff. de cõdicti. cã da. quia cõcordia quandoq; accipit̃ pro diffinitione. xvi. q. 6. c. inter cætera. ĩ vltima gl. Et vide quæ ponit Alb. de Rosa. in suo repertorio, super verbo, cõcordare. Etiam si amicabilis cõcordia medio alterius, quàm aduocati facta fuerit: quia cũ per eũ nõ steterit quominus cãm in iudicio cõduxerit, debet habere integrũ salariũ: per tex. in d. l. i. §. diuus. ff. de variis & extraordi. cogniti. & ibi glos. &

Bar. hoc ibi volunt. & ista c munis opi. vt refert Spe. in de sala. in §. sequitur de aduocatorum salario. in uer. sec
c ne & hoc casu *c* &c. Et quæ dixi, de aduocato, idem iur est de ꝓcu. ut dñt Cy. & B in d. l. si qui aduocatorũ. C post. Et de hac materia que plenius scripsi ĩ q. xc. ibi decisio ad plenum per curiam parlamenti facta.

a De alia re quàm de ea quæ in lite.] *Et hoc est verum in omni iudicio tam uniuersali, quàm generali, atq; particulari: ut tenet Io. An. in addit. ad Spe. in salariis. §. sequitur. ver. illud tũm est. in addi. quæ incipit, not. & ad hæc dom. Azo. in sum. C. de postul. ii. col. uersi. item pacti sunt.*

b Per amicabilem concordi. *Spe. in hanc distin. facit, quæ omnino vide in dicto tit. de salariis. §. sequitur. versi. quid ergo si sit litigator in fin.*

c Spe. in ver. sed pone ꝙ hoc casu.] *Vult allegare Spec. in d. ver. sic. quid ergo si litigator. ibi, pone. circa princip. vbi arg. pro parte affirmatiua, deinde ibidem concludit pro parte negatiua. & sic contra opinionem quæ hic ponitur, denique pro concordandis opinionibus distinguit, ibi, vnde distingue quam distinctionem (ut supra in pri-ma*

ma apoſtilla dixi) uide ꝑ recta huiuſce q̃onis deciſione habẽda.

SVMMARIVM.

Sanctio pragmatica quando & ubi habeat locum.

Cauſæ emergentes inter partes, ex vnione facta per Papam, an pertineant ad cognitionem Papæ, diſtingui. nu. 3.

Vnio ad quid fiat.

QVAEST. CIII.

PRagmatica ſanctio *a* in decreto* d̃ cauſis ſtatuit & ordinauit, ut quæcunque cãæ exceptis maiorib. in iure expreſſè enumeratis in partibus apud illos iudices, q̃ de iure aut cõſuetudine cognitionẽ habẽt, terminent̃ & finiant̃, pro cuius decreti declaratione ſciendum eſt, quæ ſunt illæ maiores cauſæ, quæ cognitioni Papę reſeruant̃, & ĩ iure expreſsè numerant̃. Et reperio ꝙ doctores enumerãt lxxxix. cauſas. videlicet Bernardus gloſſator in c. ſicut unire de exceſ. p̃lato. & in c. ꝙ translationẽ. de offic. deleg. & plenè Spe. in ti. de leg. ĩ §. nũc
b oſtẽdẽdũ. per totũ. *b* tangit ẽt gl. Ia. c. i. de trãslatiõe epiſ. Et ibi ſufficiat remiſsio, quia omnes dictos caſus hic enumerare eſſet magis laborioſum quàm ſubtile. dictos tamen caſus Papæ ſpecialiter reſeruatos, non pót Papa expedire ſine conſilio dominorum cardinaliũ, de poteſtate ordinaria. Secus de abſoluta, ut dñt & tenent Hoſt. Ioan. An. & Henri. Bohic. in d. c. ſicut unire. Et his ſic pręſuppo
2 ſitis,* quæro de q̃ne, quæ cõtingit de facto. Papa vniuit prioratu cõuẽtualẽ ſancti Ciricii prioratui Veyneti. An cãæ poſteà inter partes emergẽtes ex tali unione, pertineãt cognitioni Papæ, & cõprehendãtur in caſib. in dicto decreto de cauſis Papæ reſeruatis? Et credo ꝙ nõ, quia licet ſit propriũ Papæ unire dignitates epiſcopales, ut dicit tex. in d. c. ſicut unire. ĩ prin. Et ſic iſte ẽ vnus caſus de cãſib. Papæ ſpecialiter reſeruatis in locis præalle. per gl. & doct. enumeratis. Nõ tñ eſt ꝓpriũ Papæ unire alias dignitates inferiores, q̃a epi hoc facere pñt q̃libet in ſua diœceſi. vt dicit tex. ĩ d. c. ſicut unire. circa pri. ibi, ita epi eſt eccleſiarũ ſuæ diœceſis unio &c. Et nõ ſolũ eccleſiarũ ſeculariũ, ſed ẽt monaſteriorũ, vt vult textus ĩ d. c. ſicut unire. in ſui caſus poſitiõe. Nã ibi vult textus, ꝙ Abbas ſuũ monaſteriũ nõ uniat alteri eccleſiæ ſine cõſẽſu epi. Ex quo ibi ſatis apparet, ꝙ

episcopus in sua dioceſi ẽt mo naſterio unire poſsit, & ualeat. Et ẽt trãsferre de vna religione ad aliam uniones faciendo. ut probat textus in c. inter dilectos extrà de don. &
c hoc ſatis eſt clarum quia *c* in dictis lxxxix. caſib. ſpecialib. per Spe. vbi s̃. enumeratis, Papæ expreſsè reſeruatis, nõ enumerantur, niſi uniones episcopatuũ. Sequit̃ ergo ꝙ aliæ uniones monaſteriorũ ẽt diuerſorũ remaneãt ſub diſpoſitione epi diœceſani. Quia quando Papa nõ ibi reſeruat, vr̃ relinquere diſpoſitioni epi diœ
3 ceſani. Et ꝙ episcopus* poſsit unire prioratus cõuentuales ſupprimendo dignitatem conuentualem, vr̃ textus gl. in c. i. §. ad hæc. de ſtatu monacho. c. nuper. circa fi. extrà de ſen. excõ. in antiquis. Et non mirũ, ſi episcopi hoc facere poſſint: quia ẽt abbates tales uniones facere poſsũt, ſi ſit per eos præſcriptum, vt dicit Arch. in c. cũ ſingula. de præb. li. vi. idẽ tenet ẽt gl. & doctores in cle. i. §. ad hæc. de ſtatu. mona. & ideò cauſæ emergentes ex dicta unione facta prioratui Veyneti, nõ ptinebãt co
d gnitioni Papę. Cõtrariũ *d* tñ fuit per dictã curiã parlamẽti determinatũ in diffinitione dictæ cauſæ. Et inde poſt ſemper fuit in iudicando in dicta curia ſeruatũ, ꝙ omnes cauſæ emergẽtes in unionibus quibuſcunque factis per Papã, cẽſent̃ de maioribus cauſis, ita ꝙ Papa de ipſis cauſis emergentibus & quibuſcũq; unionibus per eũ factis, debet cognoſcere, vl̃ alteri cõmittere: & ita ex poſt ẽt vidi determi- a
nari anno M.cccclxi. de mẽſe Iulii, ĩ manib. Cabaudi, in cã in dicta curia parlamẽti mota ĩter capitulũ Dieñ. ex vna parte, & fratrẽ Frãciſcũ pelati ex altera, qui impetrauit a Papa Pio cõmiſsionẽ directã officiali Grationo. ꝙ ſi ſibi cõſtet vnionẽ dudũ factã dictæ eccleſię Diẽſis de prioratu ſancti Mauricii fuiſſe ſurreptitie factã, ꝙ ipſum prioratũ cõferret dicto fratri Franciſco pelati & pro hac determinatiõe facit qđ dicit Spe. in ſiti, videlicet, ꝙ ſi dubitet̃ de uirib. diſpenſationis factæ per Papã, cognitio ſpectat Papæ, ita dicit ipſe, in ti. de lapſis & diſpẽ- b
ſabilib. in §. pe. ver. fin. Sed
4 cã ro*iux̃ p̃miſſa, quæ ſunt cãr
e quare ſiat unio, *e* vide Hoſt. in ſumma de reli. domi. §. cui ſubeſt. ver. ſũt aũt quatuor. vide ẽt Gof. in ſumma de relig. do
f mi. in fi. *f* Itẽ an debeãt vocari prior & patronus, qñ fit vnio. vide cle. fi. đ re. ęc. nõ alie.

Sed

Sed aduerte, quia dñs noster rex Ludouicus dictā pragmaticā sanctionem reuocauit, & per suas patētes literas mandauit, quod decæterò nō reseruetur, & fuerūt publicatæ literę regiæ in parlamen. die xxviii. mēsis Ianua. M.cccclxii à die natiuitatis sumpto.

a * Pragmatica sanctio.] *Aduerte, quòd pragmatica sanctio seu consistorialis sanctio, nō requiritur in causis priuatorum, sed in causis uniuersitatum, et sic vbi supplicat Papæ uel Imperatori in causis ciuitatū nō possunt ex se respondere, sed cū cōsilio procerū uel senatorū seu cardinaliū. Ita Bal. & moder. in l. vniuersa. C. de diuer. rescrip. vbi referunt Papā Vrbanū respondisse ambasiatorib. Perusinis, qui venerāt pro factis ciuitatis, quod erat negotiū cōsistoriale explicādū cardinalib. et nō poterat à solo Papa expediri per d. l uniuersa. & idē refert respōdisse Carolum Imperatorem in ciuitate Lucana.*

b Per totum.] *Scilicet, à principio, vsque ver. lxxxix. et ibidem enumerantur lxxxix. causæ specialiter sedis aposto. in signum uniuersalis dominii reseruatę.*

c Quia] *Pro hoc facit ꝙ episcopus vbicunque pōt dispensare, ibi nō inuenit prohibitum, vt dicit gl. arg. contra in capitulo, at si clerici. extra de iudicis et qđ dicit dom. Odofredus. C. de trāsa. in l. trāsigere. in vlt. col. ver. sed denuo quæro, quia ibi satis est.*

d Contrariū.] *Pro quo facere videtur in arg. quod legitur & not. in cap. i. extra de confir. utili uel inutili.*

e Quare fiat vnio.] *Tu vide istū cons. cxxxiiii. incip. circa processum diffiniēdum in prænidentialibus. nu. 1 versi. & præuidētia. & tota deci. clxviii. in anti.*

f In fi.] *Vbi enumerat quatuor causas. s. temporis qualitatem, duarum ecclesiarum vicinitatē, ecclesiæ paupertatem, & desolationem, vel destitutionem à clericis vel monachis.*

SVMMARIVM.

1 *Locus delicti cōmissi an debeat attendi, an locus, in quo est mādans delictum fieri.*

QVAEST. CIIII.

2 CAsus cōtingit a de facto, ꝙ quidā de hac pa-
1 tria* Delphi. mādauit delictū fieri ī terra & iurisdictiōe ꝓuinciæ Ob qđ officiarii ꝓuinciæ requisierūt officiarios Delphi. quatenus sibi remitterēt dictū mādantē ꝓ iustitia ministrāda de delicto ibi ꝑpetrato: fuit dubitatū si debuerit remitti. & reperio ꝙ doc. antiqui tenent ꝙ non debuit remitti, dicētes ꝙ nō dēt attendi

attẽdi loc⁹ ꝺlicti, ſed loc⁹ ubi
b ẽ mãdãs. *b* et ita tenuerũt Dy.
& Pe. de bellaper. ut refert
Bar. ĩ l. ſi ut ꝑponit. ff. de fide-
iuſſ. idẽ tenet gl. in c. uno. de
cõſecratione eccleſiæ uel al-
taris. li. vi. & Hug. ĩ c. de eccle-
ſiis. de cõſecratione. diſt. i. cõ-
trariũ tñ tenẽt ꝑ expſſũ Bar.
c in d. l. ſi ut proponit *c* ff. de fi-
deiuſ. & in l. nõ ſolũ. §. ſi man
d dato *d*. ff. de iniuriis. in uer. q̃
ro, unde orit̃ obligatio &c. Et
e Bal. in l. i. *e* C. ubi de crimine
agi oportet. idem tenet Ia. de
Are. ut refert Bart. in d. l. ſi ut
ꝑponit. idẽ tenet Ia. Bu. ĩ l. nõ
ideo minus. C. de ac. ibi, ſed
facit hoc in arg. &c. Quos ſe
q̃tur Sal. ĩ l. cauſis. C. de accu.
& Pan. ĩ c. ſi. de foro cõpe. ĩ q.
itẽ dubitatur de mãdãte &c.
Et iſta uidetur mihi magis
æqua opi. quia magis fulcit̃ ra
tionibus & autoritatib⁹ doct.
ꝑ qua ꝑpterea eſt iudicãdũ.
Sed ĩ proceſſu Baudoni adhe
marii, & dñi ſaltus, in quo ꝑ
ceſſu locũ habuit, hæc qõ nõ
fuit deciſa: licet inter nos ĩ ca
mera cõſilii fuerit altercatũ.
Sed fuit ipſe ꝑceſus ꝑ alia fun
daméta diffinitus ad opus di
cti Baudoni ſpecialiter, q̃a nõ
uiſũ fuit curiæ parlamẽti, ꝙ
dictus dñs ſaltus ſufficiẽter ꝑ
bauerit delictũ fuiſſe ꝑpetra-
tũ in ꝑuincia: q̃a locus cõtẽ-
tioſus ẽ prope cõfines patriæ
Delphinalis. De materia re-
f miſſionis *f* criminoſi, uiď q. 201.

a Caſus cõtingit] *De hoc per d.*
Felyn. in c ſi extra de foro cõp.
col. vi. in me. uer. itẽ per iſtam
cluſionem.
b Mandans] *Pro hac opinione*
cit quod dicit do. Bal. ĩ l. ij
ij casu ibi et prædicta. C. de
chis ubi uult locũ fore cõſi
dũ, in quo delictum eſt initia
c In l. ſi ut proponitur] *In i*
lum. uer. quæro an ibi.
d Mandato] *In 3. col. in uer. q*
ro unde oritur. in fi.
e Bal. in l. i] *Nihil ibi per do Bal.*
ſed omnino uideas eũdẽ Bal.
fi. C. ſi à nõ cõpe. iu. in ij. col.
pone cõſuetudo ubi tenet hãc o
ẽt probat eſſe ueram, per rati
nẽ rationis, quam aſſignat
hac opi. facit glo. ĩ c. i. ut li. pen
in uer. cellato: ibi, non placet.
f Remiſsionis] *De hac remiſſio*
ne uide poſt oẽs, d. Fely. in c. ſi. de
foro competenti. in co. iii. propo
nem & duabus ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Agi an poſſit cõtra tertiũ poſſeſ*
rẽ, donatarium oĩum bonorum
2 *Cõpulſoriarũ literarum forma*

QVAEST. CV.

AN poſsit agi actiõe ꝑ
ſonali cõtra tertiũ poſ
ſeſſorẽ donatarium
om-

1 omniũ bonorum? * Et primo vr̃ ꝙ ſic, per l. hæreditaté. ff. de do. in contrariũ facit tex. in l. i. §. ſi hæres. ff. ad Treb. ĩ l. æris alieni. C. de do. facit l. ii. C. de hære. vł ac. ven. & de hoc hr̃ per Cy. plenè in l. ii. C. de ui publica. Concluſio tamen doctorum in iure ſcribentium eſt iſta, quòd non poteſt agi actione perſonali cõtra donatarium omnium bonorũ, per creditores, vt dicit gl. ĩ d. l. hæreditaté. in gl. ii. in prin. niſi prius actũ fuerit reuocatoria contra donatariũ, tanquã in fraudẽ creditoris facta, vt tenet gl. in d. l. æris alieni. quam ſequũtur Angelus Bal. Cy. Saly. & doc. Sed dũ eſſemus ĩ camera cõſilii, altercãdo de materia iſta, egregius do. Ioã. Bauilli vtriuſque iuris doctor, præſidẽs, dixit præmiſſa uera eſſe, niſi in caſu in qué donãs deperiret nõ ſoluédo, vel nullus hęres donantis reperiret, quo caſu dicit ipe poſſe agi cõtra donatariũ omnium bonorũ, ẽt actione perſonali, de directo, ẽt non intẽtata reuocatoria, & pro hoc allegauit in ſimili l. ſi maritus. ĩ pricipio. *a* de fundo dotali. & gl. in l. ii. de hæredi. vel ac. ven. vbi dr̃, niſi in ſubſidium &c. Et quia eius limitatio & intellectus fuerunt niſi dominis meis æquè procedere. Ad euitãdum ẽt circuitum, qui de iure euitari debet, fuit iudicatũ, ſm eius opinioné M.ccccl vi. die quarta Septẽbris in deciſione proceſſus Ia. de Nãto, de Romanis, & Ioã. Bruneti, in manib. Petri de Bolliaco ſecretarii Delphi. Et cuius ſententiæ 2 tenor ſequit. Cum* ex tenore dicti proceſſus conſtet, dom. Ioan. Bruneti reũ fuiſſe & eſſe donatarium & poſſeſſoré omnium bonorũ dictæ Catharinę ruſſole quõdam, nullo alio herede ipſius Catharinæ exiſtẽte, de quo per proceſſum appareat. his igit & aliis ex tenore dicti ꝓceſſus apparẽtib. nos ad hæc iuſtè mouẽtib. per hãc noſtrã ſñiam pronuntiamus & declaramus literas præciſas dicto de Nãto ſuper dictis ſuis cõpulſoriis fore concedendas, & de ſumma ibi petita & declarata, & quas idẽ per præſentes concedimus cõtra dictum Bruneti neutrã dictarũ partiũ; iuſtis cauſis ex ꝓceſſu apparẽtib. in expenſis cõdemnando. Super hac materia uide Bart. in authent. ingreſsi. C. de ſacroſ. eccle. Et ponũt aliqui doctores in l. ſi quis ſeruũ. §. fi. ff. de lega. ii. Sed an contra legatariũ uel donatariũ hereditatis poſſẽt creditores hęreditarii agere

re actione pſonali. uide quæ
dixi ĩ.q.460. De actione per
ſonali, in aliis terminis tetigi
ĩ.q.576.&c.

a L.ſi maritus. in principio] *Voluit allegare ij.reſpon.uerſiculo, ſi maritus.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas nõ poteſt ſe in unũ cõgregare, ſine licẽtia Iudicis.*
2 *Syndici uniuerſitatis poſſintne quẽ accuſare nõie uniuerſitatis.*

QVAEST. CVI.

OMnes uillæ & ciuita-
a tes *a* poſſunt habere
& facere proprium et
b burſam communem *b* de iu-
re.ff.ad Trebel.l.in omnibus
& l.ciuitatem.ff.de legatis ii.
Sed curia Franciæ hoc non p
mittit. imò nec congregare ſi
ne licẽtia ſui ſuperioris p fa
ciendo & conſtituedo procu
ratorem ad euitandũ fraudes
& machinationes, *c* quæ cõ-
mitti poſſent contra principẽ
uel dñm, tñ cum licentia age
re & cõueniri permittit & fa
cere burſã cõmunẽ. ita dic t
Ioã.Fab.inſtitu.de rerũ diui-
1 ſione.in §.uniuerſitatis* Simi
liter ẽt ſeruatur in hac patria
Delph. de ſtylo curiarum ex
antiq̃ cõſuetudine, q uniuer
ſitates nõ poſſunt ſe adinuicẽ
congregare pro conſtituendo
procuratores ad agẽdum uel
defendẽdũ, nec burſam ſeu a
liã communẽ facere inter eos
ſine licẽtia iudicis. Et ſi con-
trariũ faciãt, iniquè ſtatur, in
ſtãte pcuratore fiſcali, & con
dẽnant. Et corroborat hæc cõ
ſuetudo autho. Barto. dicẽs,
q uniuerſitas non põt ſe in ſi
mul congregare ſine autho
tate ſuperioris. in l. actor. ff.
rẽ ratam haberi. circa fi. uerſ.
poſſumus tamen ſuſtinere. &
per Archi. ĩ c. conſtitutioni
de uerborũ ſignifica. lib. vi. &
uide plenius, quæ tetigi po
dñm Petrũ Papæ. ĩ.q.53 ...
tertio dubio. Et quæ dixi s...
87. in fi. Nec etiam poteſt un
uerſitas conſules ſibi elige
ſine autho. ſuperioris: ut dic
Bartolus in l. item eorum. ...
§. ſed ſi ita decreuerunt. ff. ...
cuiuſque uniuerſitatis. niſi ...
lis uniuerſitas ſit in long...
conſuetudine conſules elig
di, & creãdi, quo caſu pote...
ita etiam ſeruat in hac patri
1 D. lphina. Sed iuxta* hæc q...
an ſyndici uniuerſitatis po...
ſint aliquẽ accuſare nõie un
uerſitatis. Bartolus, quòd ſic,
in l. i. ff. de accu. in q. fin. &...
a Villæ & ciuitates] *Villa ſine muris eſt ciuitas autem dr quæ muris cingit: ut per do. Bar. in l. i. §. ſiue autẽ intra ff. de ope. no. nunc. Etiã in alio differt: q a ci...*
uita...

nitas habet epm ut colligitur ex not. per do Bart. in l. si duas. §. grãmatici in ij. col. uer. deinde q̃rit gl ff. đ exc. tut. et ĩ c. i. đ priui.

b Bursam communẽ] *Adde. ff. quod cuiusq; uniuersi. no. l. i. §. qbus aũt. ibi res cões, arcã cõem et ita mihi not doc. Odof. in iiij. col. in uer. item circa tertium.*

c Fraudes & machinationes] *Hoc bene ordinatũ fuit in curiis Franciæ. quia Galli faciles sunt ad tumultus, dissensiones, et res nouas multũ desiderãt, teste Salustio. Tito Liuio & commentariis Iulii Cæsaris.*

SVMMARIVM.

1 *Dñs directus an possit ingredi possessionem propria authoritate, rei sibi commissæ.*

2 *Emphyteota an possit repelli a possessione feudali, cum ius suum amisit.*

QVAEST. CVII.

Licet gl. ĩ l. fi. C. de ĩure emphy. dicat, ꝙ dñs directus põt de iure propria authoritate* capere possessionẽ rei commissæ, ꝑꝑ cessationẽ solutionis canonis, aut aliàs, cũ ipso iure talis res emphyteoticaria cadit in cõmissum. Tñ de stylo dictæ curię parlamẽti seruať, ꝙ nõ põt nisi prius declaratiõe cõmissi facta ꝑ iudicẽ cõpetẽtẽ, parte uocata & audita. Pro quo bñ facit c. licet eṗs. cũ gl. super uerbo, uocato. de præb. li. vi. alias restitueretur tanquã spoliatus, in sua pristina possessiõe emphy. Quia emphyteota põt moram purgare, ut hř in c. potuit. ex̃ de loca. Et dixi ĩ. q. 123. & q. 171 ĩ uer. q̃ illud &c. Quod facere nõ posset emphy. si dñs caperet rẽ propria authoritate, parte nõ uocata. Et ideò ꝓ dicto stylo ĩ quadã cã fuit sñiatum ĩ manib⁹ Io. Iofredi secretarii Delphi, de anno M. ccccl vi. in uigilia natiuitatis dñi. Ad idẽ res feudalis licet ipso iure cõmittať, tñ dñs nõ dẽt ĩgredi propria authoritate, ubi per emptorẽ bonæ fidei possideť. ita dicit Bal. in tit. de ꝓhibita feudi alienatiõe per Fed. in §. callidus. facit c. licet eṗs de ꝓben. li. vi. plus dicit Pe. Ia. tit. de ac. in rem pro re feudali. in uer. * itẽ notandũ &c. ꝙ licet 2
emphyteota cum amisit ius suũ, possit quãdoq; repelli à dño propria authoritate. C. de iure emphy. l. ii. dñs tñ ua sallũ ĩ aliquo casu à possessione sua naturali, quã hẽt nullo modo expellat authoritate sua, quia nulla lex dat sibi illam authoritatẽ. quòd si faciat, committet uiolẽtiã. ut ff. de ui & ui ar. l. i. §. deiicitur.

Et fa-

Et facit quo tpe miles iuesti. petere debeat.c. si.in prin. Idé putaré dicendum de illo, qui obtinuit sniam: licet ab ea nõ fuerit appellatũ, si ingrediať possessionem sine executore, quod non põt facere, per ea, quæ ponit Inn. ĩ c. cũ nostris. de concessione præb. in gl. super uerbo, irritum, ibi & idé dicimus ĩ omni sentẽtia &c. uidelicet ꝙ primus possessor debeat restitui ante oĩa ĩ sua pristina possessione, tãquam spoliatus. imò, quod plus est, talis ingrediens ꝑdit ius suũ, ut ibi p Inn. & Spe. tamé ĩ ti. de actore. §. i. uers. itẽ q uult. ponit certos casus, in qb⁹ põt quis de iure apprehẽdere possessioné propria authoritate. Sed an domi. directs posit accipere rẽ emphy. iure prælationis, non nomine suo sed pro amico suo: uide quæ dixi. infra q. 410. &c.

SVMMARIVM.

1 *Personalis, et hypotecaria an possint eodem libello intentari.*

QVAEST. CVIII.

Actio ꝑsonalis & hypothecaria possunt simul cumulari in eo-
1 dẽ libello* cõtra prĩcipalẽ debitoré, aut eius hæredẽ, si possideat rem hypothecariã, ut probatur in text. in auth. [...] fideiusso. in §. sed neque. [...] i. facit l. si. C. de fideiuss. & [...] net Io. Fab. isti. de actio. §. [...] Seruiana. ibi doc. quærũt [...] ubi mouet istã quæst. idẽ [...] Iac. in titu. de hypotheca[...] uer. vii. est notãdũ &c. ubi [...] cit, ꝙ null⁹ ĩ hoc discrepat. [...] ita practicaui, dũ essem ad[...] catus practicãs in hac cur[...] parlamẽti, ĩ q̃dã cã tũc m[...] & uertẽte. xx. ãni sunt ela[...] ĩ dicta curia ĩter dominã [...] tisacuti in Burgũdia, pro q[...] dedi libellũ, in quo libello [...] mulaui dictas duas actiõ[...] uidelicet ꝑsonalẽ & hypo[...] cariã pro resta suæ dotis co[...] tra d. Cassennatici eius nep[...] tẽ. Et fuit dictus libell⁹ app[...] batus, quia sniã fuit lata p[...] dictam curiã contra dict[...] Cassennatici. iuxta conc. [...] nẽ dicti libelli, concludẽ[...] ꝑsonali & hypothecaria, i [...] cessu existẽte ĩ manibus lo[...] nis Pauioti secretarii & no[...] rii dictæ cãæ. & ita expos[...] di ĩ dicta curia parlamenti [...] diffinitionibus processum [...] determinari, per domino[...] meos parlamenti, põstquam fui assumptus in officio con[...] siliarii dicti parlamẽti. de hac materia hypothecariæ actionis, uide quæ plenius dixi [...] q. 432. De hac materia cumu[...]

latio-

lationis actionum uide quæ scripsi ĩ.q.143.

SVMMARIVM.

1 *Literæ quinquennales cōcessæ debitoribus, an extēdatur ad creditores futuros.*
2 *Debitor, cui data sint quinquennalia, an de debitis suis soluendis cauere debeat.*

QVAEST. CIX.

Rescripta annalia prīcipis uel qnquēnalia cōcessa debitoribus de suis debitis non soluēdis, non extendūtur ad creditores futuros. argu. in l. Aurelius. §. Titius Seio. ff. de liberatione legata. & ibi per doc. *
1 Et ita hæc curia parlamēti cōsueuit interptari & seruare prout pluries uidi: sed à quo tpe incipiāt currere tales literæ annales uł quinquēnales? dic q᷑ non à die pñtationis, sed à die datæ ipsarū. hoc probaī arg. ī c. eā te. de rescr. & de præb. ī c. dilectus. ī c. ii. de decimis. & de rescri. in c. si ꝓpter. li. vi. & ibi Archi. ita seruat stylus hui⁹ curiæ parlamēti. De materia literarū quinquennaliū ēt scripsi ĩ.q.97.
2 *Sed an debitor, cui est datum qnquēniū pro debitis suis soluēdis, debeat cauere de ipsis soluēdis? dic quòd sic, secundum Old. ꝑ l. uniuersa. C. de pcib. Imp. off. De materia rescriptorū & eorū effectibus, uide q̃ plenè scripsi in tractatu rescriptorū per me Guidonē compilato.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an poßint testari de fructibus beneficiorum suorum.*
2 *Clericus beneficiatus, æquiparatur usufructuario.*
3 *Episcopus de qbus testari poßit.*

QVAEST. CX.

1 An clerici* posśint testari de fructibus suorū bñficiorum, & de spolio ipsorū. uide ĩ c. pñti. §. porro. de offic. ordinar. li. vi. & Spec. in tit. de fructibus. §. i. uer. pone platus. & no. xii. q. i. duo sunt genera. in gl. in uer. proprietatē. & ibi Archidiaco. ēt in cap. statutum. §. assessorē. super uerbo, suo proprio. de rescrip. lib. 6. & Ioan. Monac. in capit. hoc consultisśimo. super uerbo, imobilia. extra đ re. ecc. nō alie. li. 6. uide xii. q. i. res ecctie. uide Host. in c. fi. ex̃ de pecu. cle. ubi ple-
2 nè *a* de hac materia ĩ c. đ multa. de preben. q̃ est cōtrarius d. Archid. & eius opinioni, quā tenet Archi. in d. c. statutū. Sed opin. Hosti. seruaī de cōsuetudine ubiq;, ut ipe Ho-
2 sti c. ibi refert, uidelicet * q᷑ cle-

clericus beneficiatus, æquipa
ratũr usufructuario: ut faciat
fructus suos, & de ipsis possit
testari, ut ibi dicit ipse Host.
Et hæc uera sunt, in simplici
b clerico. *b* uel sacerdote admi-
strationẽ uel curã animarum
3 nõ habẽte, *Eps uerò uel ab-
bas uel alius habẽs curã ani-
marum testari non pñt nisi
de his quæ anteà eis obuene-
rũt iure consanguinitatis: ut
in auth. licentia. C. de epis. &
cler. nisi sit cõsuetudo in con
trariũ, quo casu ualeret con-
suetudo. in c. cæterũ. §. licet.
ex̃ de testa. & de hoc tetigi in
nota. meis. ĩ §. ualet consuetu
do &c. fo. 40. uersi. monachi,
uer. uel alii canonici regula-
res quoquo modo testari non
c pñt. *c* no. in auth. de mona. §.
illud co. iii. de hac materia ẽt
habeẽ per gl. in c. fi. ex̃ de pi-
gno. Et aduertẽdũ tñ est circa
istã materiã, quia de illo uer
bo, spoliũ, prout uulgariter
mortuis prælatis accipitur,
non repetiẽ in iurẽ ciuili, nec
canonico. sed bene reperitur ĩ
iure diuino. psal. cxxviii.
uer. lætabor sup eloquia tua,
sicut q inuenit spolia multa.
ita dicit d. Pet. Papę in suis
not. Et sup facto dicti spolii
dudũ, M.ccccxxiii. facta fuit
q̃dã trãsactio inter priores &
uicarios ppetuos huius diœce
sis Grationo. circa modũ[...]
di dicto spolio: ut cõstat i[...]
recepto per Raymũdũ Ro[...]
phi notariũ Grationo. q tr[...]
ctio expost fuit confirma[...]
Papã, & quæ propterea se[...]
tur in iudicando.

a Vbi plenè] *Tu uide plenius d. An. But. ĩ cle. fi. d pig. et p Ca. Flo. ĩ cle. gratiæ. de rescrip per eundem.*

b *In simplici clerico] *Adde q Bar. ĩ l. neque tutores. in [...] C. de procur. uñ uelle, q epis[...] censeatur etiam usufructua[...]*

c Nõ possunt] *Limita, nisi [...] cẽtia Papæ. ita no Bal. in l[...] in prin. C. de inof. testa & [...] clarat qd operetẽ illa licẽtia[...] Bal. ĩ auth. rogati. C. ad Tre[...] q fortius est, sufficit licẽtia[...] uenire, secũdũ Bal. ĩ l. fi. in [...] C. unde legi. Secundo limita[...] monachus efficiatur eps. q[...] põt testari, non de bonis iã [...] monasterio: sed de alijs post[...] uenieẽtibus secũdũ Spec. ĩ [...] statu monoch. in uer. xxij. & [...] Bald. in addi. ĩ uerbo, cui q[...] tur, et an statutũ uel cõsue[...] poßit habilitare monachum [...] testandum, uide doc. & [...] alios, quos refert in auth. [...] si. in ij. no. C. de sac. san. eccle.*

SVMMARIVM.

1 *Carnes edens in quadrag[...] de licentia Papæ, an pecce[...]*

p.

Permissio comparatiua.
debeat.Sed dictus malefactor hoc casu gaudere non debet priuilegio clericali, per præallegata, igitur non fienda dicta remissio. Quia cũ ibi tex. loquatur de clerico,qui debet gaudere priuilegio clericali, ergo de alio clerico qui non debet gaudere,non uidetur disposuisse: quia ad positionem unius,sequitur remotio alterius.l.hæc uerba.ff.de uerborum significationib. & unius inclusio, est alterius exclusio. l.cũ prætor.ff.de iudiciis. maximè circa cõtraria,iuxta no. in l.commissoriæ.C.de pactis conuen.inter emptorẽ & uẽditorem.Nam non esse in habitu clericali, est contrarium illius,qui est in habitu: ut patet ad sensum,igitur &c.Nec potest dici, quòd habitus sit res connexa titulo clericali: quia imo est totaliter diuersa & separata, ut aperit text.in d.c.unico.de cleri.cõiuga. ibi dum dicitur,si tonsurã & ue-
4 stes &c.Illa * enim dictio,&, cõiungit diuersa. ut ponit Saly.in l.ad instructionẽ.C. de epi.& cle.& not.in d.c.ex parte.de rescrip. Ideò non mirũ, si alterũ ipsorum sit spirituale,& aliud temporale,sicut in simili uidemus de petitorio rei spiritualis,quod est spirituale, & possessorium illius rei spiritualis est temporale: ut uult glo.in c.literas. extrà de iuramen. calum. & ponit Archid.in c.i. de resti. spolia. lib.vi.& dixi suprà quæst.i.Ex quibus propterea puto uerã sententiam,quòd iudex ecclesiasticus non debet cognoscere de habitu,sed iudex secularis.Et non mirandũ,si de hoc cognoscat iudex laicus: quia sunt multi alii modi,in quibus iudex laicus habet iurisdictionem in clericos,ut habetur in c.princeps.23.q.5.et ibi pulchra glo. Licet aliqui doc.nouissimi,uidelicet d. Zabarellis in cle.2.de uita & hone.cleri.de sancto Gemi. ĩ d. c.unico.de cler.cõiu.lib.6.uoluerunt dicere, ꝙ imò iudex ecclesiasticus debet habere cognitionem habitus,quorũ tñ opinio nõ uidetur insequẽda: quia tex.in d.c.si iudex laic⁹. hoc nõ aperit, ideo non debet casus illius ca.ad aliũ casum de habitu ibi non expressum extẽdi, ut iuribus suprà allegatis. Nec obstat ꝙ dicunt domini doctores nouissimi,habitũ esse accessoriũ ad titulũ qa (salua pace) habitus non est res accessoria. Nam ambo habitus & titulus simul & principaliter cõcurrũt,ut patet in tex.in tõsurã & uestes &c.Ita ꝙ altero deficiẽte cessat priui-

legium

legiũ,ut ibi,qa illa dictio,&,
cõiũgit diuersa taliter separa
ta,ut iuribus s̃.allegatis. & se
paratorũ separata esset debet
ratio & iuris interpretatio,ut
no.in c.ii. requiris.in gl.ii.ex
5 de appellationibus. igĩ.&c.*
Et ꝙ clericus captus ĩ delicto
sine habitu,nõ debeat remit-
ti iudici ecclesiastico,expresse
dicit Bal.in l.si qua ꝑ calũniã.
in 4.q.q̃ ĩcipit. Sed ponamus
ꝙ ẽ captus sine habitu, nũqd
statim debet remitti ad epm
&c.Licet ex post curiæ parla.
fuerit exhibitus titulus cleri-
calis dicti homicidæ.Quia di
cto priuilegio gaudere nõ de
bet,cũ fuerit captus ĩ malefi-
cio absq; habitu clericali, &
hoc ꝓbat tex. in d.c. si iudex
laic⁹.ibi,& si notoriũ fuerit,ꝙ
malefactor &c.Et seqtur quo
priuilegio gauderẽ debeat &c.
Seqtur ẽt incõtinẽti, ante co
gnitionẽ de clericatu ecclesia
sticæ curiæ debet reddi &c.er
go à cõtrario,si cõstet de cle-
ricatu,& nõ debeat gauderẽ il
lo priuilegio:uti casu isto,ꝑ s̃.
plenè deducta & allegata,seq
tur,ꝙ nõ debet reddi ecclesia
sticę curię,ar.à cõtrario sẽsu,
qđ est ĩ iure fortissimũ,ut iu-
ribus uulgatis,si enim fuisset
captus ĩ habitu clericali,de-
buisset remitti dicto dño Epi
scopo,aut ei⁹ officiali,ut dicit
Bal.ĩ l.si qua per cal.in v.q.q́
incipit.Sed qd si iste ostẽdit
potestati literas clericatus.&
ꝓbatĩ ĩ d.c.si iudex laicus.Sed
aduertẽdũ,quia licet do.Bal.
ubi s̃.in dicta quarta quæstiõ
incipit:sed ponamus,ꝙ est ca
pt⁹ sine habitu &c.dicat ꝙ nõ
sit remittendus,tamẽ dicit ꝙ
potestas debet supersedere
nec ꝑ iudicẽ ecclesiasticũ co
gnitũ fuerit de clericatu. Sed
ad hoc põt respõderi duobus
modis.prio,ꝙ si illud esset no
rũ,ibi dictus malefactor de
ret gaudere dicto priuilegio.
Sed qa dictus homicida nõ
deberet gaudere illo priuile-
gio,ꝑ s̃.allegata, & de hoc s.
tẽtialiater cõstat huic curiæ
parlamenti.igĩ &c.Vel secũ
posset dici, ꝙ in hoc mal
uet do.Bal,qa ex quo ipse do
Bal.ĩ themate dictæ suę quæ
tæ q̃stionis præsupponit ma
lefactorẽ fuisse captũ in male
ficio sine habitu clericali:seq
tur necessario,ꝙ ipse non de
beat gaudere illo priuilegio
per dictum cap.unicũ.de cle
coniug.li.vi.Si ergo non de
beat gaudere sequitur ꝙ ill
futura cognitio iudicis eccle
siastici non sit expectanda,
quia ex ea nullus sequitur ef
fectus.pro quo l.aliqñ.in fi.ff.
ad Velleianũ.Ex quibus omni
bus ꝓpterea apparet ꝑ dictis
do

dños parlamenti, & cæteros dños doctores eisdẽ assistẽtes bene fuisse determinatũ & cõclusum, dictũ homicidã uolũtariũ non forè remittẽdũ iurisdictione ecclesiasticæ. Et ita ẽt aliàs determinatũ fuit et iudicatũ in dicta curia parla. cõtra Petrũ donoreti. M. cccc-xxxv. ĩ manibus magistri Cathalani chantereli secretarii Delph. in qua cã curia parla-
f mẽti cognouit de habitu, *f* ut plenè in dicto ꝓcessu legitur. Nec etiã fuit remissus dictus Claudi⁹ homicida: sed fuit laqueo ꝑ collũ furcis suspensus ex sñia ꝑ curiã tẽporalẽ lata de ãno currẽte do. M.ccclvii. de mẽse Octobris. De causis aũt spectãtibus cognitioni iudicis secularis, uel ecclesiastici, uide plenè ꝑ Io. Fer. ĩ ti. forma opponẽdi cõtra iudi. ẽ suspectũ, ĩ gl. sup uerbo nec fuisse iudicẽ cõpetẽtẽ. An aũt dictus homicida uolũtarius debuerit gaudere ĩmunitate ecclesiæ: uide q̃ scripsi. s̃. q. 120.
6 *Sed an cleric⁹ cõtrahẽs matrimoniũ cũ muliere corrupta, q̃ credit uirginẽ, uł cũ illa, q̃ desflorauit, gaudebit priuilegio clericali. uide Archi. ĩ d. c. unico. de cler. coniug. lib. vi. & ibi dicit, quod non. Et qualiter clericus contrahens cum uirgine, perdat priuilegiũ. uide 84. dist. c. quisq̃s.
7 *Sed an episcopus possit delegare iudici laico causam criminalem cõtra clericũ coniugatum? Archid. ubi s̃. tenet ꝙ sic, super uerbo distingui &c. Quid si clericus perdiderit literam clericatus, possetne ꝑ
g testem probare? *g* uide quæ dixi j̃. quæst. 374.

a In camera cõs.] *Tu uide d hac materia. s. ad quem pertineat cognitio an qs debeat gaudere priuilegio clericali, et aliis infrà tactis, istum cõsi. cx. incip. ꝑ declaratione. nu. i. uer. ad secũdũ quæsitum. & per totũ consi. et supra q. lxxiii. & tota deci. lxxxiii. & tota deci. lxxxiiii.*

b Frontiata.] *Clericus cõiugatus portans talem uestẽ, uidetur perdere priuil. clericale, ut sentire uidetur d. Car. in cle. ii. in ii. no. de ui. et ho. cle.*

c Breues] *extrà. de uita et ho. cle. c. clerici offi Credit tamen do. Inn. illud c. loqui de cõsilio et honestate. non autem de præcepto, ut ipse ibidem inquit.*

d *In habitu clericali.] *Adde ad declarationẽ huius articuli quapacto clericus primæ tonsuræ sine habitu & tonsura in crimine deprehensus puniri debeat. si fuerit coniugatus, & ad quem pertineat cognitio. et quid si non fuerit coniugatus uide pulchrè per Alex. in cons. viii. incip. uidetur.*

in uol.i. & an et quando gaudere debeat priuilegio clericali, tradit idem Alex.in consi.lviii. in ci.quia sæpißimè.in iiii.uol.et an cleircus posit ex sola præsumptione criminis capi, uide Phi. Cor. in cons.325.in ci.quātū col. ii.uersic.nec obstat.in iiii.uol.

e Habitu.] *Licet enim in his casibus nō uideatur agi de qualitate eiusdē subiecti, tamen uidetur agi de eadem qualitate, puta an persona an ue habitus sit clericalis. Et sic quum iudicium in utroq; casu uersetur circa quid spirituale, uidelicet utrū illud d̄ quo quæritur sit clericale, nō uidetur illius rei cognitio ad iudicem secularem spectare, quia de spiritualibus nec incidenter, nec principaliter potest iudex laicus cognoscere. c.tuam.de ordine cognit. capitu. latot. extra qui filii sint legitimi. Quinimo nec de eo, quod est spiritualibus annexum. capitulo, quanto. extrà de iudi. et si quis dixerit, causa habitus clericalis nō uidetur spiritualis quū non sit res sacra. ad hoc potest respōderi, quod saltem est cōiuncta & connexa causis spiritualibus, quia dependet à iure spirituali, ac quoque ad ius spirituale ordinatur, & sic duplici exigente ratione censetur annexa spiritualibus ex sexto scilicet dependentiæ, et ordinationis ar. corū, quæ dicit do. Fely. post beatum Thomam in d.iiii. secunda columna. uersiculo, sed istis non obstantibus.*

f Habitu.] *Imò et cognoscere potuit an esset clericus uel non, ut per hoc scire posset, an sua sit iurisdictio. d. Archi. in præallegato c. si iudex laicus, circa princ. ... ga. c. super literis. de rescriptis ff. de iudi. si quis ex ali. Verum tamē ibidem subiungit, quòd si quo iudex laicus uiderit contentiosè agi, an sit clericus uel non, tunc ultra procedere nō potest.*

g Probare.] *Quo ad probationem clericatus, uide do. Pe. de Ancharano. in præalle. c. si iudex laicus.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici an mutent feudū in causa feudali.*

2 *Causam feudalem quis hodie debeat cognoscere.*

3 *Dominus regulariter cognoscit de causa feudali.*

4 *Clericus an sortiatur forum in causa reconuentionali.*

QVAEST. CXXXI

SEcundū cōmunē opinionē doctorū canonistarū
1 clerici nō mutant forū
a in causa feudali: *a* ut plenè di-
b sputat Arch. *b* in ca. unico. de clericis coniugatis. li. vi. super uerbo, condēnari. ubi recitat uarias opiniones doctorum & Guliel. de Monte laud. in c.

cle. pastoralis. de re iud. sup uerbo, ex naturali feudorũ. dicit ꝙ dñs, cũ sit iudex ordinarius in materia feudali, potest sñiam mandare executioni, & uasallos suos (ẽt si clerici sint) sine metu excõmunicationis expellere, c per spatulas de feudo, si ab ipso ceciderint in cõmissum, licet melius faceret (ut ibi dicit) si per iudicẽ feudatariũ hoc faceret. Tñ (prout ipse do. Arch. dicit in d.c.unico.) inter laicos de cõ suetudine seruat̃, ꝙ iudex laicus cognoscit de re feudali cõtra clericũ. Quæ consuetudo ẽt seruat̃ in curia parla. Delphi. prout uidi pluries ibi obseruari. Et credo, ꝙ talis consuetudo nõ sit aliter probãda in iudiciis: sed ꝙ pro probata debet haberi, cũ ipse do. Arch. doc. famosus de dicta cõsuetu
d dine attestat̃. ita dicit Bar. *d* in l. de quib. ff. de legibus. Et de hac q. vide plenissimè ꝑ doc. in c. uerum. & in c. ex trãsmissa. de foro compe. & in c. cæterũ. de iu. & per Hẽri. Bohic. in c. ex parte. extrà de feudis. in
2 ii. dist. * Quis hodie habeat cognoscere de cã feud. uide
e Bal. qui hanc materiã plene *e* tractat, ponens decẽ q in feudis de prohi. feudi alie. per Fede. in c.i. in §. prætereà si in-
3 ter. * Et veritas est, ꝙ do. feudi cognoscit, sed an possit prorogari in aliũ iudicẽ talis cognitio de cõsensu partiũ? Dic
f ꝙ non, *f* ſm unã opi. gl. positæ in d. §. prætereà. & ponit̃ ꝑ Ia. de Bello uisu ĩ feud. ꝑ quẽ vł quos quæ. feu. terminetur. q tenet, ꝙ possit, dũ tñ fiat corã eorũdẽ superiore, alias nõ. ut ĩ l.i. §. post operis noui nũ. ff. de no. ope. nun. Super hoc uide Bald. de prohibita feud. alie. per. Fed. in d. §. prætereà. ibi, sed q̃ro vtrum vasalli etc. Qñ etiam pares curiæ cognoscunt inter dñm & vasallũ, ne dñs sit iudex ĩ cã propria?
g dic *g* ut in ti. de contro. feud. apud pares terminãda. De ꝓrogatiõe iurisdictiõis: uide s̃. q. 77.
4 * Sed an cleric⁹ sortiat̃ forũ in cã recouentionali? uide
h q̃ ibi *h* dicit Arch. pro quo uide c.i. extrà de mu. petitioni. An iudex ecclesiasticus possit cognoscere de delicto ꝑpetrato ꝑ laicũ in personã clerici, vide ĩ. q. 561. an iudex tpalis possit capere clericũ in flagrãti crimine, vide s̃. q. 79. & an ep̃s super iuramento possit dispensare uel solus Papa.

a In causa feud.] *Vide de hoc per consil. lxxii. nume. i. uer. sed his non obstantibus. ibi, quia ubi agitur de feu.*

b Archidia.] *Tenet enim do. Archi. in præ. c. unico. de cle. cõiug.*

lib.vi.ꝙ clerici in causa feudali nō tenent litigare corā dño secu lari, a quo tenent feudū. Sed do. Io. And. tenet contrariū. & ita dicit tenere omnes modernos & glossatores, dūmodo nō fiat dist. personalis clerici, sed solū ciuilis cā inter uasallos audit. ut ī d.c. uno.ī i.co.ver.quicqd dicit. Arc.

c Expellere]*Cōtrarium uidetur sentire do. Io. And. in c.uerū. extrà de foro competenti.*

d Bar.]*Hoc aūt tenet ipse do. Bar. in d.l. de quib. in ix. col. in uer. iiii. principaliter. et do. Christoso. porcus. insti. de his, qui sunt sui uel alie. iuris. in iii. col. in addi. quæ incipit, adde dum suprà di xi. in fi. vbi dicit, quòd erit appro bata cōsuetudo, quādo unus do-ctor attestatur ita seruari de cō suetudine. et ad ratione huius dicti probabiles ratiōes assignat ipse do. Bar. in loco præallegat.*

e Plene.]*Plenius aūt huiusmodi materiam discutit do. Ia. de Alua. in d. §. præterea si inter.*

f Non.]*Et ista opinio est uera, pro ut sentire vr do Iac. de Alua. in præalle. §. præterea si inter. in ii. col. in versi. quæro cū dicta gl.*

g Dic ut.]*Ibi dicit do. Iac. de Al ua et do. Bal. qui ibi format no tabiles quæstiones concernentes clericos et in ti. apud quem uel quos controuer. debeat dici.*

h Ibi.]*Puta in d. cap. uno. de cle. coniug in ii. col. in versi. uidetur*

quòd ista generalitas. & tam ꝙ non. sed d. Io. And. cōtra in: at si clerici. in gl. i. & ii. de im

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio facta per Episc uel eius uicariū super iura to, parte non citata, an vale*

2 *Causa debet inseri in ipsa spensatione.*

3 *Episcopus an possit dispensare per iuramento. & nu. 4.*

5 *Hæres iurantis an teneatur tere dispensationem iurant*

QVAEST. CXL.

IN decisionib. capellæ To losanæ. q. 62. continet c clusio sequēs de verbo verbum, vt sequitur.
1 *Irē fi quæsitū, si dispēsatio facta epīscopū, vel eius uicariū per iuramento parte nō uoc ta valeat? Et fuit conclusum,
a qd non *a* p c. licet canō. d. e lib. vi. per Arch. & reperio re. in Xpo pater & d. do. Io. F yer, decretorū doct. epis. Au raicē. actu legens de præsen in uniuersitate Auenionen in quodam suo consi. incip. ut uobis & c. sequit opinio. dictæ conclu. Tholosa. & alleg. di.
b Inno. *b* posita in c. ueniens. de filiis præsbyte. dicentis ꝙ ad hoc, ut intelligat epīs dispē sare, oportet ꝙ præcedāt ca, q hoc pretiū faciāt, uidelicet ꝙ præ-

ꝓcesserit cognito summaria. sup causis dispēsationis, puta an sit utilitas aut necessitas, vł alia iusta cā. ff. ꝺ i ius uoc. l. libertus. 1. q. 7. §. nisi rigor. cū multis ibi seq. c. imo plus dn̄t aliqui, ꝙ necessaria est snía dispen. uel decretū prius super dispēsatiōe cōcessa. Sed dicēdo decernimus eū idoneū ad tale q̇d. & uocabūtur hic, quorū interest. 1. q. 7. qm̄ quicquid. & l. nā ita diuus. ff. de adop. aliter p̄sumit temerariū factū Epi, nec ꝓ dispēsatione hr̄. imò eps punit, si petat. ꝙ nō fieret si eps dispēsasset, sicut debuisset ī casu sibi dispēsabili. li. dist. q ī aliquo. lxxxi. di. quæcūq; ₰m Inn. in d. c. veniens. vbi ēt no. Host.* ꝙ ad hoc ꝙ dispēsatio ritè fiat, ē cōsiderādū, ꝙ ī ipsa dispēsatiōe inserat causa. nā dispēsatio ē iuris cōis relaxatio. ut no. i. q. vii. §. pro t. pe. supple facta cū causæ cognitione ab eo, qui potestatem habet dispēsandi ₰m Inn. dr̄ enim dispēsa. qua si discreta pēsa. qn̄. s. iudex in lance mētis suæ discretè pensat, & pōderat quid magis expedit. s. sequi rigorē iuris vel æquitatis dispēsa. præfere: ₰m Hosti. Et ita debet esse sufficiens dispensatio & clara, ꝙ nulla dubitatio rationabilis subsit. ut in c. ordinarii. §. si verò de offi. ordi. li. vi. ita, ꝙ dispensatio fiat iusta & certa cā exigēte, aliàs ē ꝓhibita dispēsatio ubicūq; nō subest iusta dispēsandi cā. 1. q. 7. & tūc illa alioquin nō dispēsatio dici potest, secundū Archi. ibidē. & cū præmissis concordat id, ꝙ dicit dominus Panorm. in c. i. de iureiur. vbi dicit, ꝙ qn̄ actio super quo iuramentum fuit præstitū non apparet, & prima facie uitiosum, non tenebit absolutio parte non uocata. Ratio, quia à iur̄o parti præstito, nō absoluit eps, imò nec Papa sine cā., cúm Deus receperit obligatiōnē in fauorē partis: ut no. gl. in c. quātò. de iureiu. & Inn. in c. cū inter P. de renū. antequā ergo sibi cōstet cām subesse, non habet potestatem dispensandi, posito quòd subsit casus, quia ignorat id, quod est fundamētum suæ potestatis: ut no. Bar. in l. ii. ff. de iudi. & in l. multis ff. de cōd. & demō. facit quod legit & no. in ca. ex parte. de concessio. præben. Nec pōt dici de cā cōstare parte nō uocata, quia causarū merita partiū assertione pādūtur. l. fi. C. si per uim uel alio modo. & ī c. cū ex literis. de in integ. restit. de quo ibi plenius per dictum do. Panor. Et sic ₰m determinationē capellæ Tholo

sanæ.Inn.Arch. Hosti. & do.
Panor. nõ ualet dispẽsatio iu
ramẽti facta parte nõ uocata.
Quia in tali dispensatione re
quirit cãæ cognitio , & quod
fiat cum causis. ut de hoc est
gl.in c. non est uoti. extrà de
voto & voti re.& per cõsequẽs
requirit partis, cuius interest
euocatio, qa aliter nõ posset
de causa cognosci. Et quòd re
quirat euocatio partis in tali
dispensatione fienda: tenet ẽt
expresse Io.An.ĩ addi.ad Spe.
c in ti.de iureiu.c in iii.col.in q.
itẽ quæro de illo, qui iurauit
super usuris soluendis.Et hæc
proximè dicta sunt, per ea, q̃
narrat dictus do. episcopus
Auraicen. in dicto suo consi.
Et secundũ opi.capellæ Tho-
losanę,Inn. Archi.Host.& Pa
nor.uidi iudicari ĩ facto meo
proprio de anno currẽte,M.
cccclvii.xx.Nouẽbris,per do
minũ uicariũ officialẽ dñi epi.
tricastrineñ. Qui officialis iu
dicauit participato cõsilio cũ
dicto dño Epo Auraicen.cu-
ius sñiæ tenor sequit de uer-
bo ad uerbũ:Xpi noĩe inuoca-
to, & habẽtes præ oculis solũ
Deum,nos officiales tricastri
neñ.uisis & diligẽter ĩspectis
pñtis causæ meritis,ac omni-
bus & singulis per vtráq; par
tem in cã hmõi hincinde pro-
positis coram nobisipsis , quæ

cum matura deliberatione
cẽsitis per hanc nostrã sñiam
seu ordinationem,quã de pe
ritorũ consilio pro tribunali
sedentes ferimus, in his scri
ptis pronunciamus, decerni
mus,& declaramus, dispẽsa
tionẽ iuramẽti per nobilem
Lancellotum de Pictauia,ba
stardũ valeñ.do. de Alaud
quõdã præstiti,& per do.Ste
phanũ regẽtẽ officialatus tri
castrineñ. inciuiliter & nõ
nus canonicè parte nõ uoca
factã fuisse & esse nullam, 4
uitio nullitatis subiacere,
quatenus de facto ꝓcessit,
nullãdã fore cassamus,& an
nullamus nobilem Frã. de Pi
ctauia filiũ dicti Lancelloti
personam eius ꝓcuratoris,
ecõtra in omnib. expẽsis 5
parte alia, & pro hac cã co
nobis legitimè factis cõdem
nãtes ipsarũ taxatione nobis e
in posterũ reseruata prædicta
forma sñiæ, vt̃ procedere a
iure.iõ hic propria manu scri
psi ego Ioã.Payer, decretor.
doctor,episcopus Auraicẽ.
ita etiam fuit determinatu
q̃ debet fieri dispẽsatio cũ cã b
& cum cognitione causę pa
te uocata,ut uide infrà q.225.
3 * Sed an episcopus possit sup
iuramẽto dispensare?do.Hen
ricus de Bouenco,in sua repe
u.auth.sacram.pub.ĩ cã si.C

si ad-

si aduersus uẽ.dicit ꝙ sic, & alleg.xv.q.7.c.i. & ii. Cã tñ cognita:ut plenè per Inn. ĩ c. debitores.d extrà de iureiurã. quod uerũ puto ꝙ episcopus posit dispensare, vbi iuramẽtũ non posset seruari sine interitu salutis æternæ, sed si posset seruari sine interitu salutis æternæ, epũs non posset dispẽsare, sed solus Papa posset hoc facere.in c. venerabilẽ.§. pen.extrà de elec. & ita tenet Spe.in ti.de legato.§. nunc ostendendũ.uer. cæterũ cũ so-
4 lus Papa. * Sed cõmuni obseruãtia uidemus, qđ ipsi & archiepiscopi quotidie indistinctè dispensant super iuramẽto, & tolerant tales dispensationes in utroque foro spiri-
5 tuali & tẽporali. * An hæres iurantis teneat petere dispensationẽ iuramenti? Dic quòd non e, ut scripsi in not.meis.in §.an hæres iurantis &c.

a Et fuit cõclusum quòd non.] *Tu uide ĩ alle.deci.capellæ Tholosanæ deci.lxii.& in addit. ad ipsam deci.ubi distinguit, et hãc distinctionem serua.*

b Dicta Inn.] *Aduerte, quòd d. Inn.in d.c.ueniẽs.loquit in alio. scilicet quod episcopus aliquid facit sciẽter.quod est contra ius cõmune.& est tale factum, in quo potest dispẽsare.an habeatur pro dispensatione, et saltẽ quo ad causum præal.c.ueniẽs.uidetur innuere, ꝙ nõ.Sed in dispensatione requiruntur summaria cognitio cãæ, decretũ, et fortè (ut dicit) quorũ interest, uocatio.et hæc facere uidẽtur ꝓ opi.authoris, licet loquatur in alio casu pp identitatem rationis. Ad hoc bene facit quod legitur et no.in auth.si oẽs et ibi d.Odof.in i.col.in uer.or super authẽ.ista.C.si mi.ab hærese absti.ubi no.ꝙ ubicũque petitũ aliquid in præiudiciũ alicuius debet uocari is cuius interest, & alle.l.si is.et l.diuus Marcus.ff.de adopt.l.ult.& pe.ff.de rescin.uen.& l.in concedendo.ff.de aqua plu.arcen.*

c De iureiu.] *Super ru.circa princi.iii. col.*

d In c.debitores.] *et ibi do.And. in nouel.post do.Inn.qui dicit episcopos in iuramẽtis dolo, ui vel metu extortis dispẽsare posse. & ut ibi subdit, ad epũm spectat relaxare iuramẽta illicita.alleg.c.eũ qui eo.ti.de iureiu. de test.cõstitutis xv.q.vi.authoritatẽ.& seq.c.et hic vr sentire arg.à contrario d.Fel.ĩ c.debitores.in ult.col.ver.postremò.dũ dicit qđ ad eũ Papã pertinet dispẽsatio liciti iurĩ, uerũ quidem, ut inibi sentiũt d. Inn. et Io. An. Qñdoque in iurĩs licetè ꝑstitis dispensat Epus.xv.q. uinos sanctorũ. et c. iuratos.et quãuis liciti iurĩ dispensatio ad Epm nõ pertineat re*

gulariter: poteſt tñ iuramẽtum licitè præſtitum in melius ſemper cõmutare, ut oẽs penè doc. tenent in d.c.debitores.

e Non.] *Facit qđ dicit d.Fel. ĩ præal.c.debitores ĩ ul.col.ĩ uer.7.et ul.es põt eſſe ratio, qa licet iuramẽtum ex patre recipiẽtis ſit reale tranſmiſſibile ad habendũ tñ ex parte præſtãtis eſt perſona, et ad hæredẽ nõ tranſit. Nam licet obligatio cõtracta in eum deſcẽdat, non tñ obligatur ad piuriũ. Ita uideẽ ſentire d.Pe.de An.in c.cũ C.laic⁹.ĩ.3.no.de fo.cõ.li.6.*

SVMMARIVM.

1 *Læſio an præſumatur in minore adeunte hæreditatem, uel in omiſſione teſtamenti.*

2 *Reſtitutionis in integ. beneficium, an poſſit cedi.*

QVAEST. CXLI.

1 SI minor petat* ſe reſtitui aduerſus aditionẽ hære-
a ditatis, *a* uel aduerſus omiſsionem inuentarii, non admittitur ad hoc, niſi ꝓbet ſe læſum: licet probet ſe minorẽ, quia nõ ſeqtur, eſt minor, ergo læſus: niſi probet de læſione, ut dicũt et tenẽt Ia.đ Are.
b Cy. *b* Ia.Fa.Sal. in auth.ſi oẽs C.ſi mi.ab hęre.ſe abſti.& idẽ Sal.in l.fi.C.in qb.cauſ.in integ. reſti.nõ eſt neceſſa. & ita uidi determinari in dicta curia parlamẽti Delp.die.xxii. mẽſis Decẽ. M.cccclvii. in diffinitiua proceſſus uẽtilati in manibus Io. Botuti ſecretarii Delp.inter nobilẽ Claudium Alamãdi, agẽtẽ ex una parte, & nobilẽ Io. Alamãdi ex altera, ad cãm caſtri rupiſchinardi. & ẜm quòd tũc uerius retulit ſpectabilis domi. Ioan. Ba uili utriuſq; iuris doc. pſidens dictę curię parla. fuerat idẽ dubiũ determinatũ in quadã cã do. Clarimõtis tũc minoris, cui fuit denegata reſti. in integ. aduerſus omiſsionẽ inuentarii, qa nõ deducebat nec probabat hæreditatẽ eius quõdam patris onerosã, ſiue dãnoſam & per conſequẽs ſe fore læſum. tñ Bar. in d.auth. dicit ꝙ minor eoipſo ꝙ permittit labi tẽpus ad appellandũ præſumitur læſus. Bal. tñ ibi tenet cõtrariũ. De materia in integ. reſt. aduerſus confectionẽ inuentarii, uide quæ dixi ĩfrà q. 473. De hac materia reſtitutionis minorũ, uide quæ dixi
2 ſuprà q. 31. Vtrum *beneficium reſtitutionis ĩ ĩteg. poſſit cedi. Bar. quod ſic. ĩ l.nõ ſolũ.
c *c* ff.de ĩ ĩteg.reſ.alle.l.ſi mi-
d notis. *d* ff.de admini.tuto.&c.
a Aduerſus aditionẽ hæreditatis.] *Tu uide de materia huius quæſ. et ſeq. iſtum conſi.clx inci. ꝙ ualeat inuentarium.num.vi. uer.*

uer. sed ad hoc respondet. et uer. uerum, quia læsio.

b Cy.] *Tenet ipse post do. Iac. de Al. in præal. auth. si oẽs. in ii. co. in uer. ulterius q̃ritur. idẽ ur̃ ibi dẽ sentire d. Odo. in i. col. sup expositione tex. cũ minor abstinet.*

c Bar. in l. nõ solũ.] *in i. no. & de hoc ur̃ tex. in l. ꝙ si minor. in prin. et ibi do. Bar. ff. de mino.*

d L. si minoris.] *Et ibi tex. et gl. et do. Bar. in prin. et ult. col. uer. sed tũc remanet contrariũ. et ibi d. Alex. in addi. ad Bar. q̃ remittit ad id. quod dicit post eundũ Bar. in l. per diuersas. C. manda.*

SVMMARIVM.

1 *Minor qualiter probetur læsus.*

2 *Minor debet probare facultates non sufficere ad credita. Et id quomodo. num. 3.*

QVAEST. CXLII.

SEd qualiter probabit minor se læsum? Iac. But. dicit, * ꝙ sufficit, si probet se tm̃ uni obligatũ: q̃a ex obligatione apparet minorẽ læsum, nisi ꝑ aduersariũ probet facultates sufficere ad soluendũ. & istã opi. sequit̃ & tenet expresse Sali. in authẽ. si oẽs. C. si mi. se ab hære. absti. & dicit ipse d. Sali. ꝙ probat̃ ꝑ l. defendente. ff. de autho. tutor. ꝑ quam l. vt ibidem dicit Sali. fortius vr̃, quòd si ex actis in priori iudicio innotescit iudici, ꝙ ipse minor est læsus: q̃a contra eum petitur executio sententiæ: in qua est condemnatus, vt hæres, põt petere se restitui, vt læsus ex aditione, nec expedit aliter probari læsionem: quia per ipsam sentẽtiam, quæ executioni mãdari petit̃, apparet iudici de læsione. Bal. ẽt hanc quæst. mouet, dicens, quòd minor eoipso adiit hæreditatẽ, præsumitur læsus, si aliqua debita sint in hæreditate. Nã eoipso, quòd minor probat debita esse, apparet eũ læsum, postquã obligatus est, nisi per aduersariũ probet̃, quòd facultates sufficiãt. Ista sunt verba Bal. ĩ l. i. C. si mr. se ab hære. absti. sed

2 do. Iac. de Are. * alr̃ dicit, & tenet, uidelicet, ꝙ minor debet ꝓbare tot esse credita hæreditaria, quòd facultates nõ

a sufficiãt. quã opi. seq̃t *a* Cy. ĩ d. auth. si oẽs. Dũ dicit, quòd minor debet probare hæreditatẽ dãnosam. & ista vlt. opi. Iac. de Are. & Cy. fuit seruata ĩ iudicãdo ĩ diffinitione dicti processus castri Rupischinardi. de quo ꝓcessu s̃. prima in ꝓceden. q̃one fit mentio.

3 * Sed qualr̃ probabit ipse minor hæres bona hr̃ditatis ad debita nõ sufficere, cũ ista sit

b negatiua? gl. *b* in l. cũ dẽ lege.

ff.de probatio.dat modũ probãdi. vbi dicit, hæres tm̃ est ĩ hæreditate,& nõ plus. Et qui voluerit dicere, ꝙ plus est ꝓbet. & de hoc est casus notab. in l.fi.§.licentiam.in prin.C. de iure delib. vbi hæres ostendens inuentariũ, dicens,hoc est in hæreditate: creditores aũt & legatarii si uoluerint dicere plus esse in hæreditate, probẽt.quod tene mẽti secundum Bart.& faciũt no.ꝑ eundẽ Bar.in l.fi.C.de reb. credi. & iureiurando.& in l.decem. ff.de verb.obli.

a Sequitur.] *Hanc opinionem ẽt amplectitur do.Alex. in i.parte conſ.21.col.ii. prope fin. in uer. alia ratione uidetur.*

b Glo.] *scilicet prima, et ibi do. Bal. qui dicit eã eße notabilem & menti tenendam.*

SVMMARIVM.

1 *Rescindens et resciſsorium pñt in eodem iudicio intentari.*

2 *Restitutio in integrũ non perpetuatur litis contestatione.*

3 *Sententia in restitutione in inte. quando poſsit ferri sine lit. cõt.*

4 *Procedi poteſt in causa inquiſitionali sine litis conteſt.*

QVAEST. CXLIII.

1 AN prætendens se læsum,posſit * petere se restitui in integrũ & rem vendicare in vno, & eodem iudicio? Cy. mouet istã quæstionem in l. ꝙ tempore. C.de restitu. mino.ibi: secundò quæritur, iuxta hoc & c. arguit pro & contra. Et finaliter distinguit post Dyn. & Pet.prout ibi vr̃. Et circa hã materiam vide glo.in l.ab[...] stibus.§.simpliciter.ff.ex quibus cau. ma. quæ vult q[...] vendicatio non posſit intent[a]ri,nisi restitutione prius c[on]cessa. quod sequi vr̃ Saly. in d.l. quòd tempore. Et hæc locum habent in minore p[e]tente se restitui: vt dicit C[y]. vbi s̃. per not.ĩ l. qui prop[ter] §.item quæritur.ff. de proc[ur]. ita dicit ibi Cy.quam opi. sequitur ibi Bald. Et ideò fu[it] cõclusum in diffinitione p[ro]cessus dictæ causæ s̃. in p[...] den.quæstio.mẽtionate, d[...] bilem Claudiũ Alardi nõ p[o]tuisse cumulare rei vendicationem cũ restitutione in integrũ,in eodẽ iudicio. Et ita ẽt posteà fuit decisum & o[r]natũ in dicta curia parlamenti, M.ccccLxi. & die sexta m[en]sis Februarii in processu existente in manib.Ioã. Gofre[di] secretarii Delph. inter dñum de Aysio agenté,ex vna parte: & dominã Alisiam de alt[a] vsufructuariam terræ & Baroniæ mõtis Mauri, in qu[a] caus[a]

causa fuit admissa prima pars libelli dicti dñi de Aysio, in qua intentabaẽ rescisio transactionis in ipso libello deductæ. Et secunda pars ipsius libelli, ĩ qua petebanẽ certa castra restitui eidẽ dño de Aysio, fuit relicta, donec de meritis dictæ causæ rescisiõis fuerit cognitũ. Crederẽ tñ in bona æquitate, vt circuitus euitetur, ꝙ ita posint simul ĩ eo
a dem iudicio intentari, *a* vbi dñiũ in eodẽ iudicio probaretur, vt volunt Dyn. & Petr. ĩ d.l. quod tpe. in primo membro eorũ distinctionis, quos sequitur Bertrandus Capriolii ĩ d.l. quod tempore. ĩ sua repet. Et hanc partẽ, quòd pñt in eodẽ libello simul ĩtentari, tenet expresse & indistinctè Spe. ĩ ti. de in integ. resti. ĩ §.i. in ver. sed nunquid ĩ eodẽ libello &c. idẽ dicit ipse ĩ a-
b ctione ad exhibendũ. *b* & rei vẽdicatione. de cumulatione actionis scripsi s̃. q. 108. An restitutio in integrũ & rescissoria posint in eodẽ iudicio intentari, uide Pet. Iac. in tit. de in integ. rest. ut posit agi rescisso. & Io. Fab. inst. de act. in §. rursus. Sed an nullitas & ĩ integ. rest. posint in eodẽ iudicio intentari? dic quòd sic, pro quo allegat c. cõstitutus. extrà de in integ. rest. An probatiões factæ ĩ iudicio rescindenti, probent ĩ restitutoria, vide quæ dixi s̃. q. 136. circa mediũ, in ver. prætereà. Et de materia si rescissoria cum rescindente posint in eodẽ iudicio intentari, vide Spe. in ti. de reb. ecc. nõ alie. & ibi Ioã. Andr. in addi. Et circa hanc materiam secundum Pet. Iac. vbi suprà tria sunt notanda, Primũ est, ꝙ rescissoria actione non agitur, nec ipsa locũ seu effectum habet, nisi resti-
c tutione in integ. obtenta. *c* ff. ex quib. cau. maio. l. necnõ. §. exẽplo. & de iureiu. l. nã post
2 eà. §. si minor. Secũdò, * ꝙ ĩ integrum restitutio non perpe-
d tuatur *d* litis contesta. vt C. de tempo. in integ. restitutio.
3 pet. l. fi. * Tertiò, ꝙ sine litis contest. põt procedi & ferri sñia in restitutione ĩ integ. si aduersarius fuerit absens per
e contumaciam *e* in nõ veniendo. arg. ff. de mino. l. in causæ. § in cã. & C. si min. ab hære. se absti. authen. si omnes. Et idem est in causa appellationis, ut C. de temp. appel. l. vlt. §. illud. Et idẽ in priuatis delictis. ff. de pœn. l. absentẽ. Et de modo procedendi contra
4 absentẽ, dixi j. q. 429. * põt ẽt procedi in causa inquisitionali lite non contestata, secũdum Inno. in c. si aduersarius. extrà

extrà de eo, qui mit. in possessio. causa rei seruandæ.

a Intentari.] *Quod simul utrũq; possit peti, uidelicet contractum rescindi & poßeßionẽ rei restitui, uerius est secundũ cõem opi. doct. tenet do. Ioan. Pet. de Ferra. in forma libelli super petitione resti. in integ. in gl. ad dimittendum et relaxandum. et hanc opi. post argumentationẽ ad partem pro et contra factam, amplectitur d. Dyn. insti. de act. i §. rursus in vij. charta. in uer. ulterius quæro an petitio. ibi, ego dico. ubi ipse tradit modũ et formã proponendi utrũque in eo. libel.*

b Ad exhibendũ.] *Hoc est uerũ de cõsuetudine iudiciorum quæ admittit, ut utrumq; in eo. libello intentetur. ut dicit Specu. ij. parte. de actio. seu petitione. ii. col. vi. uer. et not. quòd.*

c Obtenta.] *Ita ẽt uidetur sentire do. Dy. in d. §. rursus. in v. col. in uer. modo restat uidere. et in uer. item quæro an eoipso.*

d Perpetuatur.] *Eo autẽ ipso, ꝙ restitutio in integrum petitur et conceditur, nõ censetur lis contest. in rescissoria ad eã perpetuãdam, secundum do. Cyn. ĩ prin. §. rursus. in alleg. uer. item quæro. an eoipso.*

e Per contumaciam.] *Tene perpetuò menti, ꝙ citra litis contestationẽ peruenitur ad diffinitiuam sñiam parte contumace, ubicunq; illud quod petitur est tale, ad quod nõ põt consuli per missionẽ ex primo uel secundo decreto, secundũ do. Bar. & Bal. in auth. si oẽs. C. si mi. ab hæ. se abs.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor testamentarius quo casu debeat priuari relictis per testatorem.*

QVAEST. CXLIIII.

AN autẽ dictus nobilis Ioannes Alamãdi olim tutor dicti nobilis Claudii Alamãdi, & legitarius in testõ, quondã dicti Claudii q. se nõ excusauit a
1 tutela * testamẽtaria, sed ipsam acceptauit & exercuit, et hoc priuari debeat sibi relictis vel donatis. iuxta auth. minoris debitor. C. q. tuto. dari pos. Et licet gl. Cy. & Bar. dicãt ꝙ sic, licet ipse nobilis Ioan-
a nes esset testamentarius, a tamen hoc est uerũ, ubi testator nescivisset eũ esse creditorẽ. Sed quia sciuit eum esse creditorẽ legando ipsi tutori dictũ castrum rupischinardi, sequitur propterea, ꝙ ipse tutor acceptando administrationẽ tutelæ nõ incidit ĩ pœnã. d. auth. minoris ðbitor. ita dicũt & tenẽt ibidẽ Cy. & Bart. & bñ dicũt, cũ fides eius satis approbata fuisse videat̃ ꝑ testõrẽ;

sciens

sciẽs eũ esse creditorẽ. Et ita ẽt fuit determinatũ ĩ diffinitione causæ s. ĩ p̃cedẽti q̃one a mentionatæ.

2 Testamentarius.] *Creditor uel debitor minoris indistinctè vr̃ ĩ testõ dari posse tutor uel curator. qa eius fides approbata est à testõre: ita vr̃ sentire do. Azo. in sum. C. qui da. tu. uel cu. test. pos. uel non in iij. col. uer. itẽ creditor. Sed idẽ do. Azo contrariũ scripsit, ĩ l. pr̃. ff. de proc. et proptereà concordando dicũt et tenent do. Cy. Bar. et Bal. in prædi. auth. minoris. quod si testator sciebat debitũ; tunc cessat prohibitio, sin uerò ignorabat, tunc secus.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta filio in potestate constituto, contemplatione matrimonii, an ualeat.*

2 *Sponsalitia largitas, quid dicat̃.*

3 *Filius sibi acquirit hodie, ex omni causa aduentitia.*

4 *Dos, & donatio, differunt.*

5 *Pater si quid donet filio, & id tacite, an intelligatur de donatione propter nuptias.*

QVAEST. CXLV.

FVit ẽt alia orta quæstio in decisione processus dicti castri rupischinardi, suprà in quatuor proximè
1 p̃cedẽtibus * quæstionib. mẽtionatis, videlicet si donatio facta p̱ nobilẽ Ioã. Alamandi Alberto eius filio cõtẽplatiõe
a m̃rimonii *a* dicti eius filii, & Ioãnetæ armuetæ ciuis Grat.
b sit & fuerit efficax & valida, *b* dubiũ facit, qa donatio facta per p̃rem filio ĩ p̃tãte cõstituto, obstãte ĩ capacitate filii, regl̃r nõ ualet. l. ii. C. de inoffi. don. l. donationes. C. de dona. inter vir. & vxo. & licet ĩ aliquib. casib. specialib. valeat, enumeratis p̱ gl. in d. l. ii. quã gl. cõiter doc. sequunt̃, & approbãt, tñ iste casus nõ est ĩter dictos casus enumeratus. esto em̃, ꝙ excipiat̃ casus dotis & donationis p̱p̱ nuptias, tñ lõga esse vr̃ dr̃ia inter eos & donationẽ, de qua suprà in themate fit mẽtio. Quia dos nõ residet ĩ p̱sona filię, sed trãsit ĩ maritũ, & occultat̃ unus actus, ut ff. de dona. inter vir. & vxo. l. iii. §. sciẽdũ. Et iõ ualet. ita ponũt Iac. But. & Bal. in d. l. ii. nõ sic est in casu ipso, quia donatio de qua hic agit̃, residet ĩ p̱sona filii, & nõ trãsit ĩ p̱sonã uxoris, & ita vr̃ ꝙ nõ valeat. Est ẽt differentia ĩter istũ casum, de quo hic loquuntur, & donationem p̱p̱
2 nuptias. Pro * quo sciẽdũ est, ꝙ nos habemus sponsalitiam largitatẽ, quæ est qñ sponsus dat sponsæ, uel econtra simpliciter, ut l. cũ te. & aliis pluribus

ribus legibus, ĩ tit. C. de dona. ante nuptias. & donatio propter nuptias. quod idẽ est hodie, ut l. si. eo. tit. & ista donatio p p nuptias est, qñ uir uel alius pro eo ad securitatẽ dotis dat uxori, ut ei optimè sit cõsultũ, quandocunq; soluat matrimonium, iuxta no. per Azo. in sum. dicti tit. in princ. & Host. in sũma. eo. tit. §. qualiter. per discursum totius prĩcipii. & de hac loquitur l. si liberis. cũ legibus sequentibus tituli præallegati. Et idem ẽt si donetur uiro, ut donet uxori ,ppter nuptias, ut in authẽ. ut sponsali. largitas. in prin. coll. ix. & in auth. eo decursũ. indè sumpta, posita C. de dona. ante nup. & iura loquẽtia de dona. propter nuptias itelliguntur & loquũtur de don. propter nup. uidelicet de donati. illa quæ fit uxori, ut supradictũ est: ut C. de coll. l. ut liberis. ibi, nulla discrepatione &c. l. illã. & l. illud. eo. tit. & in auth. de qualitate dotis in prin. col. 7. & de hac ẽt loqtur gl. d. l. & doct. qui illam sequũtur, & quæ ẽt differt à donatione, de qua supra in themate hmõi qõnis fit mẽtio. Quia prima non residet in p sona filii, sed trãsit ĩ eius uxorẽ, & ideò meritò ad ĩstar dotis iudicatur, sed ista donatio, de qua in themate fit mẽtio, residet in persona filii, igitur &c. & sic apparet, q l. Pompo. Philadelphus. C. fami. erc. & l. dedi dotem. ff. de colla. bono. nihil faciunt, quod donatio ista, de qua in themate, ualeat, quia loquũtur in don. ubi est cã dissimilis, ut prædictũ est, sed his non obstantib. dicẽdũ est, donationẽ (de qua suprà ĩ themate fit mẽtio) ualuisse, & fuisse, & esse ualid. & efficacem, licet enim nõ spõsalitia largitas nec donatio propter nuptias, tamẽ donatio inter uiuos facta contemplatione matrimonii p patrẽ in filiũ collata, & quæ facta extitit in cõtractu matrimonii, fuitq; & est pars dicti cõtractus, & confunditur cũ toto ipso contractu dotali, & fingitur esse unus contractus, iuxta no. Bal. in l. ii. & l.
c petẽs. C. de pac. Vnde cũ contractus ipse dotalis ualeat, & acquisitionis difficultate de patre ĩ filiãfamilias sublata, matrimonii fauore, idẽ cẽseri debet de don. facta p patrẽ filio in cohærentiis cõtractus matrimonialis, fauore cõtinui in utroq; casu locũ habẽte, cum ẽt cõtractus retinet naturam iuxta not. in l. ẽt. ff. de iof. test. & l. Marcellus. ff. de don. car. mor. per Bar. per eundẽ in l.

p

post dotē.in primo contrario tertiæ lecturæ.ff.sol.mat.Et p̄sertim cū donatio fuerit conditionata,qa aliàs nobilis Artaudus armueti & dicta Ioāneta eius filia nō cōsensissent dicto matrimonio. & ita ualuit saltē tanquā pactum, ut præfertur,conditionatū, p l. cū donationis. iuncta glo.C. de trans.secundū opi.Placen. quā sequūtur Pet.Cy.& Bal. aliàs si diceretur inefficax,remanerēt decepti dicti pater & filia,& nō esset nec seruaretur æqualitas,ubi ualeret,qđ pater dat ex causa dotis filiæ fauore matrimonii.d.l. Pomponius Philadelphus.ff.famil. ercis.& l.de dedi dotem. ff.de colla.cum simili.& non ualeret ꝙ pater daret filio matrimonii cōtemplatione,quā tñ (ne quid sequatur iniustum). uolūt iura seruari. l. illud.§. ad hæc autē.C.de colla. & l. fin.C.cōmmu.utriusq. iud. p̄sertim in cōtractibus dotalibus:in auth.de æqualita. dotis & donationis propter nuptias. in rubro & nigro.ī prī. col.vii. Præterea generalis cō suetudo & cōmunis obseruātia habet tales donationes in cōtractibus matrimoniorum persæpe fieri,& factos teneri, quæ pro lege debent obseruari,& in hoc attendi, ut tenet & no.Bal.in simili.in l.pactū quod dota.C.de coll. in 2.op. Nec premissis obstant in oppositione allegata, videlicet incapacitas filii &c. qua obstante nō valet donatio inter patrē & filium,vt iuribus supra pro hac parte alleg.Quia ſm iura antiqua quicquid acquirit filius,acquirit patri,vt l.placet.ff.de acq.hær. Et propterea hæredē nō habet rlr, vt l.2.ff.de castr.pec.Tamē in certis casibus ēt de iure antiquo sibi acquirebat, vt in castrensib.& in dote, & in pluribus aliis casib.no.per Bar. in

3 d.l.placet.* hodie tñ ſm iura noua acquirit sibi ex oī cā aduentitiæ,vt l.cum oportet. in prin.C.de bo.quæ lib. Etiā ex profectitia, sicut ob materiā non fictam uel ob cām rōnabilem,ut in auth. ex testa. cū ibi no.per Bar. C.de colla. Et in oīb.præmissis est capax,& habet hæredē.in auth.de hæred.ab intest.ueni.§.si qs igit. & in §. consequens. & § si verò.colla.ix.Et ita indistinctè cessare vr illa incapacitas. de qua supra ita ponit gl. ſm unā opi. in l.ii.C.de inoff. do. Et si nō indistinctè,saltem in hoc casu, de quo agit, cessat contemplatione matrimonii ad instar dotis,per iura suprà alleg.Et qñ dr ꝙ lōga est dr̄ia inter

4 inter dotem & * donatiõe, de qua s̃. in themate fit mentio, q̃a dos trãsit in aliã personã. Respõdeo ꝙ nõ obstãte dicto transitu: est tamen ut dicitur propriũ patrimoniũ mulierũ ut l. deniq;. §. proĩde. ff. de mino. nec ex dicta subtilitate ueritas dilata uel cõfusa est. l. in reb. C. de iur. dot. Et ꝓpterea dicit lex, ꝙ quãuis ĩ bonis mariti dos sit: mulieris tñ est. ita ponit tex. ĩ l. quãuis. ff. de iure
d dot. Et istud operatur *d* fauor matrimonii. cõsimili ergo fauore locũ habẽte ĩ donatione de qua s̃. in themate, consimilis esse debet iuris dispositio, ut iuribus uulgatis. Et cũ dicta donatio ualuerit ꝑ p̃missa nõ licuit dicto patri donatori eã reuocare. l. si quis argentũ §. fi. C. de don. & l. uelles necne. C. de reuo. don. in certis em̃ casib. donatio ualida ĩter uiuos reuocatur. de q̃bus habetur. l. fi. C. de reuo. do. inter quos casus iste, de quo hic agitur, nõ enumerat. Et s̃m s̃. allegata fuit cõclusum & determinatũ per dictos dñ̃os parlamẽti in diffinitione dicti processus castri rupischinardi inter dictas partes.
5 * Sed iuxta præmissa quæro, de alia q. Pater non fecit donationẽ filio in ipso cõtractu matrimonii: sed ꝑ ante cõtractũ contẽplatione matrimonii cũ aliqua muliere cõtrahendi, & nõ exprimit quòd donationẽ faciat propter nuptias, an dicatur ... lis propter nuptias donatio. Credo ꝙ sic, ꝑ l. 2. C. de bon. quæ li. alias tex. est in d. l. ... ibi, de collatione uero dotis uel donationis ante nuptias &c. & l. ut liberis. uer. nulla ... scretione intercedẽte &c. ... de coll. quartus & clarus tex. est in l. fi. C. cõmu. utriusq; iud. ibi, si q̃s etenĩ ꝓ filio ... ante nuptias donationẽ cõ-
e scripserit. gl. *e* id ẽ, per scriptu-
f rã dederit *f* sequitur ul' de-
g rit. gl. g. s. sine scriptura. ... aliqui ĩ iure errãtes uolunt dicere, ꝙ talis donatio patrẽ filio fieri non potuit, ... duntaxat à marito spõsæ ... à patre filio mariti ipsi spõ... iuxta l. ꝙ spõsæ. & l. quum ... testa. & l. fi. C. de dona. ante nuptias. Et talis donatio ẽst iure ualida, ut ꝓbant dicta quatuor iura, sic ẽt tenent gl. Cy. & Bar. in l. 2. C. de inofficio. donati. ẽt cessante quocunque iuramen.

a Cõtẽplatione matrimonii.] *Tu uide de hoc istũ consilio ... duodecimo, ĩcipiẽte, ex facti narratione nu. 1. uer. ad primum dubium. & per totum consi. ...*

b Valida.] *Hm̃oi autem donati... cõtẽplatione matrimonii in filio in pr...*

in poteſtate exiſtēte collata ꝑ diuerſitate tēporis diuerſam ſortitur naturā, pro tēpore enim conſtantis matrimonii cenſenda eſt donatio pp nuptias. et hoc reſpectu ualida eſt ipſa don. pro tpe uerò finiti matrimonii diiudicāda ē donatio ſimplex, et hac ratione nō tenet, ſed morte confirmatur, uel reſpectu Ioānetæ et matrimonii erit donatio ꝑpter nuptias. Reſpectu aūt ipſius Alberti tantū erit omni tempore ſimplex donatio, ita belliſſimè ſentire uidetur do. Oldr. cōſi. cli. incipien. ſi quis uerba donationis &c. enimuero ex his infertur talis reſolutio: uidelicet quòd dicta donatio eſt efficax et ualida, quatenus concernit cōmodum et fauorem dictarum Ioannetæ et matrimonii, in quorū nempe præiudiciū non debet aliquatenus īfrīgi. uerū quidā eorundem commodo et fauore penitus ceſſātibus inquātum reſpicit perſonā tantū prædicti Alber.. prætacta donatio non eſt ualida, niſi morte donantis ea demum confirmetur.

c Vnde cum.] *Donatio īter patrē et filiū an, et quādo ualeat, uide Pau. de Ca. ī cō. 345 ī antiquis.*

d Operatur.] *Tria enim ſunt quæ iſtud operantur, uidelicet, priuilegiū dotis, qa ꝑpriū patrimoniū mulieris et quia dos nō reſidet ī filia. ſed tranſit ad maritum, et acculṫatur unus actus. do. Bal. ī d. l. ii. col. ii. uer. contra primam partem. C. de inoffi. do.*

e Glo.] *Super uerſi. conſcripſerit. quod expo.*

f Sequitur.] *Supple. in litera.*

g Glo.] *Sup. in uer. uel dederit: quod interpretatur.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à patre filio in poteſtate conſtituto, an confirmetur iuramento.*

2 *Obligatio requirit duo extrema.*

3 *Pater quantū cōferre poſſit filio.*

QVAEST. CXLVI.

IMo & ſi dicta donatio, ſ. ī præcedēti quæſtione mentiōata, fuiſſet ſimplex donatio, & nō ob cām matrimo-
1 nii, adhuc*ualuiſſet uigore iuramēti in dicta donatione per dictū donatorē præſtiti de nūquàm reuocando, licet facta
2 fuerit inter patrem & filiū a in poteſtate cōſtitutum ſecūdū determinationem recolendæ memoriæ domini Pet. Papæ, patrui mei, prout ī quodā ſuo cōſilio reperio, qa do. Pe. ī. hac materia pro deciſione huius quæſtionis ſic diſtinguit, quia dicit ipſe, aut donatio ꝑceſſit à præcedenti conuentione ſine traditione, aut à præcedēti traditione primo caſu. aut loqmur (dicit ipſe) de obligatiōe naturali, aut de obliga-

ligatione ciuili.de obligatio-
ne naturali certũ est, ꝙ ualet.
quia inter patrẽ & filium po
test consistere naturalis obli-
b gatio. *b* l.frater à fratre.ĩ prĩ.
ff. de condi. inde. & ita pater
erit obligatus filio naturali-
ter. Si uerò de obligatione ci-
uili, & tunc licet ciuilis obli-
gatio nõ possit consistere in-
ter patrẽ & filiũ illa rõne: q̃a
de iure ciuili eadem persona
reputatur. l.fi. in fi. C. de ĩpu.
& aliis substi. hinc ẽt dicitur,
ꝙ pater est caput filii, qui non
dicitur integra persona, iuxta
no. in l. cum non solũ. §. neces
2 sitatẽ. C. de bo. quæ lib.* Et
obligatio est unũ quid, quod
requirit duo extrema, scilicet
extra modũ obligans seu agẽs
& extremum obligatũ seu pa-
tiẽs. Patet, quia nemo sibi ipsi
potest esse obligatus. l. hæres.
à debitore §. ꝙ si stipulator. &
§. seruo tuo. ff. đ fideius. Et cũ
de iure ciuili reputentur una
& eadẽ persona pater & fili⁹:
nõ est ibi nisi unũ extremũ: et
sic ibi non potest cadere obli-
gatio, quæ requirit duo. quod
secus est de iure naturali, q̃a
illo iure nõ erat identitas per
sonarum inter patrẽ & filiũ.
ideò, nõ mirum, si ibi cadat o-
bligatio naturalis, cum sint di-
uersa extrema. & illa ratione
non potest consistere inter pa-

trẽ & filiũ ciuilis obligatio,
quia quicquid quærit filius ꝙ
c q̃rit patri. *c* l. uulgata. *d* Om-
d nia ista sunt introducta p iu-
ciuile, in fauorẽ & priuilegii
patris, scilicet, ꝙ sint eadẽ pe
sona, & pater sit caput filii:
quicq̃d quærit filius, &c. Et
fili⁹ sit necessari⁹ hęres, & .
beat onera hæreditaria, ut
ter sine hærede nõ moriat
Sed q̃ñ aliquis contractu
nullus in fauorem seu pr e
gatiuã alicuius, ita quòd
qua actio nõ oritur, q̃a q
nullũ est, apparere nõ po
l. nã & si sub cõditiõe. ff. d
iusto rupto. & irrito test.
tñ iuramentũ apponatur
tali cõtractu nullo ualida
ex eo oritur actio ẜm glo.
auth. sacramenta puberũ.
si aduer. uẽdi. ubi contra
est nullus, si deficiat dec
tum in fauorem & priui
gium minorum: Certè, si
ponatur iuramẽtũ, ualida
& datur actio ex eo. ut ibi.
go dicamus idẽ in propo f
cũ in fauorem patris sit d
natio nulla, per oppositio
iuramẽti cũ ualidet, q̃a q
potest renuntiare fauori su
iura sunt uulgata. & istud
primum fundamẽtũ dicit
Pet. Papæ. Præterea dicit ip
ꝙ ius ciuile uult seruari iur
mentum & religionem. l. i. C

de sum.trin. & fin. ca. Si ergo vult iuramentū seruari, ergo vult veritatem seruari, quæ est de substantia iuramē ti.c.& si Xps.extrà de iureiu. si ergo vult seruari veritatē: ergo vult tollere fictionem, scilicet, quæ est, ꝙ pater & filius non sunt nisi vna extremitas, in qua non pōt cadere obligatio vt s̄.dixi. Ergo dicamus, ꝙ per appositionem iurī
e cum fictio tollat̄, e ꝙ sint duo extrema pater & filius, etiam de iure ciuili propter iur̄um, quod vult ī ius ciuile seruari, in quo iuramēto nulla fictio cadit. & sic si sint duo extrema de iure ciuili, ergo ibi cadit obligatio ciuilis, & sic pater erit obligatus naturaliter filio: vt s̄.dixi. & ciuiliter ꝓpter iur̄um. Secundo casu, qn̄ donatio procesſit à p̄cedenti traditiōe, & tūc dicit ip̄e do, Pe. Papæ, cū dominia sint de iure gentiū. Sic est, ꝙ licet illa, quę sunt iuregētiū quæsita ꝑ filiū ab extraneo, nō persistāt per momētū f penes filiū
f imò statim faciūt transitū in patrem: tn̄ illa quæ sunt iure gētium quęsita per filiū à patre, in ipso filio permanēt, & in eū incorporant̄. l. frater à fratre §. quæsitū. ff. de cōd. in de. Cū ergo dominia sint iure gētiū, dicamus ipso filio p̄manere & incorporari in eū sibi donata per patrē. & istud est s̄m fundamētū dicti do. Petri. Prætereà dicit ipse do. Pet. donatio fit nudo pacto. l. si qs argentū. §. pe. C. de do. Sed in in nudo pacto tm̄ inest natu-
g ralis obligatio g, quæ consistere potest inter patrē & filiū. l. frater à fratre. ff. de cōdi. inde. unde quod naturaliter agit̄, confirmari debet iuramento, ut plenè ī. dixi q. 190. circa prin. Prætereà & quartò, dicit ipse do. Pe. iuramētū facit de minore maiorem, & tollit obstaculū minoritatis: ut ꝓbat̄ in d. auth. sacramenta. & ibi per doc. dicamus ergo, ꝙ faciat de unitate duo extrema. Prætereà & quintò, dicit ipse, ꝙ illa quæ nō sunt ꝓhibita, p̄nt validari iur̄o, sed donatio inter patrem & filiū nō sunt perpetuo ꝓhibita. qa in certis casib. p̄missa ualet donatio ob merita, donatio ob cām dotis, & donatio pp nuptias, ut suprà dictum est in præcedē. qō. ideò nō est perpetuò prohibita, unde iuramento firmari debet, ut no. in l. non dubiū. C. de leg. & per Dy. in c. nō est obligatoriū. de re iu. li. vi. ita dicit ipse Petrus Papæ.
h Et hāc partem tenet h do. Pe. de Muris, & refert do. Henr. de Bouenco in d. auth. sacra-

menta.in sua repetitione.Licet ipse dominus de Bouenco ibi dicat, ꝙ non cõfirmatur talis donatio iuramento, ut ex ea oriatur actio: licet pater possit cõpelli ad obseruandũ talem donationẽ vigore iuri, iuxta c.cum contingat. extrà de iureiurando. ita dicit ipse ibi. Sed do. Pe. Papæ tenet, ꝙ imò ex tali donatiõe oriat̃ obligatio & actio: vt s̃.dixi.& credo, ꝙ hæc fuit opi.dicti Ia. Balduini in sua repetitiõe dictæ auth.sacramẽta, licet per alias rationes, & ꝓ hac parte allegat ubi s̃.idem do. Ia.Balduini tex.in auth.de immẽsis

3 dona.in prin.col.vii. Vbi * iure nouissimo pr̃ põt conferre donationẽ in unũ ex filiis, dũmodo moderatã donationẽ ĩ eũ conferat, & dũmodo patri remaneat tãtũ, ꝙ alius filius possit excludi à querela. C.đ inoffi.do.l.ii. & ꝙ ista donatio inter patrẽ & filiũ iuramẽto firmet̃, tenet Bal.in l.fi. C. de usucapionib. pro do.& ita fuit determinatum anno M.ccccl xi.đ mẽse Iunii.ĩ reuisione ꝓcessus dicti castri Rapischinardi dicto mẽse diffiniti.

a Inter patrem & filium.] *Vide de hoc scilicet, quod donatio simplex inter patrem & filiũ firmetur iuramento. istum plenè, con si.xx.ĩci.uiso facto, ut poniẽ.nu. 3. versi.et si fortè diceres.et consi. ciiii.inci.ꝑsuppositis.nu. 3. ver sed qd de donatione.et cõs. cc iii.inci.honesta mulier.nume. verf.i.quia dicta donatio.*

b cimus. Sed credo cõtrariũ per text. d. l. ibi, sinaũ: te &c. Propterea, q̃a post d. reuocationẽ effluxerũt dec anni añ mortẽ dicti Eymardi, quod sufficere debet & opi. aliquorũ, ut refert d. gl. fi. in prin. Et in hac opin. postea fuit do. Host. in sum. in ti. de test. §. qualiter infirmet. uer. ité per posterius. ĩ fi. & post hoc decẽniũ sit lapsũ. Idẽ ẽt videt̃ sentire Ia. de Bel. & Bar. ĩ summario dictæ legis. Et ita s̃m hãc vltimã partẽ tãquã magis æquã, fuit conclusum & determinatũ ĩ conclusio. per dictos d̃nos meos 2 parlamẽti die x. mẽsis Martii, M. ccccLix. & s̃nia lata contra hæredes dicti quondã nobilis Io. de Cizerino ad opus Dreuoni Saunerii fratris & hæredis ab intestato dicti Eymardi, ĩ manib. Io. Iofredi secretarii Delph. fuerũt tñ dicti hæredes nobiles Io. de Ci- d zerino releuati ab expẽsis processus dictæ causæ, q̃a probabilẽ habebãt opinionẽ famosi doctoris, videlicet gl. & sequaciũ, q̃a opi. famosi releuare debet ab

ab expẽsis: e vt dixi ĵ.q.277. Sed quare nõ fuit iudicatum ẽm opi.d.gl.cũ habeat cõcordãtes, videlicet. Azo.Cy.Io. Fa.& Pe.Ia. Rõ fuit, q̃a talis opinio, pro qua fuit ŝ. iudicatũ, ẽ magis amica textui. ĩ d. ver.finaĩt testõr.&c.& magis ẽt æqua, ut dicit Ang.ĩ d.l.sãcimus.in fi.secundũ q̃ æquitatẽ propterea debuit iudicari, iuxta l.Titius. & l. q filium. circa fin.ff.ad Trebel.itẽ quia Bar.in l.si iure.ff.de leg.iii.dicit quòd si testõr dicat coram septẽ testib.reuoco testamentũ meum, quia uolo decedere intestatus. ꝙ tũc testm̃ ẽ reuocatũ, q̃a vr̃ ĩstituere ueniẽres ab ĩtestato, & per aditionẽ ueniẽtiũ ab ĩtestato ademptio ĩ testõ confirmaẽ. vt l. si ita quis.ff.de hæ.ĩsti.si sic, ademptio valet. * Sed si simpl̃r dixisset, nolo testm̃ meũ valere, sicut dicit dictus Eymard⁹ tũc dicit ipse Bar.testm̃ nõ esset reuocatũ, nisi cũ cursu decẽ annorũ. per d.l. sancimus. & p̃ §.pe. ĩsti.quib. mod.test. ĩfirmenẽ.sed do.Io.de Imo.dicit, ꝙ imò tale testm̃ ẽ reuocatũ, d ẽt si nõ dicat, ꝙ uelit decedere ĩtestatus. & est rõ ẽm eũ, quia cassando & reuocando eius testm̃, vr̃ ĩ dubio velle decedere ĩtestatus & ĩuitare voluisse tacitè veniẽtes ab testato: iuxta l.cõficiunẽ.§.i. ff.de iur.cod.& hãc opi. vt ipse de Imo.refert, tenet do.Hono. de perusio. ĩ l.hac cõsultissima.C.de test.ĩ §. & quis: hæc s̃nĩa est uerior in strictu iuris rõne, e ut dicit idẽ de Imo.hãc opi.ẽt sequiẽ do.Pe. de Besu. doctor nouissimus actu legẽs Papiæ, dũ ego Guido Papæ studebã ultra mõtes. in l.si ita scriptũ.§. regula.ff. de lib.& posth. Sal. tñ in d.l. sancimus. ibi, q̃ro circa hæc &c.nõ firmat pedẽ, sed relinquit cogitãdũ.* Et ita ẽm hãc opi.modernorũ, uidelicet Hono.de perusio, Inn.& Pet. de Besu. testm̃ reuocaẽ corã vii. testib.per simplicẽ reuocationẽ f absq; transcursu dictorũ decẽ annorũ, ẽt si testator nõ dicat ĩ reuocatione, ꝙ velit ĩtestatus decedere. Nec obstat ad p̃missa d.l.sãcimus.vbi hr̃, ꝙ reuocatio ñ sufficit ad submouẽdũ uires testi, dicendo, nolo testm̃ meũ ualere, nisi cũ transcursu decẽ annorũ, quia ibi corã minori numero testium, iõ ibi non tolliẽ præcedẽs testm̃, nisi cum trãscursu decẽ annorum, ut ibi, sed vbi uoluntas mutatur coram septẽ testibus, tollitur p̃cedẽs testamentum absq; transcursu decem annorum, dicit de Imo.vt refert dom.Petrus de

Besu

Besucio ĩ d.l.si ita scriptum.ĩ §. regula.ĩ solutione cõtrarii. qđ ibi facit de d.l.sãcimus.& ita uidetur bene fuisse iudicatum per dictã curiã parlaméti ad opus dicti Dreuonii fratris & hæredis ab ĩtestato dicti testatoris. & quæ sentẽtia expost de anno do.M.cccclxi. de mẽse Decembris ĩ cã reuisiõis,fuit p dños de parlamé
4 to cõfirmata.*Ideò pro breui cõcordia & declaratione huius materiæ, cũ quæritur an testm̃ solenne posit reuoca-
g ri g minus solenni uoluntate. Ego Guido Papę sic distinguo ex dictis & mẽte dictorũ doct. Quia aut fit reuocatió corã tribus testibus,aut corã septẽ testibus. Si corã trib.testibus fiat reuocatio, dicẽdo: testm̃ meũ nolo illud ualere: tũc reuocať testm̃ cũ trãscursu dictorũ decẽ annorũ,ut in d.l.sancimus.qui tñ decẽ anni non debẽt necessariò esse effluxi añ reuocationem, sed sufficit ꝙ antè uel post sint effluxi ante mortẽ testatoris, ẜm Hosti.Ang.Ia. de Bu. & Bar.in locis s̃.allegatis.quicqd dicat gl.in d.l.sancimꝰ. & eã sequẽtes.Si uerò coram septẽ testibus fiat reuocatio,dicẽdo,reuoco testm̃ meum,& nolo illud ualere,tũc ẽt reuocať testm̃, posito ꝙ nõ dicat, ꝙ uelit decedere intestatus, qa etiam hoc casu uideť ueni entes ab instato inuitare uoluisse ad eius hæreditaté. Et hoc casu,qñ corã septẽ testibus fit talis reuocatio, nõ est necessarius trãscursus dictorum decẽ annorũ,ut dicũt et tenent Bald.Imo.Honofior. et perusio,& de Besucio.*Sed a
5 h an *h* hoc caso testa. reuocata cen seantur esse reuocata pia legata, qa de aliis nõ est dubium quin sint reuocata, b
ta l.militis.§.ueteranus.ff. de test.mili.& uideť,ꝙ non,ar. l.testõ. ff.de fideicõ.liber. facit bñ.l.,pxime.§.fin.ff.de his quæ in testa.delẽtur.Pro hoc facit,quia legata ad pias causas uel pro anima facta,ualent, ẽt nõ adita hæreditate, ut dicit Bar.in l.i.C. de sac. c
san.ec.quem ibi sequiť Salyc. idẽ posuit Spec.in ti.de instru. edi.in §. nũc aliqua. uer. pone & hær.qđ nõ mirũ, q multa ĩ fauorẽ piorum legatorum pro anima sunt à iure statúta,quæ non reperiuntur respectu aliorũ legatorũ, ut colligiť in auth. sed cũ testator.C.ad le.Fal.& in l.i.C.de d
fideic. & hæc opinio uideť satis ęqua.*Sed an ex minus so-
6 tis ęqua.*Sed an ex minus solẽni testamento debeantur legata ĩ causam alimẽtorum relicta?dic ꝙ sic,per d.l.i.C. de e
fideic.

fideic.q̃ hoc ẽt tetigi ĩ.q.576. in fi.de materia piorum legatorũ ẽt tet.ĩ.q.556.& q.576. in fi. Legata pia ẽt debent̃ hæreditate non adita, ut plenè scripsi notabilibus meis in.§. legata pia.foli.xxx. An Trebell. detrahitur de piis relictis, uide q.188.

a Reuocauit dictũ suũ testm̃.] *Tu uide de hoc et an in donatione posit reuocari.ĩsiũ, consi.c.xlvii.incip.consilium pro Re.patre.nume.3.uersi.ad tertium.*

b Credo cõtrariũ.] *Quòd autem cursus decenii incipiat à tẽpore cõditi testamẽti, et nõ a tempore uoluntatis, posteà emissæ. patet p tex.præ.in l.sancimus in prin.et ibi, et post eius confectionẽ decẽnium præfluxerit. et ita tenet gl.fi.in præ.l. sancimus.q̃ ibi approbat do.Cy ĩ uer.ulti.q̃ritur.*

c Ab expensis.] *Nam iustã causã litigandi habuisse uñr, qui pro se habuit opinionẽ unius do.Bar.ĩ l bonorũ.ff.q̃ bo.pos.Bal.ĩ auth. generaliter.C.de epi. et cle.doc. in c.ut debitus.de ap. & hoc uerũ, nisi talis opinio sit reprobata cõmuniter ab alÿs, quia tũc ab expensis non excusat.do.Car. in cle.ÿ.in prin.de ele.*

d Tale testamẽtũ est reuocatũ] *Istud expreßè tenet do. Bal. in prealle.l. sancimus. in i. col.in uer. reuoco in dubium.*

e In stricta iuris ratiõe.] *Imò de æquitate, cũ cõtrariũ sit iniquũ sentit do Bal.in alle.l.sancimus in uer.reuoco in dubium ibi.q̃ uidetur ualde iniquum.*

f Simplicem reuocationem.] *Vide do.Ang.Are.instit. quib. mod.testa.ĩfir.§.ex eo aũt stylo.*

g *Posit reuocari.] *Nunqd testamẽtũ solẽniter factũ ĩtelligat̃ reuocatũ per aliã ultimã uoluntatem factã ad piã causam, corã tribus testibus: latè tradit Philip.Corn.in consilio lv.incip. uidetur in hac.in 4.uol.Et nunqd testamentũ primũ tollatur per secũdũ inualidum, ita, quòd secũdũ saltẽ ualeat iure codicillorũ, latè tradit in consil.vÿ.inci. reperio me.eodem.in iiÿ.uolu.*

h Sed an.] *Vide Alexand.consil. 30.in tertio uolù.*

SVMMARIVM.

1 *Renũciatione et cõclusione facta ĩ cã, an partes postea admittãtur ad pductionẽ ĩstrumẽtorũ.*

2 *Renunciatio et conclusio an requirantur in causa denunciationis uel accusationis.*

QVAET. CCI.

1 a RENunciatione uel cõclusione*facta *a* in cã põt altera pars admitti ad producendũ literas uel b instrũ, *b* si aliqua ratio eudẽs moueat iudicẽ. ita tenet Spe. in ti.de renũ.conclusio. circa

prin.

prin.in uer.& ſcias &c.qui al
le.c.qa prætereà. ĩ fi.ex̃ de cã
poſ.& ꝓprie.maximè ſi talia
inſt ſa ſint de nouo repta. Et
quæ reperta de nouo, ꝓbãtur
per iuramẽtũ,ut dicit Bar.in
l.admonẽdi.ff.de iureiu.& te
tigi.ĩ.q.254.idẽ ĩ ꝓductione
teſtiũ, qa teſtis ſemel exami
natus & publicatus, renũcia
to & cõcluſo in cã, põt itera
c tò ĩ cã ex officio iudicis c exa
minari,ut no.Ia.Bar.& gl.in
l.repeti. ff.de qõnib.& Spec.
ti.de teſte.§.nũc tractãdum.
uer.qd ergo.& uer.ſed ſi aliq̃
iuſta cã moueat iudicẽ.maxi
mè ꝑſtito à parte iurõ, ꝙ hoc
maliciosè nõ petit,qb.cõcur
rẽtib.poterũt iterũ ſup eo.ar
ticulo teſtes ꝓduci.ar.ĩ auth.
ð teſt.§.quia uero multi.ubi
dr̃, ꝙ admittit̃ poſt cõcluſio-
nẽ,q̃ magis impediri dẽt,q̃ re
nũciatio.ita tenet Inn.ĩ c. cũ
ueniſſent.in uer.credimus tñ
&c.extrà de teſti. Et ita etiã
ſeruat ſtylus pręſent.curiæ
parlamẽti Delph.prout uidi
tꝑibus meis ĩ plurib.& diuer
ſis cauſis fieri& obſeruari.tñ
cõſueuit adducere ipſa curia
parlamẽ. hãc clauſulã ad ua
lẽdũ,qd ualer̃ potuerũt,q̃ tñ
clauſula nõ neceſſaria appo-
nit̃ ſecũdũ opi.Inn. ut ſ.uide
alios caſus ſpãles in qbus te-
ſtibus publicatis alii admit-
tuntur.de quibus tetigi.ſ.q.
a 124.Sed iuxta*ꝓmiſſa quæro
an in cã denũciatiõis uel ac-
cuſationis requirat̃ renuncia
tio.& concluſio.Bar. dicit q
non,in l.libellorũ.ff.de accu
de hac materia uide ſ. q.72.

a Concluſione facta.] *Vide de hac materia in deci. Tho.q.13. & quod ibi ſcripſi.*

b Inſtrumenta.] *Poſt concluſionẽ poſſunt fieri probationes ſaltem per inſtrumẽta, uel per teſtes ſup aliis articulis. do.Card. in clem.i.q.14. de cauſa poſſ. & propri.quod ur̃ uerũ obtenta reſtitutione in integrũ, ſaltem ex clauſula generali.c. auditis.de reſti.in integ.& ibi do.Inno.in gl. ſua in uerb.probationẽ &c. de do.Panor. in præalle.c.auditis.in uer extra gl. quæri. et do. Card.in præal.c.i.xiiii.q.i opp.*

c Officio iudicis.] *Vide do.Bar. & Bal.in auth. qui ſemel. C.de proba.& do.Pan.ĩ c.cũ clamor. de teſti.in uer.no.bene hãc gl.not. do.Inn. in c.per tuas.eo.tit. in prin.et circa fi.Sed ad petitionẽ partis, nõ tenetur iudex iterum examinare teſtes, niſi in caſib. de quib.per ipſum do. Panor.in præalleg.c.per tuas.*

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio crimino ſi de uno loco ad aliũ ut fiat, ſex reqrũtur.*
2 *Vagabundus, quis dicatur.*

Re-

3 *Remissio an debeat fieri in contractibus.*
4 *Iudex potior uter sit in cognitione causæ, an qui personaliter delatũ cepit, an qui uerbaliter citare mandauit.*
5 *Ciuis Gratio. cõmisit homicidiũ Valentiæ, an Iudex cõis Gration. poterit cõtra eũ inquirere de dicto crimine.*
6 *Remissus an debeat pũtari cũ eo dẽ pcessu facto corã remittẽte.*
7 *Confessio operatur duo, corã Iudice remittente.*

QVAEST. CCII.

IN remisione malefactoris fienda uel impediẽda
1 sunt sex* considerãda. nã primò oportet ꝙ constet crimẽ, de quo agiẽ, fuisse cõmis-
a su m. *a* l. prima. §. itẽ illud. ff. ad senatuscõsultũ Sillieanũ. ita tenet Pet. Iac. in tit. de successione regni Frãciæ. §. & ẽ aliud minus. uersi. & est notandũ. Secundò, ꝙ constet crimen fuisse in territorio iudicis requirentis commissum. l. i. ibi dũ dr̃ cõmissum. C. ubi de cri. agi oportet. & de isto uidelicet delicto, & in quo loco delictũ fuerit perpetratũ; iudex requisitus potest facere informationem antequã delatum remittat. ut no. p gl. in c. pastoralis. de re iudi. in cle. & hoc uerũ est, nisi iudex requirens eidem iudici requisito informationes super delicto trãsmitteret, prout est in talibus fieri consuetum. Tertiò, ꝙ delatus non sit uagabũ
b dus, *b* quia tunc ubique posset puniri, ut d. l. iuncta glo. posita super uerbo, reperiunt
2 in fine. Et* est uagabundus, q certum nõ habet domiciliũ, secundum gl. positam ĩ l. i. §. prætor. de dãno infecto. ibi, habitationem nõ habeat. idẽ Bar. ibidem. Quartò, quòd ipse delatus non sit accusatus d̃ hæresi, quia tunc ubique pro tali crimine põt puniri, nec fieret remissio, facit bene qđ ponit Bar. in l. si dominiũ. ff. de furtis, & ẽ melior cõditio pſidis possidentis. ita determinat Ia. But. ĩ l. Arriani. C. de hęret. & alle. l. ex ea. ff. d̃ posthumis. Quintò, ꝙ nõ cõmiserit crimẽ penes iudicẽ, penes quem detinetur, quia antequã remittatur, debet fieri de tali crimine punitio. l. si
c cui. §. fi. & l. fi. d̃ accu. Sextò, *c* ꝙ iudex debitẽ reqraẽ, alr̃ nõ teneẽ remittere in authẽ. ut nulli iudicũ. §. si uerò qs cõprehensorũ colla. ix. & uide Cy. ĩ auth. qua ĩ ꝓuincia. C. ubi d̃ crimine agi oportet. Et sũt isti sex casus notandi qa quotidie occurrũt in facto, & iuxta ẽ. alle. uidi semper obser-

ſeruari in hac curia, exceptis
duobus caſibus, in tertio &
quarto capitulo comprehen
ſis, uidelicet de uagabũdo &
hæretico. Sed quæ in futurũ
videbo obſeruari, hic ſubiun
gam. Et nota iſtos ſex caſus,
quia alibi non reperiuntur
ita ſimul collecti. nã eos col-
legi prout melius potui in iu
re noſtro, quia ſepe occurrũt
in facto. De materia hmõi re
miſsionis tetigi ſ̃. q. 104. Sed
3 * an in cõtractib. fieri debeat
d remiſsio? *d* uide in l. ſolent. ff.
de cuſto. & exhi. reo. per doc.
Sed an iudex domicilii, corã
quo delatus eſt primò conuẽ
tus, erit iudex delicti in alie
no territorio commiſsi, ẽt ſi
delatus petatur remitti iudi-
ci delicti, vel an teneatur eũ
remittere? Crederem, ꝙ iu-
dex domicilii coram quo de-
latus fuit primò cõuentus, &
intitulatus, non teneatur re-
mittere, cum in criminali ẽt
ſit locus præuentioni, ut dicit
Bar. in l. ſepulchri uiolati. ff.
de ſepulchro uiolato. ibi, ter-
tiò eſt uidendum. Item dicit
Ang. de Are. in tract. ſuo ma
leſi. in gl. ſuper uerbo, iudex
cõmiſit, ꝙ Caius & alii inq-
ſiti citarent̃. ibi, quæro, an ex
citatione uerbali &c. & in q.
ſeq. ibi, & ſic ille iudex præ-
fertur in dicto proceſſu &c.

4 * Et ibi dicit de Aretio quò
in cognitione cauſæ & præ
uentione ipſius eſt potior il
le iudex, qui primò perſo
naliter delatum cepit, quã
ille qui uerbaliter citare ma
dauit. Et pro præuentio
iudicatur in curia parlam.
5 uide ĩ. q. 462. * Quæro ult
rius, aliquis ciuis huius ci
tatis Grationop. commiſit
micidium Valẽtiæ, an iud
cõis Gration. poterit inq
rere contra eum de dicto c
mine & officio ſuo? Odo.
Iac. de bello uiſu tenent,
non. in l. i. C. ubi de crimi
oportet. Idem tenent Ga
nus & Io. An. in addit. Spe
e trarium tenẽt Cy. *e* Bart
Ange. de Aret. ita refert i
Ange. in tract. ſuo de ma
in glo. i. in xvi. col. ibi, qu
an de delictis commiſsis p
b ſubditos &c. * Si delatus r
mittitur, an debeat præſen
ri, in eodem proceſſu fac
coram remittente, uel ſi de
beat fieri nouus proceſſus,
tigi ĩ. q. 419. & ſuper hoc
cit Sal. in l. ea quidem. C.
accu. ibi. xiiii. quæro an c
feſsio &c. dicit quòd non de
f bet ſtari proceſſui *f* facto c
ram iudice remittente, qu
agitatum fuit coram non iu
dice. no. Bartol. in l. mag
ſtrantibus. ff. de iur. om. iud

ubi dicit ét Bar. quòd inquisitor nõ habet stare processui facto coram remittẽte. quod putat uerũ Ang. de Are. in suo trac. malef. in gl. super uerbo, necnõ &c. in x. col. ibi, quæro an cõfessio &c.* Aduertendũ tamẽ secũdum Ang. de Aret. ubi s̃. quòd duo operatur confessio corã iudice remittẽte, unum est quòd est tantæ potẽtiæ, quòd facit tale iudicium, ex quo potest poni ad torturã per iudicẽ, cui est facta remissio sine alio iudicio, arg. in l. capite v. & ibi Bar. ff. đ adul. Secũdò operat̃, ꝙ cogit̃ posteà corã iudice ordinario prima confessione ꝑseuerare, ut no. Inn. ĩ c. si clerici. de iudi. ꝙ no. secundũ Ang. de Are. ubi s̃.

a Fuisse cõmissum.] *Iudex requisitus non debet remittere in cã criminali sine cãæ cognitione, hoc est, debet corã iudice remittẽte aliqualiter cõstare de crimine. d. Car. ĩ cle. pastoralis. ĩ §. deniq; in ult. vers. de seu. & re iud. et d. Oldr. cons. cxxiiii.*

b Vagabũdus.] *Vide quo ad hoc d. Panor. in p̃al. c. fi. viii. col. ver. sed circa hoc q̃ro. de foro cõpetẽ.*

c Sexto.] *Adde septimũ, videlicet ꝙ delictũ nõ sit minimũ, quia remissio pro delicto minimo fieri nõ debet: d. Ge. in c. Romana. §. cõtrahẽtes. de foro cõp. in vi. Itẽ octauũ, ꝙ remissio petatur inter subditos eidẽ imperio d. Bal. in l. ii. uer. sed nunquid. C. de ser. fug. Itẽ nonum, quòd remissio petatur fieri à minori tribunali ad maius, quia non fit de maiori tribunali ad minus. d. Old. per cõs. cxxiiii et de hac materia remissiõis in delictis, uide d. Panor. in c. fi. lib. vi. in ver. iii. gl. et uer. seq. usque ad uer. circa hoc quæritur. extrà de foro comp.*

d In cõtractib. remissio.] *In causis ciuilib nõ habet locum remissio. d. Bar. et doc. in l. hæres ab sẽs § . si quis. in uer. circa hanc. ff. de iudi. & hoc ṽr probari per tex. in c. Romana in §. contrahentes. ibi, nisi inueniãtur etc. et ibi gl. in vers. inuitos de fo. cõp. lib. vi. imò nec in criminib. ciuiliter intentatis fit remissio, ut sentit d. Pan. in p̃al. c. fi. in vii. col. in uer. ult. dicit gl. Istud tamen fallit in certis c. de quib per eũdẽ d. Panor. in præ. c. fi. in ix. col. in uer. uenio ad secundum. ibi, & ex his infertur.*

e Cy.] *Ipse d. Ang. opi. d. Cy. et suorum sequacium in puniendis delictis semper secutus est, ut ipsemet ibi testatur in fi. præ. uer. q̃ro an delicti.*

f Non debet stari processui.] *Et pro hoc l. ult. C. si à nõ cõpe iudi. & in c. at si cle. extrà de iudi.*

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamiliàs appellare potest sine mandato, nomine patris.*

2 *Dominus appellare potest pro homine suo.*
3 *Episcopus sine mandato speciali potest appellare pro ciuitate, uel subditis.*

QVAEST. CCIII.

1 FIliusfamilias sine mandato * appellare põt nomine patris,ut est gl.in l.cõsen su.§.filiũ.ff.de app. & appellationé p ipsum filiũ,vł aliũ nomine patris interpositã,põt filius sine mãdato ĩtroducere.arg.l.exigẽdi. C.de p cu.Nã si filius actiones patris in iudicio posfit intẽtare,litẽ cõtestari,testes producere,nomĩe patris sine mãdato,iuxta dictã l.exigẽdi. multomagis põt appellare & appellationé
2 interpositã introducere *a*.arg. auth.multomagis,C.đ epi.& cle.facit quia cui est permissum antecedẽs seu prĩcipale, cẽseť esse permissum cõsequẽs seu accessorium.l.cui iurisdictio.ff.de iur.om.iud.l.iii.§.q habet.ff.de serui.rust.prędi.facit l.ad rẽ.& l.ad legatũ.ff. de procur. Sed permisſũ est filio agere pro patre.per d.l.exigẽdi.sequitur ergo eidẽ pmisſũ esse appellare,tãquam accessorium. & ita fuit declaratũ & cõclusum per dominos meos de mense Martii, M.ccccli x.ĩ sententiis Paschæ in quadam causa appellationis Io. Filii appellantis, & Amblardũ de sellis appellati,existẽte in ... nibus Io. Albi secretarii Del ph. ĩ qua causa filius dictus a pellãtis appellationé dicti patris in curia parla.introdu xit sine mãdato patris.quæ troductio conclusa fuit leg mè fuisse facta causis & ... nib.suprà deductis & allega aliis tũc per dictos dom
2 meos declaratis.* Idẽ dic in domino, quòd posſit p mine suo appellare. ut po Spe.in ti.de app.§.i.in fi.Sp liter ẽt dñs põt p homĩe agere.ut dicit Inn. in c. de
3 ctis. de app.* Idẽ videmus epo: q sine mandato speci põt appellare p ciuitate su vł subditis suis.ĩ c. dilecto pẽ principiũ,extrà đ app.§.
a Appellare & appellationé troducere.] *Istud optimè pr tur per tex.in l.i.ibi, sed & iure &c. iuncto ibi, & si li &c.ff.de ap.reci.uel non.*

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi in contractib.*
2 *Monasteriũ an posſit petere bo uxoris. q̃ post mortẽ suã oĩa ... na sua dõabat dicto monasterio.*

QVAEST. CCIIII.

MAritus & vxor omnia eorũ bona donauerunt Titio,in qu do-

donatione sibi reseruauerunt quatuor sestaria frumenti, & quatuor sestaria vini, quãdiu uiuent, vel aliquam aliã pensionem uno moriente, utrũ a-
1 lius* debeat habere totam pẽsionem vel medietatem dũtaxat? & credo ꝙ medietatẽ dũtaxat, quia ista pensio retẽta ꝓ alimonia, respicit cãm rei-
a terabilem *a* in se recipiẽtẽ. l. alimenta. §. basilicæ. ff. de ali. & cib. leg. ubi habetur, ꝙ cã alimentorum est reiterabilis. istud etiã tenet Cy. ĩ l. cũ qõ.
b in fin. C. de le. & Bart. *b* in l. re cõiuncti. in q. quæ incipit, tertiò principaliter quærit &c. ff. de leg. iii. Et pro tãto medietas duntaxat debet. nec alia accrescit superuenienti. De hoc vr̃ text. expressus in l. dominus. §. i. ff. de usufru. hanc partem etiam tenet Bar. in d. l. re cõiũcti. in præ. q. hoc etiã probatur tali ratione. In con
c tractib. *c* enim ꝑꝑ emolumẽtũ iã alteri quæsitũ nõ habet locum ius accrescẽdi. l. i. circa fi. ff. de usufru. accrescendo. & l. aquam. §. fi. ff. queãdmo. serui. amit. ponit Bar. in d. l. re coniũcti. in q. q̃ incipit, quarto est in tempore consideran dum &c. & hoc tenet Bar. expressè in l. si mihi. & no. ĩ iii. q. in uer. q incipit. & iõ prædicta inducunt &c. ff. de verb. obl. & q̃a ĩ casu proposito ius fuit quæsitum cuilibet dictorum cõiugum, restat dicere ius accrescendi inter ipsos locũ nõ habere. Et ꝓ ista parte bene facit. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Treb. & l. fi. §. filium. ff. de leg. ii. Istud ẽt sequit̃ Bar. ĩ d. §. Caio. & Cy. in l. fi. C. de impu. & aliis substit. Et ita fuit declaratũ & iudicatũ die viii. mẽsis Iunii, M.ccccIix. ꝑ dños meos parla. in camera cõsilii, in qua erant spectabiles uiri, d. Io. Bauilli p̃sidens Ma. thomassini, Gulie. Guiliõis, Io. đ S. Germano, aduocatus fiscalis, Pe. Banil. ꝓcurator fiscalis, V. I. D. & ego Gui. Papæ in cã tũc uertente in manib. Io. đ Vourey secretarii Delph. inter relictã An. ucceyriæ agẽtẽ ex una parte, & Stephanũ đ plastro reũ ex altera mãdamẽti Curuiliõis.* Iux̃ hæc
2 quæro, uir & vxor post eorũ mortẽ dederunt oĩa bona alicui monasterio, morit̃ uxor, an monasteriũ poterit petere bona vxoris. vide Cy. in l. pe. C. đ imp. & aliis subst. De mã iuris accrescẽdi in cõtractib. uide l. si mihi & Titio. & ibi Bar. ff. de uer. ob. De materia iuris accrescẽdi in ulti. uolũta. uide Bart. & doc. in l. duo socii. §. si duo sint hæredes. ff. de hære. instit. & l. si seruu-

communis.in gl. iubentibus ff.de acq hære.& in l.cum solus seruus.in gl. fi.ff.eo.

a Causam reiterabilē.] *Et ꝑ hoc videtur fortassis contrariū eius quod hic scribitur, ut resonare uidentur uerba d.Cy.in præal. l. cū q.i uer.hoc facit ad q.C.de le. & ꝑ hoc pōt induci casus ī l.alio.§.cū quodque.ff.de ali. & ciba.leg. Sed do.Cy.& tex.præ.l.et §.cum.in alio casu loquuntur.*

b Bart.] *Qui tenet quòd in relictis ob causam alimentorū non est locus iuri accrescendi, ut in l. hic alie.ī xi.col.circa prin.ī uer.iii. principaliter quæritur. & pro hoc est tex.& gl.ff.de usufru. l. dominus.§.per fideicōmis. & ibi d.Bal.qui dixit illum tex.ad hoc allegari, uidelicet quòd in legato alimentorum non habet locū ius accrescendi. & aßignat rōnem, quia tale legatum naturaliter ē cassatū.& ideò fortè etiam in legato uestitus et uestimētorum, et subdit dicens illum tex.esse bene notādum. Verum in terminis casus nostri uidetur forsitan nō ineleganter aliter dicendum, ideò quia hoc fuit non solū re & verbis, sed ēt persona, quia uir & uxor una caro.c. debitum pastoralis officii.extra d bigamis. Nec enim est uerisimile q ipsi donatores intellexerunt se ita voluiße denudare, cū saltē integra alimēta apud quemlibet eorum perpetuò sint. Bene facit, quod dic... Bal.in l.si mihi et Titio in prin... circa fi.ibi, nisi ex consideratio... ne contrahentium aliud esset... de uerb.obl. Et istud habet ra... nem.nā uir & uxor simul ui... commodè, uerbi gratia, de x... stariis frumēti, et alter eorū... sum minus commodè uiuet d... Non obst. iura pręal. in cont... riū, quia nō loquūtur in tali ... ubi sic cōcurrit triplex funic... ut hic. & maximè cum cā ... mentorū proficiscatur ab ipso ... gēte hmōi integra alimenta, ... etiam competit obliga.antido... quæ etsi non efficax ad agēdū... tamen æquitate subnixa pote... ad retinendum.l.sed si leg.§.... suluit.ff.de peti.hære.iuncto ... testō.§.i.in uer.propterea, q co... ditur.ff.de fideius.*

c In contractib.] *Non habet lo... cum adde Spe. de dona.in ue... quid si pluribus.*

SVMMARIVM.

1 *Appellanti super impedimen... an stetur sub iuramento.*

2 *Protestatio per aliquem fa... probatur iuramento.*

QVAEST. CCV.

IN causa appellationis ex... stēte in manib. Antonii d... Molena, secretarii Delph... īter Gulielmū Bruneti, & N... colaū Buellerii de S.Anto. a... pellantes, & cōsules Mont... Rigau...

Rigaudi appellatos ex altera dicti appellantes omiserunt introducere eorum appellationem ĩ.xxx.dies secũdũ statuta Delph.in curia parlamẽ. sed eã introduxerũt post xxx. dies post duos dies post. & dubitãtes de decis.tradiderũt dicti appellãtes supplicationẽ,
1 in qua se * petierunt restitui ex clausula generaliter aduersus dictam introductionẽ debito tempore nõ factã ex duobus capitibus.primò ex eo qa eorum appellatio ad eorũ notitiam tẽpestiuè nõ peruenit. quia eorũ procurator eis dictam appel.nõ notificauit, nisi ꝑ tres aut quatuor dies infrà dictos xxx. dies. Scđò, ex eo ꝙ ipsi appel.credebant adhuc in curia parlame.esse tps xi.dierum ad introducendũ: sicut erat,nõ est diu, dũ curia parlamẽ.totius Bal.erat annexa curiæ parlamẽ.Et super i-
a stis impedimẽtis *a* petierũt se admitti ad probandũ per eorũ iuramentũ,cũ aliter,ut dicebãt,probare nõ poterãt, Ad quod præstandũ fuerũt admissi ex ordinatiõe dictæ curię,& ita iurauerunt in manib. commissarii,in partib. ad hæc per dictã curiã parla.ordinati. Et ideò dicta curia parla. uiso ꝓcessu & iuramẽto præstito,restituit dictos appellãtes aduersus omisionẽ dictæ introductionis debito tpe nõ factæ, die scđa iuridica post quasimodo M. ccccli x. in sequẽdo opiniones Spe.in ti.de app.in §.nunc breuiter.uer.qd ergo. & Sal.in l.pręses.C.de app.& Inn.in c.ex literis. ex̃ de rest. in inte.ĩ fi.idẽ ẽt tenẽt dñi de
b rota.*b*.q.cl.Et facit ẽt pro hac parte qđ dicit Bar. in l.si qs.
2 C.depo.dũ dicit* ꝙ ꝓtestatio per aliquẽ facta probaᵗ iuramẽto,licet Bal. ibi cõtrarium teneat. Facit ẽt pro hac decisione,quia qualitas animi bẽne pꝛobaᵗ,per iuramentũ,ut dicit Bal.ubi suprà.& Bar. in l.Celsus.ff.de usu.& in l.inter omnes.§.rectè.ff.de furt.& vide plenè q̃ super hac mã dixi suprà q.64. & infrà q.244.

a * Istis impedimẽtis.] *Ad declarationem articuli, uide pulchrè Alex.in consil.cxiiii.in v. uolu. ubi latè examinatur, nunquid in causa appellationis currat tẽpus impedimenti causatum in persona iudicis, & qualis protestatio requiratur.*

b Domini de rota.] *Videlicet decisio.clv.in additio.ii. quæ incipit sed pone.circa fi.in uersi. sed dubitatur. Innocen.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex an possit ex iusta causa pœnam libertatum augere uel*

minuere, non obstante iura-
mento. uide nu. 2.
3 *Causæ, quibus iudex mouetur*
ad minuendas uel augendas li-
bertatis pœnas.

QVAEST. CCVI.

IN hac ciuitate Grationo
po. sunt priuilegia & liber
tates ab antiquo concessæ
per dominos olim Delphinos
& episcopos Grationo. condo
minos præsentis ciuitatis, qui
in multis casib. statuunt cer-
tas pœnas pecuniarias in con
dẽnationib. fiendis, ẽt in cau-
sis criminalib. per iudicẽ cu-
riæ cõis dictæ ciuitatis, puta
in crimine adulterii, in quo
crimine statuitur pœna pecu
niaria centũ solidorũ, & simi
liter in multis aliis delictis &
criminibus certæ pœnæ pecu
niariæ statuuntur. Et quæ pri
uilegia & libertates iudices di
ctæ curiæ (ut plurimũ) ad re-
quisitionẽ consulum dictæ ci
uitatis iurare consueuerunt,
1 eas obseruare debere*. Sed iu
xta hoc quæro, nunquid iu-
dex qui iurauit illa seruare,
poterit ex causa illas pœnas
augere uel minuere, non ob-
stãte iuramento? & uidetur ꝙ
2 nõ: *a* quia nõ est recedendum
à uerbis legis, ut ff. de exerci.
act. l. i. §. si is, qui nauẽ. in ver.
in re igitur dubia. Item statu
ta, libertates & priuilegia de-
bent aliqd operari suprà ius
cõmune. Si autẽ nihil opera-
rẽtur, frustra essent concessa.
ff. de lega. i. l. si unũ. ff. de usu.
in l. si stipulatus. Ecõtrariò vi-
quia istæ pœnæ ex statuto li-
bertate vel priuilegio sunt s-
brogatæ in locũ ordinariũ pœ
narũ à lege taxatarũ, vel à iu-
dice taxãdarũ ergo illorũ se-
quunt nãm, ut ff. si quis cau-
tio. l. si eũ. §. qui iniuriarũ. S-
in illis poterat iudex olim a-
gere uel minuere, ut l. & si se-
uerior. C. de his qui no. infa.
& ff. eo. in l. quid ergo. §. pœn
grauior. & ff. de pœn. l. in se-
uorũ. §. si ergo & ĩ istis. Quid
dicẽdũ? credo ꝙ cũ iudex, qui
iurauit legitimè ſm leges &
iura iudicare, ut ĩ auth. iusiu-
randũ, quod præstat ab his, in
prin. col. ii. Et tñ pœnam à le-
ge taxatã ex cã potest augere
uel minuere, lege permitten-
te & sine periurio, ut patet in
d. l. & si seuerior. & in l. si. ff. q
satis. cog. Ergo nõ posset plus
iudicẽ adstringere statutũ vel
priuilegiũ, quã lex cõmunis
& generalis, quæ est maioris
autho. maximè, quia talia pri
uilegia & statuta quæ fiũt p
pœnis minorandis, nõ uident
debere sortiri effectũ. iuxta l.
si unus. §. illud. cũ ibi no. ff. de
2 pac. ex his* ergo dicere, ꝙ iu-

dex nõ obstãte iuro põt talẽ pœnã statuti uł priuilegii ex cã augere uel minuere, sed đ quo ergo operabunt talia sta tuta uel priuilegia? credo ꝙ ĩ dubiis & cõibus, & ubi nõ ẽ cã augmẽtandi uel minuẽdi, ut tunc iudex talia statuta & libertates sequatur, ut in l. ho die. ff. de pœn. sicut seq̄ret le gẽ scriptã, q̃a pœna & obliga tio legis scriptę est mutata et nouata in pœnã cõuentionis & statuti, ut ff. de pecu. l. licet §. sed si filiũ. Sed q̃a s̃. dixi, ꝙ iudex non obstante tali iuro põt pœnã augere uel minue
3 re ex causa, * q̃ro quæ sũt istæ causæ. respondeo ꝙ minuere potest propter cõditionẽ per sonæ delinquẽtis, & pp igno rãtiã delĩquẽtis, & ꝓpter fa ctionẽ incõsultã. Primò, dico ꝓpter cõditionẽ ꝑsonæ delĩ quẽtis, qđ emergit quãdoq; propter iuuẽtutẽ uel senectu tẽ uł dignitatẽ: De senectute ꝓbat. ff. de termi. moto. ĩ l. ii. De iuuẽtute ꝓbat. ff. de min. ĩ l. auxiliũ. §. i. De dignitate,
c q̃a minus ẽ puniẽdꝰ c nobilis q̄ ignobilis. ff. de pœn. in l. aut facta. §. ꝓ͞tereà. De ignorãtia probat in. l. i. ff. de sica. & in l. i. C. eo. tit. de factione incõsul ta, ut q̃a deliquit propter do lorẽ repẽtinã. ff. de pœn. l. ab sentẽ. §. ult. istę sunt causæ di f minutionis, q̃ sunt tres. Cau sæ uerò augmentationis, sunt duæ, una ẽ delicti atrocitas.
d Quia pp atrocitatẽ *d* augmẽ tatur pœna. ff. de pœn. l. quẽ dã. ut presbytero falsificante. secũdũ cõmunem intellectũ. l. presbyteri. C. de epis. & cle. Alia uerò & secunda causa ẽ
e propter delicti frequẽtiã *e* cũ multis grassantibus &c. ut in l. aut facta. in fin. ff. de pœn. Et propterea iurisconsultus considerans omnes pœnas & causas imponendi, dicit eas hodie esse arbitrarias ĩ l. ho die. ff. de pœn. Et ista de stylo curiarũ p̄ntis patriæ Delph. seruatur in iudicando ĩ locis, in quib. sunt tales libertates. Et ita ẽt ego Guido, obserua ui in dicta curia cõi Gratio nop. dũ fuit iudex ipsꝰ curiæ de anno currẽte dñi M. cccc xxx. Et ĩ aliis curiis bãnare torũ, q̃s tũc tenebã puta uilla cathonaisi, & q̃busdã, aliis lo cis, in q̃bus ꝑ libertates impo nuntur certæ modicæ pœnæ pecuniariæ ĩ delictis & crimi nibus puniẽdis. Quæ tñ pœ næ pecuniariæ cõsueuerũt đ stylo curiarũ augeri uel mi nui prout ex iusta cã æquũ iu dici, nõ obstante dicto iuro. Nec dicitur iudex cõtra eius iurm uenire, licet iuraue rit *f* tales libertates obseruare

per suprà alleg. Et hæc uera ĩ foro tẽporali, sed in foro spirituali, fortè contrariũ iudicaretur, cum dictũ iurm possit sinè interitu salutis æternæ seruari, iuxta c. cũ cõtingat. extrà de iureiuran.

a Quod non.] *Alia pæna, q̃ statutum nõ põt imponi per iudicẽ, quando uerba statuti sunt imperatiua ad iudicẽ. do. Bal. in l. cũ. C. de fur. & idẽ Bal. in auth. nouo iure. C. de seru. fug. ratio. est, quia iurauit seruare statuta, rõne ergo iuramẽti, ac ẽt, q̃ non habent iurisdictionẽ, nisi secundũ formã statuti, præcisè tenentur ad seruationẽ ipsorũ. ar. l. qui cũ uno. §. quæ post. ĩ uer. recessum. ff. de re mil. & hoc uerum, nisi ex cã. do. Bal in l. quocunque. C. de ser. fugiti. & in l. si seuerior. ff. de infa. et do. Bar. ĩ l. quid ergo. §. pæna grauior ii. col. ĩ uer. ad istud oppo. ibi, oportet ergo. ff. eo. tit. de infa.*

b Quæ sunt istæ causæ.] *Adde do. Bar. in præal l. quid ergo. in §. pæna grauior. in iii. co. uer. ueniamus ad diminutionẽ. ibi, nã q̃nq; fit diminutio. ff de infami.*

c Minus est puniendus.] *Hoc ĩtellige, nisi delinquat circa sibi cõmissa, ut l. presbyteri. C. de epi. et cle. et ita põt intelligi c. homo. xl. distin. & c. inter corporalia. §. sane. & c. quoniam. extrà de translatio. episco.*

d Propter atrocitatem.] *Adde Cardi. in cle. i. §. quæ omnia. et ibi gl. de pęnis.*

e Propter delicti frequentiã.] *Adde do. Bal. in l. q̃cunq;. C. de ser. fugi. et in l. si q̃s nõ dicã rapere. in iii. col. itẽ no. aliã differentiam. C. de epis. & cle.*

f Licet iurauerit.] *Bene facit ca. quemad. extrà de iureiurã. Hic ponitur forma sententiandi ĩ materia reintegrãdæ possessiõis seu quasi iuris percipiendi decimas à tẽplariis Hierosolymitanis & hospitalariis, de terris, laborib. seu possessionib. eorũ propriis manibus uel sumptibus cultis.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia de decimis non soluendis quatenus extendantur.*

QVAES. CCVII.

ANno dñi M. cccclix. & die xxi. mensis Iunii, in dicta uenerabili curia parlamẽti, fuit lata sñia inter uenerabile capitulũ beatæ Mariæ Grationo. & dñm p̃ceptorẽ Echirolarũ, & certos eius colonos reos, ĩ manib. Antonii de Molenã
1 secretarii Delphi. cuius * tenor sequit. Licet s̃m dispositionem iuris cõis de benignitate sedis apostolicæ sit tẽplariis Hierosolymitanis & hospitalariis indultũ, ut de labo-

ribus, terris, & possessionib. quos & quas propriis manib. vel sumptibus colunt, nemini soluere decimas teneant. Tñ non est eis licitũ decimas de terris ipsorũ subtrahere, quas aliis tradunt excolẽdas. Et quia nõ cõstat dictos reos propriis manibus nec sumptibus colere terras seu campũ de ysartis, de cuius decimis agitur, iõ his & aliis causis ex processu resultantibus ad hæc nos iuste mouentib. dicimus & ordinam⁹ dictos actores fore reintegrãdos ĩ possessione ipsorũ ꝑcipiẽdi decimas in parochia sancti Iacobi de chirolis, & maximè in cãpis, de ysartis, de cuius spoliatione agitur, & quos per præsentes reintegramus, condẽnãdo propterea dictũ do. Eymarũ de põdio, ꝑceptorẽ Echirolarum, ad restringendũ eisdẽ actoribus gerbas à rapinis de ysartis, & gerbas existentes sub manu Delphi. in grangia Ioan. Ferrarii ꝑ do. Michaelem captas, & ĩ domo ꝑceptoris ꝑdictæ Echirolarum deportatas, unà cũ expensis, in hac cã corã nobis per eosdem actores legitimè, factis, in quibus ipsum dñm Eymarũ præceptorẽ in ꝑsonã Iacobi Rodulphi eius procuratoris, & econtrà cõdẽnamus, taxa eorũdem nobis reseruata. & ita fuit iudicatũ. ꝓ quo facit c. à nobis. & c. dudũ, *a* extrà de deci. Et ex hac sñia ẽt apparet, quòd hæc curia parlamẽ. cognoscit ẽt đ possessorio causarũ spiritualium. de quo plenè dixi suprà q. i. &c. De causis quorũ cognitio spectat ad iudicẽ ecclesiasticũ, vide plenè Ioan. Ferrarii in tit. forma opponendi contra iudicẽ suspectum. in glo. super uerbo, nec fuisse iudicẽ cõpetẽtem.

a Cap. dudum.] *Melius facit c. ita per. extrà de deci. q statuit ut hospitalarii & templarii soluant decimas de possessionibus quas acquisiuerũt post consiliũ lateranense, et sic forte iste ꝑceptor nõ allegauit, aliàs probauit dictas possessiones fuisse acquisitas ante consiliũ Lateranẽ. propter quod fuit condemnatus.*

SVMMARIVM.

1 *Firmarii curiarũ Delphi. et aliorum iurium Delphi. non debẽt gaudere priuilegio fisci, in exigendis eorum debitis.*

QVAEST. CCVIII.

IVxta materiã sñiæ in ꝓxima ꝑcedenti qõne mẽtionatæ, q̃ro de qõne, laicus quidam emit, & arrendauit fructus alicuius ecclesiæ, uel ꝑsonæ ecclesiasticæ, an gaudere de-

re debeat eodē priuilegio circa tales reditus, sicut talis ecclesia, adeò ꝙ nō teneat soluere collectam vel vectigal. Spe. mouet istā qōnē de immunita. eccle. in fi. Et vr̃ dicere, ꝙ nō gaudeat. idem tenet Archi. in c. quanquā. de censib. lib. vi. & pro hoc facit l. licitatio. §. fi. ff. de pub. & vec.

1 * Et ex hoc dico, ꝙ firmarii curiarum Delphi. & aliarum iuriū & emolumētorū dn̄i nostri Delphi. nō debēt gaudere priuilegio fisci in exigēdis eorū debitis ad cām taliū firmarū per suprà allega. q̄a ex mutatione personæ mutatur conditio rei, vt dicit Bart. in l. Paulus rn̄dit ꝓ ꝓcuratorē. ff. de acq. hæ. Sicut nec ēt fiscus succedēs in locū priuati, utit̄ iure fisci, sed priuati. l. fiscus. ff. de iur. fisc. & no. per Pet. Iac. in primo libello sui libri. Et q̄a qn̄q; tales firmarii iuriū Delphi. talib. abutūtur, uolētes eorum debitores more debitorū fiscalium cōpellere ad soluēdū, curia parlamen. cum ad eius notitiam peruenit̄, hoc nō patitur, sed mādat tales ab arrestis & carcerib. relaxari, ita vidi fieri & obseruari ēt in cōtradictorio iudicio, nisi debitores eorum reperirent̄ de nouo erga eos obligati, cum illa clausula, ꝙ pn̄t compelli ad soluendū more debitorum fiscalium, quia tunc ex illa noua obligatione possent cōpelli more debitorum fiscaliū per incarcerationē, cū ad hoc possi

2 debitor se obligare, a per ea quæ dixi suprà q. 61. de uenditione iuriū fiscaliū & Delphi. uidæ quæ dixi infrà q. 536. &c.

2 Obligare.] *Vide no. per doc. in l. ob æs. C. de act. & obli.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones, quæ apponi pn̄t contra literas compulsorias.*

2 *Exceptio confussionis, habetur loco solutionis.*

QVEAST. CCIX.

IN statuto Delph. sub ru. de literis cōpulsoriis & processis

1 concedendis * enumerātur certæ exceptiones, quæ opponi pn̄t contra literas cōpulsorias, uidelicet excōicationis, falsi, transactionis, rei iudicate, solutionis, præscriptionis, & pacti de nō petendo duntaxat. Sed quid si opponatur cōtra instrm̄ vel cōtractum in ipso instrumento contētum de inualiditate vel nullitate ipsorum, an talis exceptio admitti debeat, contra literas cōpulsorias, non obstā re dicta dispōne statutaria in statuto

statuto adiecta, ibi, dum dicitur, duntaxat admittanť &c. vr ꝙ sic, *a* per ea q̄ dicit Bart. in l. diuus. ff. de testa. mili. & ita uidi iudicari. de hoc plenius dixi in trac. quē feci sup dicto statuto Delphi. in vi. q.
2 Sed * iuxta hoc ulterius quæro, an contra tales literas cōpulsorias admittať exceptio confusionis actionū factarū per aditionē hæreditatis, iuxta l. debitori. C. de pact. & l. hæres. §. ꝙ si stipulata. ff. de fideius. Credo ꝙ sic, qa talis cōfusio habetur loco solutionis, & idē importat ꝙ solutio. iste est tex. notabilis ĩ l. Vranius. circa prin. ff. de fideius. & uide glo. in l. ita nobis pudor. C. de adult. Sed de hac ulti. q. nondū uidi determinationē fieri in curia parlamen. sed si quā in futurū fieri uidero, hic subiungā. Sed quid de pēsatione, an ille qui petit compensari, uideatur soluere, ut admittatur inter alias exceptiones statuti? dic quòd sic. bene Bar. s. l. amplius nō peti. ff. rē ra. hab. & de hoc dixi in dicto meo trac. quē feci super dicto statuto de literis cōpulsoriis & p̄cisis concededis. in v. q. circa finem &c.

a Quod sic.] *Adde do. Io. Pe. de terra in forma executionis sentētiæ, in gl. i. in iii. & iiii. col. do. Bart. in l. i. §. per iu. ff. ꝙ ui aut clā. et l. pla. et l. fi. et ibi do. Bar. ff. de pet. hær. gl. in l. eius. ĩ prin. ff. ad Treb.*

SVMMARIVM.

1 *Sequestrationes an impediāt cōcessionem præcisarum.*
2 *Baratator, quis dicatur.*
3 *Res sequestrata an possit interim uendi.*

QVAEST. CCX.

ANno dñi M.ccccl viii. & die. xx. mēsis Martii, fuit cōclusum p dños meos de parlamēto * in camera cōsilii, ꝙ seysinę non debeāt ĩpedire cōcessionē p̄cisarū. Et ꝙ decæterò ĩ curia parla. cōcedanť p̄cisæ cū expēsis super cōpulsoriis, nō obstātibus seysinis per quācunque curiā factis, attento ꝙ de iure tales seysinæ sunt regľr ꝓhibitæ, nisi ĩ casib, *a* videlicet qñ đbitor ē magnꝰ baratator uel suspectus de fuga, uel ꝑꝑ inopiā, vel ē prodigꝰ, ut dicit Bar. ĩ l. mulier. ff. de l. cōmissoria. ibi, q̄ro, an bānū sit de iuŕ &c. nec ē de exceptionib. quæ pñt opponi ſm statuta ad impediēdū cōcessionē p̄cisarū, de qbus tetigi s̄. ĩ p̄cedēti qō ne. & plenius scripsi ĩ apparatu, quē feci sup statuto Delp. de lr̄is cōpulso. & p̄cisis, * Sed
2 quis

quis dicatur baratator: dic, ꝙ ista uerba grossa & materialia intelligunt, secūdū ꝙ uulgus ītelligit, ut dicit Bal. C. de ser. fug. in auth. sed nouo iure. circa fi. Sed an durāte seysina creditor meus me poterit cōuenire ꝓ debito seysito? Dic ꝙ nō,
b secundū Bar. *b* Old. & Iac. de Aret. in d. l. mulier. nisi si aliqua res ponat in arresto, mandato iudiciario, ex iusta cā, de
3 causis s. ꝓximè ḋclaratis.* An interim ipa res poterit uēdi? dic ꝙ nō. imo si uendatur, uēditio erit nulla, ut dicit Bar. in d. l. mulier &c. & ita &c. De materia sequestrationis tetigi ĩ. q. 246.

a In casib.] *De quibus in glo. fi. in c. fi. extra de seque. pos. et fruct. et ibi p d. Gof. in sum. in uer. gnāliter, & alius casus habetur in cle. ad compescendas. eo. ti.*

b Secundum Bar.] *Aduerte: qa loquitur in alio casu, qui. s. debitor propter seysinam uel protestationem, aut denunciationem à iudice uel alio authoritatē habente sibi factam excusatur, ne incidat in pœnam. Et adde do. Bal. in prin. l. mulier. qui hoc notando limitat esse uerū, nisi opera & fraude debitoris factum esset, ut in uersi. Ego credo.*

SVMMARIVM.

1 *Debitor an potest renūciare beneficio cessionis bonorum.*
2 *Debitori incarcerato et creditor an debeat ministrare expensas, si non habeat unde uiuat.*
3 *Debitor fisci an possit cedendo nis.*

QVAEST. CCXI.

DEbitor nō pōt renunciare bñficio cessionis bonorū. & iōꝙ est
1 contra hominis libertatē & humanitatem: & sic cōtra bonos mores ex parte creditoris eā à debitore sic humanitē exigētis. ar. ff. sol. mat. l. alii. §. elegāter. & ibi Dyn. & Bar.
b Rapha. Cuma. & Cy. i l. i. C. qui bonis cedere pos. Et hoc uerum, respectu carceris non euitandi. Quo casu nō ualet renunciatio. Quo uerò ad alium effectū, uidelicet ꝙ i bonis postea quæsitis nō conueniatur, nisi inquantū facere pōt, tūc hoc casu ualet renunciatio. ita dicit Bal. concordando doct. in l. i. C. qui bo. cedere pos. quē sequitur Ang. de Are. institu. de actionibus. in §. fi. Sed si cū iuramento fieret talis renunciatio, credo ꝙ debitor teneretur tale iuramentum seruare, qa licet ex parte creditoris uertātur mali mores, tamen ex parte debitoris nulli mali mores uertuntur, per regulam Bar. quā ponit in l. si quis

si quis pro eo.ff.de fideiuss. & facit c. debitores à simili.extrà de iureiur. Ita etiã tenet
2 Spe.*a* in ti.de renunciatione. in §.i.uer.itẽ est beneficium. quẽ sequitur Ange. de Are.ĩ loco præalleg. Donec habita dispẽsatione iuramẽti, super quo iuramẽto eẽt dispẽsãdũ, ut dicit in propriis terminis do. Hẽri.de Bouẽco.in auth. sacramẽta.C.si aduer.uen.in sua repetitione, ĩ materia causæ finalis, circa mediũ, ibi, secũdò infert, ꝙ in renũciatione cessionis bonorũ &c. Sed his nõ obstãtib.fuit determi
b natũ & ordinatũ cõtrariũ *b* in personã Vincẽtii Mazę de pedemontiũ, qui incarceratꝰ in carceribus Briãsonetii, ad instãtiã cuiusdã uocati mornilte hospitis Briãsonii, non obstante renũciatione cessionis bonorum cũ iuro fuit ad cessionẽ admissus, licet non obtinuisset dispẽsationem iuramẽti.sed fuit ordinatũ per dños meos de parlamẽto dictũ debitorẽ bene admissum fuisse ad dictã cessionẽ per iudicẽ Briansonii, à quo fuerat appellatũ. Et fuit hæc ordinatio per curiã parlamẽti facta die xxii.mẽsis Nouembr. M. cccclix.ĩ manibꝰ Ant. de Mo
2 lena.* Sed quid si debitor incarceratus nõ habet unde uiuere, an creditor debeat sibi ministrare expensas? Credo, ꝙ sic, per gl. singularem in l.fi.C.de eroga.mili.annonę. li. xii. Itẽ etiã tenet Ang. de Are.ĩ loco præal.ita seruatur de consue.generali in hac patria Delph.in curis. Sed de illo qui se obligat ad tenendũ obstagia, donec soluerit suo creditori: uide quæ dixi s̃. q. 60. An quis possit se obligare ad carceres pro debito ciuili? uide plenè p Ang. de Are. insti.de acti.in §.eum quoq;.
3 *An debitor fisci possit cedere bonis? Bar.ꝙ nõ, ĩ l.cũ aũt eo.ff.ad leg.Iul.pec. & ita seruatũ ĩ curiis præsentis patriæ, uide Cy. ĩ l.i.C.q bonis cedere pos. Sed an cessio bonorũ facta p debitorẽ, psit fideiussoribus? Dic ꝙ nõ, ut ẽ tex.iũ cta gl.ĩ l.ubicũq;.ff.d̃ fideius. & Dy. pro hac parte allegat tex.ĩ l.à debitore.§.ꝙ si stipulator.in fi. ibi, fideiussorẽ manere obligatũ.ff.d̃ fideius. De hac materia cessiõis bonorũ, uide doct.in l.iiii.C. q bonis cedere pos. An cedens bonis, posteà possit cõueniri, si pueniat ad pinguiorẽ fortunã; & de miserabili cessione, uide quæ dixi j̃. q.343. De materia cessionis bonorum, uide multas quæstiones. Et de materia lata per Pę. Ia.in ti. de ces-

cessione bonorũ. per totum titulum illum &c.

a Tenet Spe.] *Adde Ro. decisione 467. quæ incipit, utrum possit renunciari cessioni bonorũ, cum iuramento in antiquis.*

b Cõtrariũ.] *Hoc fuit mirabile, quòd do. de parlamento determinauerunt contra iuramẽtum dicti Vincentij Mazæ, contra c. cum cõtingat. extrà de iureiur. non obtenta dispensatione per dictum Mazæ; super iuramento suo, cũ ipsi teneãt locũ principis, tanquam suprema curia et princeps non debet esse author periurij. l. i. C. si aduersus uen. sed fortè aliter fuit actũ ĩ dicta curia parlamenti, tamẽ ꝑ dicta ordinatione facit rõ humanitatis insurgens ex parte creditoris. Nam inhumanũ censetur in creditore, sic debitori adimere libertatem euitandi carceris, quanto magis in debitore sibypsi libertatẽ tollẽti? Quoniam carnem suam nemo unquam odio habuit. xii. q. ij. non æstimetis. charitas enim ordinata incipit a seipso. l. præsens. C. de seruitu. & aqua. adde capel. Thol q. 100. et allegat do. Bar. in suo tractatu de carcere. & do. Ang. Aret. inst. de actio. in §. fin. & l. iudices. C. de episcopal. audien.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum Delphi. si quis per literas, &c. an possit intẽtari re mobili, uel se mouente.*

2 *Exceptio excõicatiõis, obstet ne agẽti interdicto unde ui, uel a tẽtãti interdictum simile.*

QVAEST. CCXII.

Res mobiles & se mouẽtes, possident, sicut immobilia. tex. sunt l. rẽ quæ. & l. in re. ff. de acq. pos. & ponit & determinat Bar. in l. i. ĩ pri. ff. de acq. pos. & in l. i. ff. utrobi * & ex hoc 1 apparet, ꝙ statutũ Delph. si quis per literas &c. habet locũ pro re mobili, uel se mouẽte. uide tñ quæ plenius dixi in apparatu meo super statuto, si quis per literas. in gl. super uerbo, rei al-cui⁹. &c. De materia dicti statuti, & q̃liter debeat practicari, & de his q̃ debẽt obseruari & fieri procedẽdo circa materiã dicti statuti ĩ cã appellationis, uide q̃ dixi s. q. 37. & q. 38. * Sed iuxta 2 missa quęro, an exceptio excõmunicationis obstet agenti interdicto unde ui, uel intẽtanti dictũ statutũ, ꝙ ad illud d. interdicti est introductum. Spe. tenet ꝙ sic. in ti. de petitorio & possessorio. i §. fi. & ibi ponit xxvi. casus, qui obstant agẽti dicto ĩterdicto. Nec obstat c. si quis. ex̃ de restit. spo. quia ibi nõ opponebat crimẽ no-

notorium. uide sup hoc Ang. in l. momētaneæ. C. uñ ui. Vtrum regu. dolo petis, habeat locū in hoc iterdicto recuperandæ, uide Barto. in l. si quis conditionis. C. locati.

SVMMARIVM.

1 *Attentata medio tempore non reuocantur.*

2 *Appellatus quo casu poßit sententiā diffinitiuam executioni mandari curare.*

3 *Appellatio an erit deserta, si qs nō poßit eam propter inopiam introducere.*

4 *Iudex an poßit terminum per se statutum ad introducendū appellationem prorogare.*

5 *Iudex an possit suam sentētiam exequi appellatione deserta.*

6 *Attentata an debeant reuocari, si constet euidenter apellationem esse iniustam.*

QVAEST. CCXIII.

STatuta Delph. prouidēt, ꝙ nisi appellatio introducat̄ ĩ. tēpus statutorū, ꝙ appellatio sit deserta, qđ ēt ꝓbat̄ de iure. ĩ l. iii. §. si à die. ff. de re mi. & no. Inn. in c. persona s. extrà de ap. Et tetigi ĩ. q.
1 326.* Sed si appellans non faciat citari partē appellatā ĩ. xxx. dies post introductionē appellatiōis, processurā in cā appellationis, nō declarāt dicta statuta antiqua, si appellatio sit deserta, nec alia pœna statuit: iō dicta curia parlamēti cōsiderans cōgruū & cōueniens esse aliquā modificationē super hoc fore necessariā, ut euitetur uia diffugii, ordinauit ultra statutū, ꝙ de cęterò attentata medio tēpore nō reuocentur, sed remaneant attentata in eodē statu, donec ĩdiffinità feratur, licet iura aliter disponant. in c. nō solū. de app. lib. vi. Sed hoc signāter appūctuatū fuit in odium tardantium eorū appellationes prosequi. Sed posteà præfatus dn̄s noster Delphi. Ludouicus in certis suis statutis & ordinationib. per eū editis die ii. Maii, M. ccccxlix. in camera consili registratis in libro statutorum, statuit & ordinauit, ꝙ nisi fuerit inhibitum ĩ. dictos xxx. dies, ꝙ iudex à quo posit suā sn̄iam mādare executioni, ac si ĩ rē transiuisset iudicatam. sed istud statutū loquitur, quādo appellatur ad parlamētum. secus aūt esset, si appellaret̄ à iudice Graysuodani ad iudicē appel. toti⁹ Delph. quia ĩ hoc casu nihil disponit statutum. ideo relinquendum est dispositioni iur. commu-
2 nis.* Et ex his collige, ꝙ appellatus eo casu, eius sententiā etiam diffinitiuam potest exe-

executioni demādari facere, lapsis dictis xxx. diebus, si .j. ipsos xxx. dies non fuerit inhibitum, & citatus processurus in cā ap.
3 * iuxta hæc quæro, si quis eius appellationē nō posit ītroducere propter inopiam, an erit deserta. Inn. dicit quòd non in c. ex ratione. de appellationibus.
4 * An iudex posit terminū per eū statutum ad introducendum ap. prorogare ēt .j. tempus? Inno. dicit ꝙ non. in ca. personas. de appel. Vtrum iudex
5 * posit exequi suam sñiam, si appellatio sit deserta, si sup desertione non fuerit pronūciatum? Inn. quòd sic in c. ex
a rōne. *a* de app. Et uide quæ ēt dixi in tractatu de appellatio.q.cx. Sunt ēt viii. casus, in quibus iudex ordinarius pōt se de cā appellationis intromittere. quos ponit Guil. de Monte Lau. in cle.i. de sequestr. pos. & fru.
6 * Quæro si cō stet appel. euidenter esse iniustam, an debeant attentata re
b uocari? dic quòd non, *b* secūdum Inn. & Bal. in c. pastoralis. de offi. dele. notatur etiā. ff. nil. nouari pen. app. in glo. ibi, itē, quòd si patenter appareat &c. quā ibi sequit̃ Bart. idem esset si cōstaret ex actis de desertione app. per decisionem rotæ, per regulam, dolo petis &c. & l. si is à quo. ff. ut in pos. leg. hodie si constat & agatur de re iud. cum olim. de resti. spo. c. literas. facium not. per Io. Mo. in c. cupientes. §. pen. de elec. lib. vi. De materia appellationū, vide plene scripsi .j. q. 436. & ibi tetigi de materia attentatorum. in uer. lxxx. quæro &

a Inn. in c. ex ratione.] *Circa prin. in uer. sed & ibi sine citatione facta.*

b Dic quòd non.] *Ad hoc facit, quòd attentata, facta tamen ante inhibitionem non debeant reuocari, si constat appellationem esse euidenter iniustam uel nullam. uide istū consilium sexagesimonono. incipien. pro declaratione. nu. 11. uersi. ii. quia & si etiam.*

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio donationis an transeat ad hæredes. uide et nu.*
2 *Hæres donatoris an possit donationem quam donator decreuerat reuocare.*
4 *Vasallus si commisit delictum propter quod perderet feudum an hæres domini possit id opponere.*

QVAEST. CCXIIII.

1 REuocatio donationis * inter viuos, propter ingratitudinem, non tran-

transit ad hæredes, per ea quę
a habentur in l.fi.*a* C. de reuo.
dona. de hac materia vide plenè per Io. de Ferra. in ti. forma libelli quo agitur contra
2 donantē.*Sed iuxta hoc quæro, donator nō reuocauit talē donationē, quā pp ingratitudinē reuocare poterat, sed in uita sua dixit & declarauit coram testib. ꝙ volebat eam reuocare, quod non fecit morte præuentus, an eius hæres petere poterit eam reuocari? & vr̄ ꝙ nō per l.fi. in fi. C. de don. cau. mor. facit quod scripsi in notabilib. meis in §. si marit⁹. Sed dic verū esse, secūdū do. Oldr. de Laud. ī d.l.fi. qn̄ nō præcessit uoluntas aperta reuocādi donationē, sed si præcesserit aperta voluntas reuocādi, poterit hæres petere reuocari, argumēto q̄rele inofficiosi testamenti, quæ est odiosa. tn̄ sola uolūtate mouēdi eā trāsmittitur ad hæredē ff. de inof. testa. l. poscimus. §. fi. & l. seq. & ita uidi determinari. An ius eligēdi transeat ad hæredem. uide quæ scripsi in notabilib. meis in §. utrū
3 ius eligendi &c.* An reuocatio donationis, de qua in l. si unq̄. C. de reuo. do. transeat ad hæredē? vr̄ ꝙ nō. p d.l.fi. C. de reuo. do. ibi, nullā &c. non vr̄ tamen necesse, quod hæredes reuocari petāt, cū ipso iure sit reuocata in materia d.l. si unquam. per gl. in d.l. sup uerbo, reuersurum &c. & ita tenent Iac. de Bu. Cy. Bar. & Saly. De materia d.l. si unquā plenè scripsi ī notabilib. meis in §. si unquā &c. fo. 139. verso. & Petrus Helie latius posuit in sua repe. d.l. si unquā.
4 C. de reuo. don.* Quæro, uasallus commisit delictum, propter ꝙ perderet feudū, an hęres dn̄i poterit opponere? dic ꝙ nō ſm Ang. de Are. l. rei iudica. §. hæredi. ff. solu. matri. Et ibi tractat ipse de Are. si maritus non opponat de adulterio, an hæres poterit opponere &c.

a In l.fi.] *Et in c.fi. extrà de dona.*

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ an possit fieri die feriato disting. nu. 2.*
3 *Examinatio testium an, & quādo posit fieri die feriata.*
4 *Debitor pōt interpellari die feriata, ut constituatur in mora.*
5 *Pignoratio posit ne fieri die feriata ob honorem Dei, uel Sanctorum. disting.*
6 *Exceptio excommunicationis an obstet petenti sn̄iam exequi.*
7 *Restitutio in integrū postulata, an impediat executionē sn̄iæ.*
8 *Sententia an possit mandari executioni contra illum, qui*

causam habet ab illo, qui dolo
desiit possidere.
9 *Sētētia lata cōtra prīcipalē po-*
test mādari executioni contra
fideiussorem sine nouo processu.
10 *Decretū an possit interponi die*
feriata ob honorem Dei.

QVAEST. CCXV.

a AN executio sniæ a pos
sit fieri die feriato ?
1 * Vincentius dicit ꝙ
sic.siue sit feriata repētina,si-
ue ob honorē Dei, vel sancto
rū.in c.fi.extrà de iud. quē se
quit̄ d.Arch.ī c.sicut sine iudi
cio.ii.q.i. qui allegat. de pœ-
nit.dist.i.c. Adā. & quod no.ī
c.fi.de iud.Bar.uero ī l.i.§.nū
ciatio.ff.de ope.no.nun.vr̄ vel
le,ꝙ possit fieri talis executio
tēpore feriato introducto ob
necessitatē hominum , sed ꝙ
die feriato ob honorem Dei
vel sanctorum introducto,fie
ri non possit talis executio .
2 *Ideo pro concordia istarum
opi. & latiori declaratione i-
stius materiæ, puto sic distin-
guendum , quia aut quærim⁹
an fieri possit die dominico ,
& tūc dicere ꝙ nō , per l. dies
festos.ibi,dū dr̄, nec ullis exa
ctionib. ꝓphanari dominicū.
itaque diē ita semper honora
bilem decreuimus veneran-
dū, ut à cunctis exactionibus
excusetur &c. C. de feriis. &
hoc idē tenet Alb. de Ros.
d.l.dies festos. Aut quærim.
b an fieri possit talis executio
alio die feriato ob honor.
Dei vł sanctorū q̄ die dom.
co,tunc subdistinguo, q.
quærimus de pignoration.
fit in executione sniæ, aut
incantib. si de pignoratio.
tūc crederē, quòd fieri pos.
etiā die feriato ob honor.
Dei vel sanctorū, q.a in ea
uertit̄ causę cognitio,nec s.
pitus iudicii, per l. prætor.
prin.ff.de iudiciis.& sic inte.
gerē dictū Vincētii & An.
in locis s̄.alleg.ꝑ ea, q̄ dic.
Ant.de But.& Panor.in d.c.
de iud.vbi dicūt,ꝙ nuda ex.
cutio,in quibus causę cog.
tio nō requiritur,pōt fieri d.
feriato ob honorem Dei v.
sanctorū.& idē tenet Fed.de
Senis in suis cons.vt refert P.
nor.ī d.c.fi.de iud.quorū o.
fortifico ex eo , ꝙ videmus q.
die feriato ob honorem D.
vel sanctorum appellat̄ cor.
iudice, per tex. cum gl.in l.i.
C.de feriis.Itē dari potest li-
bellus corā iudice tali die fe
ria.l.miles.§.sexaginta.ff.de
adul.& no.ī l.i.ff.de feriis.itē
ēt tali die feriato ob honor.
Dei fiūt adoptiones,& emāci
pationes & manumissiones.l.
actus oēs.C.de feriis,& simili
ter excōmunicatio & absolu-
tio,

tio,quæ non reqrũt causæ co gnitionẽ, ut puta in notoriis criminibus,ut plenè ꝑ Host.ĩ sum.in ti.de feriis.in §.q̃liter distinguaṫ.itẽ citatio fieri põt die feriata ẽt ob honorẽ Dei, uel sanctorum ad diem nõ fe
c riatam,ut tenẽt Io.An.ĩ c.fi.c de feriis.gl.& Arch.ĩ c.placita.xv.q.4. & gl.ĩ cl.i. de foro cõpe.idẽ Cy.Dy.& doc.ĩ l.fi. C.de fer.idem tenet Albe. de Ros.in d.l.dies festos.& Bar. ĩ d.§.nũcia.sicut.n.citatio ex pediṫ solo uerbo,sic ẽt pignoratio.itẽ ẽt tali die feriato ob honorẽ Dei põt fieri delegatio seu cõmissio causæ,ut di-
3 cit Sali.ĩ d.l.fi.C.de feriis*Itẽ
d ẽt examinatio testiũ *d* potest fieri die feriata ob honorem Dei,si iurauerit die nõ feriato, ut scripsi supra quæ. 125. Item etiam insinuatio donationis potest fieri coram iudice, ẽt die feriato ob honorem Dei, qa in ea non reqritur causæ cognitio,ut dicit & tenet Io.An.in addi.Spe.ĩ ti.de instru.edi.ĩ §. porro. circa fi. ubi plenè tractat materiã insi
4 nuationis*Itẽ debitor die feriata ob honorẽ Dei põt ĩterpellari,utcõstituaṫ ĩ mora,qa nõ est actus iudiciarius.Secus si iterpellatio fieri deberet iudicialiter,ut ponit Sali.in l.si ex legati cã.ff. de uerbo.obli.

in sua repeti.Ex quibus propterea patet, ꝙ ualeat pignoratio facta alio die, q̃ dominico,cũ fieri nõ debeat extẽsio uel argumẽtatio de dieb⁹ ob honorẽ sanctorũ introductis ad diẽ Dominicũ, ꝑ ea quæ habẽtur & no.ĩ l.oẽs Deo.C. de feriis.in gl.suꝑ uer. apostolicæ. dũ ibi quæritur de festo beati Martini.Prætereà, iura quę præcipiũt dies festos celebrari, uidentur loq tantũmõ in his,quæ requirũt causæ cognitionẽ, & ubi fit strepitus iudiciorũ,quãdo oporteт partem in ius uocari,ut in c.fi.ex de feriis.& c.fi.de iudiciis. & d.l.dies festos. ibi, respirent partes &c.Sed pignoratio in cãm iudicati, uocationẽ partis,& causæ cognitionẽ nõ requirit.per d.l.si prætor.in prĩ. igiṫ fieri põt pignoratio die feriata ob honorẽ sanctorũ, maximè in hoc actu pignorationis,qui expeditur solo uerbo,dicẽdo simpliciter executor sñię debitori in domo suę habitationis uel alibi extra iudiciũ uerba seq. uidelicet, pignoro te pro tali debito, ad instãtiã talis creditoris,& de tuis talibus bonis dicta enim die qua fit pignoratio, non decernitur executio siue pignoratio fieri.Sed fit iã cognitio đ cã & sola uerbali le

uatione pignoris,ut prædixi.
& qui executor sentẽtiæ est nu
dus minister, & nullã causæ
cognitionem habet, etiam de
exceptione,quæ corã eo in a-
ctu pignorationis ꝓponeret:
ut in c.pastoralis.§.pe.de off.
dele. secundum Cõpostel. Et
faciunt no.per Are.in d. c. si-
cut.& ꝑ Host.in c.cũ sp.extrà
de re iud.imò quòd plus ẽ pro
hac parte,quod val et pigno-
ratio die feriata facta etiã die
dñico, facit generalis consue
tudo præsentis patriæ Delph.
& aliarũ patriarũ circũuici-
narum,quę seruatur in curiis
spiritualib.in quib.curiis con
ceduntur literæ,ꝑ quas mãda
tur partes citari & executio-
nes sentẽtiarum excõmunica
tionũ fieri,& denũciari dieb.
dominicis,& aliis festiuitati-
bus in offertoriis pro populo
ad diuina cõgregato,quę exe
cutiones non sunt minoris,
sed maioris effectus, quàm
5 talis pignoratio.* ex qbus ꝓ
pterea cõcludo,ꝙ ualet pigno
ratio facta die feriata introdu
cta ob honorem Dei vel san-
ctorum, facta tamen alio die
quàm dominico,licet forte ẽt
dio dominico facta deberet
ualere de cõsuetudine prædi
cta.Et hoc nota,quia alibi ita
plenè non reperies hanc mate
riã tractatam. Idẽ dico in re-
quisitione de pignore,q̃ fac
executor sñiæ, dum requir
debitorem condẽnatũ, quò
iudicet sibi pignora secund
statuta Delph. ꝙ valeat tal
reqsitio ẽt die feriata ob hon
rem Dei vel sanctorum, eade
ratiõe sicut in pignoration
per rationes prædictas. At
quærimus de incantib. rei
pignore captæ,quæ fiunt
executionẽ sñiæ:& dico, n
valẽt die feriata facta ob ho
norem Dei vel sanctorũ,qu
fiũt cũ turba & uoce ꝓcon
quæ cessare debẽt die feria
introducto ob honorẽ Dei
sanctorũ, iuxta d.l.dies festo
& hoc casu põt intelligi op
Bar.in d.l.i.§.nunciatio.ff.de
ope. no. nunc. Aliis aũt dieb
feriatis introductis ob nece
tatẽ hominũ posset fieri tale
incãtus,& hoc ẽ,quod dicere
voluit Bar.in d.§. nunciatio.
Aut quærimus de mis. in po
bo.incãtorũ.quãdo pars mit
tit in possessionẽ realẽ,& tũ
dicerẽ idẽ,quod suprà dixi in
pignoratiõe,qa ĩ illo actu nõ
interuenit uox præconis, nec
alius strepitus iudicii. ita ẽt
vr̃ velle Ant.de But.ĩ c.fi. de
iud.ubi dicit,ꝙ executio sñię
põt fieri die feriato,etiam ob
honorẽ Dei uel sanctorũ in-
troducto,ubi fit mentio in re
adiudicata.Secus,si alienæ rei

caperentur

caperētur in executionē iudicati, in quib. reqritur cāæ cognitio, itadicit ibi Ant. đ But. & alle. idē tenere Fed. de Se. in suis consi. Cōcluderē ergo de iure, ꝙ pignoratio in cām iudicati, & missio in pos. possunt fieri die feriato ob honorē Dei, alio tñ quàm die dominico, incātus uerò non. ita in curia parl. respectu pignorationis, vidi tolerari tales pignorationes factas dieb. feriatis ob honorem sanctorū. De incātib. autem nihil dico, qa nunquā audiui incantus fuisse factos die feriato ob honorē Dei vel sanctorū. Si verò fierēt tales incātus tpe feriato ob necessitatem hominū introducto, ualerent tales incantus. Et siliter pignoratio, ut uoluit Bar. in d. §. nuncio. imò & fortè dici posset, quòd pignoratio facta ēt die dominico, ualeat de consuetudine. đ qua s. ꝑximè tetigi. et hæc sunt notanda & menti tenenda, quia alibi hęc mā non reperiť ita plenè tacta per doc. Circa tñ ea, quæ dixi de reqsitione fienda per executorē sñiæ debitori de pignorib. iudicādis, est aduertēdum, quia hodie de stylo nouiter in curia par. introducto nō requirit debitor de iudicādo pignora, sed pignorať debitor nulla præcedēte requisitione, & statim ꝑcediť ad icāt⁹, vt dixi j. q. 281. Licet ſm statuta Delphi. quæ obseruabanť tépore, quo ego practicabā, erat necessaria requisitio de pignore quæ statuta respectu huius requisitionis hodie nō seruanť pro abbreuiatione litium. vt
6 scripsi j. in d. q. 281. *Sed iuxta hanc mām quæro, an exceptio excōicationis obstet peténti sñiam exequi. Host. & Inn. tenent ꝙ sic, in c. venerabilē. extrà de except. & Arch. in d. c. sicut. ii. q. i. & est tex. hodie in c. pia. in fi. de excep. li. vi.
7 * An rest. in integ. postulata impediat executionē sñiæ? gl. ꝙ sic. in l. una. C. de in integ. rest. post. ne qd noui fiat. vide tñ ibi Cy. Et in mā executionis sñiæ, vide q̃ dixi j. q. 329. & in not. meis. in §. vtrum in executione sententiæ. fo. 145. exceptio quæ pōt opponi, contra executionē sententię, impedit executionē fieri. l. fi. C. si ex falsis instrumētis. qđ verū intellige, si ꝑbatiōes essēt in prōptu, & essēt plenæ, ut i d. l. fi. ibi, manifestis probationib. &c. Si aūt requireret altiorē indaginē, tūc impediret executio, sed exceptio reseruareť pstita cautione reddēdoque exigeť. l. ii. C. đ fal. & l. fi. C. de ord. cog. & in auth. quæ

ſupplicatio.C. de præci. imp.
off.& in c.ſubſtituta.extrà de
in inte.reſt.& ponit Bart.ple-
nè ĩ extrauag.ad repri.col.xi.
In ſex caſib. põt procedi ad
executionem ſnĩæ,licet fuerit
appellatũ, dũmodo iudex nõ
detulit appellationi. q ſunt il
li ſex caſus,ponit. In c.paſto-
ralis.de off.dele.Guliel.de mõ
te lau.ponit viii.caſus. in cle.
i.de ſequeſt.poſ.& fru.vide s̃.
8 q.213.*An ſnĩa poſſit mãda-
ri executioni cõtra illũ, q ha
bet cãm ab illo,q dolo deſiit
poſſidere.uide Bar.in l.is cui
§.q in poſ.ff.ut ĩ poſ.leg.& fi
deicom.& Cy.in l.una.C.de
alie.iudi.mu.cau.facta.& ſcri
pſi in no.meis,in §. vtrũ ſnĩa
9 &c.fo.119. verſo.* Snĩa lata
contra principalem, põt man
dari executioni, cõtra fideiuſ
e ſorẽ ſine nouo proceſſu. e glo.
ſing.in l.fi.C.de uſu. rei iud.
in gl.p.ĩ fi.uide tñ Bar.in l. ſti
pula.ff.iud. ſol. An ſnĩa quæ
in rem trãſiuit iudicatã, poſ-
ſit retractari,ſi æquitas ſuade
at uel erronea pbẽt?Dic ꝙ ſic
p c.cũ ĩter.circa fi. de re iud.
& vide quæ ſcripſi ĩ no. meis.
10 in §.ſnĩa.fo.cli.verſo.*An de
cretũ poſſit interponi die fe-
riato ob honorem Dei? vr̃ ꝙ
ſic,per d.l.actus omnes. C. de
feriis.Crederem cõtrariũ: qa
decreti interpoſitio reqrit cau
ſæ cognitionẽ. l. magis put.
§.ne paſſim.ff. de re.ec. erg
die feriata exerceri non põ
ff.de bo.poſ.l.iii. §.ſi cã.& ſ.
quis or.in bon.poſ.ſeruẽt.l.ii.
§.dies.uide ſuper hoc Bar. in
l.nec mãdan. §.fi. licet poſſe
dici, ꝙ ubi emineret neceſſi
tis actus, ẽt requirentes cã
executionẽ, exerceri poſſet
die feria.l.ii.in fi.ff.de fer.O
citatiõe ſancta die feria.ad d
nõ feria. uide quæ dixi in 36
cõſ.meorum.

a Executio ſnĩæ.] *Vide Pau.de Ca.in l.pe.ff.de feriis.Fed.de ſe conſ.cxxix.et hęc ſufficiant p ta hæc q.*

b Executio.] *Nuda executio cum non exigat cauſę cognitio, ẽtiã feriis introductis in honorẽ Dei, fieri põt, id eſt, facta tenet. fieri tamen non debet, quia in facien do peccatur, niſi immineret peri culum, puta fuga ita d. Panor. ſentit concordando uariantes opi.in c.fi.in pen.col.in uer. vii. lec.eſt.ibi, ego puto poſſe dici etc. extrà de iudiciis.*

c Io.And.in c.fin.] *In iiii.col. in uer.ſed quæramus caſum.ibi in contrarium uide d.Pa.in c.fi.in v.col.in uerſi.redeo ad primã.ex trà de feriis.*

d Examinatio teſtium.] *Adde domi.Pan.in c.i.circa fi. in uer ſi.ulti.oppo.extrà de fer.Hic po nit forma pi.ĩ uer.ualet, pignoro*
te

te etc.usq; illuc, dicta ei die etc.
e Sine nouo processu.] *Hoc intelligeuerum i fideiussore iudicii, qui fideiußit iudicatum solui, non autem in fideius. cotractus, ut tenet do. Odof. Cy Bar. & Bal. in præ. l. fi. C. de usu. re. iud.*

SVMMARIVM.

1 *Processus nullus, poßitne de partium consensu validari.*
2 *Pars no citata ad vidēdas testiū attestationes, an poßit cōsētire*
3 *Reus confessus an poßit condemnari super processu nullo.*

QVAEST. CCXVI.

IVdex de voluntate partiū uolentiū, ꝙ tm̄ ualeat *processus, ac si lis legitimè fuisset cōtestata, & ordo iudiciarius seruat⁹, procedit in cā & profert sn̄iam, utrum valeant processus & sn̄ia? Dic, quòd non. ut tenet Spe. in ti. de sn̄ia §. i. iuxta propositionis seriē. ver. quid si de partium uolūtate. idem Inn. & Host. in c. referēte, extrà de præbē. & facit quod no. Archi. in c. si delegatus. extrà de rescript. li. vi. super verbo, cōmittat, quia substantialia iudicii cōsensu partium non possunt remitti. *a* l. quoties. C. de dignitatib. lib. xii. & no. gl. in c. de causis. extrà de offi. deleg. Et istud seruat in curiis inferiorib. pn̄tis patriæ, sed in curia parla. cōtrariū seruat, qa in eadē curia parlamenti cōsueuit procedi lite nō cōtestata, & aliis iuris solēnitatibus nō seruatis, sola facti ueritate inspecta, etiā præter cōsensum partiū, ut ui de s. q. 58. & q. 29. Sed qd *si ī cā ciuili vel criminali in examinatione testiū pars nō fuerit citata uisura testes iurare, an pars quæ nō fuit citata, possit cōsentire ꝙ valeāt attestationes ac si vocata fuisset? Credo, ꝙ sic, per ea quæ no. gl. & doc. in c. cū cām. extrà de test. & ī c. extrà co. ti. Et ita seruat hæc curia parlam. & similiter seruatur in omnib. aliis curiis inferiorib. pn̄tis patriæ Delp.
3 Sed si pcessus * nō ualeat, an iudex poterit cōdēnare reū cōfessum? vide quæ scripsi in no ta. meis. in §. ualet sn̄ia &c. fo. 16. Et ibi loqr̄ in ciuilib. sed in criminalib. confessus non potest cōdēnari, super processu nullo. & vide in nota. meis. in §. confessio facta. fo. 11. verso. & dixi s. quęstio. cxx. Sed an quis possit ratificare sententiam nullam pro se latam? vide quæ scripsi in apparatu meo, quem feci super statu. si quis per literas. in gl. super verbo, appellatione cessante. in fi. *b* &c.

a Remitti.] *Licet sentētia nulla*

nota. poßit ratificari p partes, ita si ualeat, tanquam sententia, potest tamen ita per partes ratificata ualere, ut pactũ. no. per Bar. & Bal. in l. i. C. qui pro sua iurisdi. Bar. ĩ l. si expreßim. in uersic. sed hæc opin. &c.

b In fin.] *Voluit allegare. in uer. quæro ulterius. ubi tenet, ꝙ sñia nulla defectu procurationis, põt ratificari siue pro ratificante, siue contrà fuerit lata. alle. gl. in l. si mater. §. hoc iure. ff. de excep. rei iud. quã glo. approb. do. Bar. in l. tutor ff. in quib. cau. in integ. resti. nõ est neces. ut ipse ibi dicit. et Ang. de Are. põst Raph. in l. si se nõ obtulit ff. de re iud. et subdit hãc eße cõem opi. ut refert idem de Are. ubi suprà.*

SVMMARIVM.

1 *Coruatæ cuius sumptibus præstandæ, de iure, & de consuetudine.*

2 *Coruatæ ubi præstari debeant.*

QVAEST. CCXVII.

IN hac patria Delphi. & in multis aliis patriis cir
1 cunuicinis * hoïes iuridiciabiles habitãtes in uillis, castris, & tam dñi nñi Delphi. q̃ baronũ bãneretorũ, tenentur præstare coruatas dñis locorũ anno quolibet, aliqui ex cõsuetudine antiqua, & alii, q̃a ita se adstrinxerũt in recognitionib. taliũ dñorũ. iuxta quod quæro, an tales dñi de-
a beãt ministrare victualia dictis hominibus in faciẽdo dictas coruatas. Credo, ꝙ sic de iure, p tex. in ppria materia. in l. si victu. ff. de ope. liber. Sed ideò ego Guido Papæ facere ministrare victualia hominibus meis sancti Albani Viennẽ. diœcesis, & hominibus meis mõtis clari, diensis diœcesis, dũ ipsi pstant mihi coruatas ex antiqua cõsuetudine in reparationib. bedalium molẽdinorũ meorũ dicti loci sancti Albani. Attamẽ in multis aliis locis tales hoies coruatas debẽtes, eas faciũt eorũ propriis sumptib. ex antiqua cõsuetudine, q̃ circa hoc est attendenda, iuxta l. si fundus. ff. de euic. cum si. mutis. Sed pone, ꝙ homo debẽs tres
b coruatas, quæ nihil aliud sunt, q̃ operæ seu præstatiões psonales, vadit ad certũ locum pro præstãdo, & eas faciẽdo, & tã eũdo, quã redeũdo expẽdit unã diẽ, nũquid talis dies cõputabitur in numero coruatarum, quas facere debet. dic ꝙ sic. l. quòd nisi. §. ex prouincia. ff. de ope. liber. * Item
2 certum est ꝙ coruatæ debẽt præstari in loco in quo dñs moratur, vt in l. operæ enim ff. de oper. lib. pone ꝙ domi-
nus

nus vult quòd ipse eas in alio loco præstet & faciat, vtrũ teneat alibi pstare? crederé fore distinguẽdũ prout in l. nemo. & l. mediterraneę. & l. pro lo 1 cis. C. de anno. & trib. li. x. De a materia ista tetigi j. q. 472.

a Ministrare victualia.] *In huiusmodi specie inspicienda est cõsuetudo regionis, quæ consueuit esse in protestatione coruatarũ, & illa seruãda est, quia sic actũ esse ũr. arg. l. excepto. C. loc. & l. dñi prædiorum. in fin. C. de agri. & censi. li. xi. et l. si prius. ff. de aqua plu. arc. Vbi aũt non apparet de consuetudine, tunc emphy. uel homo iuridiciabilis obnoxius præstatiõi coruatarũ, si non habet unde se alat, debet à dño percipere uictualia, aliàs si habet ũn se alat, præstabit coruatas sumptu suo. ita ũr sentire do. Bar. in l. si non sortem. in §. libertus. in viii. col. in uer. tertii dicunt. iuncto uer. quid ergo. ff. de condi. indeb.*

b Quæ nihil.] *Not. hic quid est coruata. de materia autem operarum seu præstationum personalium, uide plenissimè do. Bar. in prædi. §. libertus.*

SVMMARIVM.

1 *Venari in alieno territorio siue guarena nõ licet. Limit. nu. 2.*

3 *Columbes capere in columberio alieno, furtum est.*

QVAEST. CCXVIII.

NOn est licitum venari in aliena guarena, sine volũtate * domini. a ita dicit Bar. in l. uenationẽ. ff. de vsu. quod ita seruatur in hac patria Delph. de gñali cõsuetudine patriæ. Et ad istorum corroborationem dñs noster Delph. per suas patentes literas datas Costæ, die xxi. mensis Decemb. M. cccclviii. & registratas in grosso libro papyreo, fol. 16. verso, existente in camera cõsilii, mandat puniri uenantes ĩ guarenis alienis, ẽt corporaliter, arbitrio iudicantis. Et similiter ipse dominus noster Delph. mandat fieri & obseruari contra illos, qui uenantur b ad columbos columberiorum, vt eadem pœna puniantur, quia etiam secundũ constitutionem imperatoris Fede. insertam in feud. sub rub. de pace tenen. & eius violatoribus. in §. nemo. circa fi. ti. prohibetur ne aliqui * retia sua seu laqueos aut alia instrumenta ad capiendas venationes tendant, nisi ad ursos, apros, & lupos. De iure ẽt est prohibitum capere colũbos in colũberio, uel iuxta. & contra facientes cõmittũt furtum, ut plenè per Dy. & doc.

doc.in §.pauonũ.iſti.de re.di ui. De materia uenatiõis,uid̃ plenè, & multas qõnes ĩ l. una.C.de uenati ferarũ.li.xi. ꝑ d.Ia.Rebuffi,dudũ actu legenté in monte Peſſulano.

a Sine uolũtate domini.] *Bene fa.l.uſufructuarius uenari.§.ſi ĩ uiuariis.ff.de uſufr.et l.diuus pius.ff.de ſerui.ruſti.prædi.*

b Venatur.] *Voluit dicere aucupantur,cum in auibus non cadit uenatio, ſed aucupatio ſiue aucupium,ut no.in l.item.§.aucupiorum.ff. de uſufr. iuncta præalle.l.diuus Pius.*

SVMMARIVM.

1 *Edictum diui Adriani, an & quomodo competat poſſeſſori.*

2 *Dominus exiſtens in poſſeſſione rei ſuæ, an poſsit agere actione in rem.*

QVAEST. CCXIX.

1 EDictum diui * Adriani cõpetit ẽt poſſeſſori,nõ ut ſibi tradatᷓ poſſeſsio, ſed ut ſibi cõfirmetᷓ talis poſſeſsio,per l.i.ſecũdũ unũ ĩtel lectũ.C.de Car.edic.& l.3.§. miſsũ.ff.eo.ti.& ita hoc ibi tenet Bar.Et ideo, ſi hæres ſcriptus in teſtõ nõ uitiato accipiat poſſeſsionem, & partem bonorum hæreditariorum, quam habere potuit ſine cõtradictione,& alterius partis hæreditatis poſſeſsionẽ habere non poſsit,poteſt ĩtentare remedium dicti edicti, tam pro his quæ poſsidet, quam pro aliis quę nõ poſsidet,uidelicet pro his quæ non poſſidet,ut mittatur in poſſeſsionem,pro aliis uerò quę poſsidet, ut ſibi confirmetur poſſeſsio,per iura ſuprà alleg.& ita fuit concluſum poſſe fieri in diffinitione proceſſus nobilis Perucardi de bellacoſtba,dñi moderni caſtri de thoneto,agẽtis, & nobilis girardi de uernone,& eius uxoris rei diffiniti ꝑ dicto domino Thometi,in manibus Ioã.de uoyray, ſecretarii Delph. Et de materia huius edicti, uide quæ dixi ſ̃.q.132.

2 *Sed an domin⁹ exiſtens in poſſeſsione rei ſuę poſsit agere actione in rem, & petere pronũciari rem ſibi ꝑtinere iure dominii uł qua ſi,uide Cy.in l.i.in 4.q. C.de alie.mut.iud.cau.fac. Credo tamen ꝗ ſic, & hoc uidetur tenere Inno.in c.i. de confir. uti.uł inu.ubi dicit ſic formaliter. Ad ſecũdã reſpõdeo,quia ẽt is qui habet ius, & ꝗ eſt i eius poſſeſsione,poteſt agere. Nã quilibet põt petere hoc pronũciari,ſe legitimũ,ẽt ine diffamatiõe ꝑcedente &c. Et ꝓ hac ẽt facit ratio quã ſ̃ dixi de eo, ꝗ poſsidet,& põt pote-

petere possessioné sibi cõfirmari ex beneficio d.l.edicto. Nec obst.l.i.C.de ali.mu.iud. cã facta.ubi habetur, ꝙ existẽti in possessione nõ competit actio in rẽ. Quia sola possessio actioné ĩ rẽ non parit, sed etiã dominiũ.iuxta l.in rẽ.ff. de rei uendi. qđ sic etiã dicit gl.in d.l.i.Et licet contra possessorem debeat intentari, nõ propterea prohibetur, quin dominus possidẽs petere possit pronunciari rẽ ipsam ad se ꝑtinere iure dñi sic, ꝙ eius possessio ꝑ tale medium sibi confirmetur. & isto casu nõ imitatur talis actio omnino naturã rei uendicationis, sicut etiã in simili dicit Inn.in c.examinata. super uerbo, at
a tentare *a* extrà de iudi.ibi dũ dicitur, nõ tamen per omnia imitatur naturã rei uẽd. &c. Et pro hoc facit etiã in simili, quod dicitur de sententia ualida, quæ petitur confirmari, qua confirmatione secuta nihil ex pòst potest contra sententiam obiici, iuxta not. per Inn.in d.c.i.cuius decisio benefacit ad propositũ, & ita pluries practicaui & cõsului tempore quo practicabã.Sed nondum uidi iudicari, si possessor posit intẽtare actioné in re, sed quæ uidebo in futurũ hic subiungam. De materia huius, in aliis tamẽ terminis, uide quę plenè dixi ĩ. q. 356.in octauo effectu possessionis ciuilis.

a Super uerbo, attentare.] *Voluit allegare do.Inno.in præalleg.c.examinata ĩ glo.sua super uersicu. accipit. circa medi. in uersi.sed respondeo.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia data super nullitate processus, sit ĩterlocutoria, uel diffinitiua.*

2 *Sentẽtiæ diffinitiuæ proprium.*

3 *Instantia perimitur lapsu triennij.*

4 *Sententia super desertione appellationis, est interlocutoria.*

5 *Appellatum si fuerit ab interlocutoria, & iudex ad quem pronunciet bene uel malè appellatum, an talis sententia erit interlocutoria.*

QVAEST. CCXX.

Locum tenẽs senescali Valẽ.& diœcesis ĩ sede
1 Valẽtię, tꝑe* quo ibi residebat curia, pronũciauit ꝑ suã sñiam ꝓcessum Ant. Romei, & Claudii Lãterni fore nullum propter defectum litis contestationis. A qua sententia dictus Anto. Romei appellauit, uiua uoce. Modo quæritur, an ualeat talis, ap-

appellatio, cùm ab ea nō fuerit appellatum in scriptis. iuxta ca. cordi. de app. li. vi. Credo quòd non valeat talis ap-
2 pellatio, cum talis * snia sit interlocutoria, & non diffini
a tiua. Nam snia diffinitiua *a* propriè est, quæ diffinit & dormire facit negotium in petitione deductum, de quo principaliter inter partes agebatur, vt probat i l. post sniam. & ibi ita dicit Sal. C. de sen. & interlo. om. iud. cuiusmodi non est dicta snia, igitur &c.
3 * Præterea & secundò uidemus, ꝙ si per lapsum triennii sit perempta instantia, & iudex absoluat reum ab obser-
b uatione iudicii, *b* talis snia nō ē diffinitiua, sed interlocu
c toria, *c* ut dicit Bal. in l. ii. C. de epis. aud. rō quia semper primæua actio, de qua ageba
4 tur, remanet. * Præterea & tertiò, videmus ꝙ snia super desertione appellationis, est interlocutoria, & non diffinitiua, ut dicunt Bal. & Sal. in l. præses. C. quō & quando iud. quia nō imponit finis negotio principali, cum hac tñ distinctione, quam aliàs fecit do. Io. Bauilli utriusq; iuris doc. præsidēs curiæ parlamē. de qua distinctione tetigi supra q. 11. Quia aūt dicit ipse, loquimur in appel. quæ emittitur à snia interlocutoria, aut diffinitiua. si ab interlocutoria, dicit ipse do. Bauilli, ꝙ eo casu snia super desertione appellationis est interlocutoria: rō, quia ex tali desertione appellationis nō imponit finis negotio principali. & ꝙ ita debent intelligi dicta Bal. & Sal. ubi suprà. Si diffinitiua, tūc dicit ipse, talis snia super desertione appellationis, est diffinitiua, quia ita ponit finē ēt negotio principali. Ita dicit ipse, quæ distinctio placuit dnis meis tūc ibi existentib. per quā distinctionem in primo mēbro, probatur ēt, ꝙ appellatio, de qua in dicta cā agebat, sit inualida, cū snia à qua fuit emissa nō imposuerit finē negotio principali, videlicet super interdicto uti possidetis, de quo inter dictas partes in dicto processu agebat. Et sic propterea debuit appellari ĩ scriptis, tā quam ab interlocutoria, per d. c. cordi. de hoc ēt tetigi suprà q. 16. Et si qs diceret, ꝙ licet dicta snia, đ qua hic agitur, foret interlocutoria, ꝙ tñ ipsa habet uim diffinitiuæ sniæ. Quia si ita esset, adhuc đbuisset ĩ scriptis appellari, vt dicit Io. Mo. in c. cupientes. §. si uerò per xx. dies. de ele. lib. vi. in glo. magna. Et ita fuit

fuit in dictā cā conclusum, p dños meos parla. in camera consilii die xiiii. mensis Aug. M. ccccliх. Et inde tunc in proximis sententiis diffinitiuæ sñiarum, & declaratum dictā appellationē fuisse nullam & inualidā, qa ī scriptis nō fuerat appellatū, sñiam recepit prouidus vir Io. Rosseti secretarius Delphi. notarius dictæ causæ appellationis. Sed an sñia lata per iudicem appellationū super nullitate sñiæ iudicis primæ instantiæ sit interlocutoria, vide quæ scripsi suprà q. 16.*

4 Si fuerit appellatum ab interlocutoria, & iudex ad quē, pronunciet bene uel malè appellatū, an talis sñia iudicis ad quē, erit interlocutoria? Dic q sic secun. Hen. Bohic. in c. in literis. extrà de offi. dele. in i. distin. iō erat appellatū ī scriptis, iuxta c. cordi. de appel. lib. vi. de hoc ēt scripsi suprà q. 11. &c.

a Sententia diffinitiua.] *Ad quod sentētia diffinitiua dr ea, per quam partes à lite descēdūt. Item quæ diffinit cōtrouersiam, et imponit finem toti causæ in iudicium deductæ. Not. in cle. i. de seque. pos. et in l. i. ff. de re iudi. et per do. Car. in cle. sæpe. in §. et quia. in xv. no. de uerb. signi. Et istud uř uerū, in cā ordi. secus in summaria. quia licet diffiniat: ut in d cle. sæpe. tñ non est mera diffinitiua, ex quo trahit a natura interlocutoriæ hac scilicet quòd fertur lite non contest. nec seruatis aliis solennitatibus iudiciarii ordinis. Nec pōt dici mera, qa merū est abstractū ab oī cōposito. l. quā seruus. ff. de condi. et demon. ubi cm unū & idē ens, habet effectū unius subiecti et formā alterius, denominare illud debemus a subiecto formali, tanquā digniori et potētiori. l. an inutilis in prin. cum ibi no. ff. de accepti. Et hæc secūdum do. Alex. post do. Ang. in l. imperium. in iii. col. in uersi. ex quo infert. ff. de iurisdi om iud. Quorum quidem opi. uř uera, licet multi contra. Tunc quia forma dat esse rei. l. rei. §. de re iu. ff. loc. Tamen quia mutata forma mutatur substantia. l. non sunt libe. ff. de statu ho. Sed in iudicio summario mutatur forma processus, cuius appellatione uenit sententia. iuxta no. in c. quum ēt. extrà de sen. & re iud. ergo &c. Et per hoc patet resolutio per medium à fortiori ad qōnem per authorem propositā.*

b An obseruatione iudicii.] *Tu uide de hoc per istum consi 69. inci. pro declaratione nu i uer. ad primum. ibi facit ēt pro hoc.*

c Sed interlocutoria.] *Quia per eam partes à lite non recedunt,*

l. dicere

l.dicere. & ibi do. Bar.ff. de ar. gl.et doc.ĩ l.harũ.ff.ſi ſerui.uẽd.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio ſi non opponatur, an Iudex poterit ſupplere & admittere.*
2 *Compenſatio an fiat ipſo iure.*
3 *Iudicium introductum die feriato ob neceſsitatem hominum, ualet.*
4 *Notorium requirit, quod pars proponat in iudicio.*
5 *Appellatio ad Papã, omiſso medio, an & quando ualeat.*
6 *Inſtrumenti groſsatio facta per notarium, de papyris alienis, non ualet.*
7 *Iudex an poſsit ſupplere et æſtimare, ſi ualor rei non probetur.*

QVAEST. CCXXI.

ITem dicta die xiiii. menſis Augu. fuit dubitatum in concluſione proceſſus Claudii Coſtani, & Antonii
1 Armueti.* Sed an p̃ſcriptio xxx. annorũ quam opponere poterat dictus Claudius aduerſus petitionẽ dicti Armueti, debeat obſtare dicto Claudio, cõſiderato ꝙ Claudius de ipſa præſcriptione nõ oppoſuit. Et dixi ꝙ non. primò, q̃a videmus ꝙ contra fideiuſſorẽ nõ dat̃ actio, niſi prius diſcuſſo principali, niſi renũciauerit iuri de prius cõueniendo principalẽ, q̃ fideiuſſorẽ, tñ fideiuſſor hoc nõ opponat, [illegible] tur ſn̄ia cõtra eũ, & ualeat, [illegible] dicit Bar.ĩ l. ꝓplatã.C. de [illegible] & inter. om.iu. Et idem [illegible] Bar.ubi ſ̃.in agẽte hypothecaria nõ diſcuſſo principali debitore, q̃a ſi hoc nõ oppon[illegible] cõdẽnat̃ poſſeſſor. & de h[illegible] ẽt tetigi ſ̃.q. 94. & ĩ.q. 4[illegible]
2 * Ad idẽ uidemus, ꝙ cõpẽſatio fit ipſo iure. ſed hoc ue[illegible] ſi petat̃, al's nõ, ut tenet g[illegible] l.ſi cõſtat.C.de cõpẽ. Itẽ u[illegible]mus, ꝙ cõtra legatariũ ue[illegible] natariũ hæreditatis p̄nt ag[illegible] creditores actiõe ꝑſonali. [illegible] hoc uerũ, ſi donatarius ue[illegible] gatarius patiat̃, ſecus ſi dic[illegible] ſe nõ teneri, vt plenè dixi ĩ.q.
3 460.* Præterea, uidelicet iudiciũ tp̄e feriato ob neceſsitatẽ hoĩum introductũ, ſed hoc u[illegible] rũ, ſi pars hoc non opponat.
4 l. ſed ſi p̃tor.ff. de feriis.* Itẽ uidemus, ꝙ licet notoriũ non
a indigeat ꝓbõne, *a* tñ requirit ꝙ ꝓponat̃ ꝑ partẽ in iudicio, & dicit gl. notab.in cle.appellãti. de ap. Itẽ ẽt uidemus, ꝙ proceſſus q̃ fit ꝑ filiũ contra patrẽ, ſine uenia, ẽ nullus. Sed hoc uerũ, ſi pr̃ cõparendo in iudicio hic opponat, ut dicit Bar.in l. quamuis. in fi.ff. de in ius uoc. Itẽ uidemus, quòd libellus ineptus procedit, [illegible]

pars

pars rea de ineptitudine non opponat, ut dicit gl. ĩ l. fi. C. đ anna. excep. & in l. si mater. ff. de excep. rei iud. & in c. ii. ex trà de libel. obl. & ponit Inn. notab. in c. cũ dilectus. de ordine cogni. Et ualet processus, ut dicit gl. in d. l. fin. C. de ann. exce. & tenet Io. Fab. ĩ §. curare. insti. de act. sed an à tali grauamine, in quo admittatur talis libellus ineptus, possit de iure ciuili appellari, uide q̃ dixi ȷ̃. q. 426. uer. 64. quęro. *b* *
b
5 Item ét uidemus, quòd licet sit appellandũ ad immediatũ superiorẽ, si tamẽ appelleť ad Papã omisso medio, & pars appellata corã Papa citeť in cã appel. processura, & cõpareat, & non opponat, nec petat se ad cãm remitti corã mediato iudice, ualet processus corã Papa formatus, vt tenet Arch. post Inn. & Ho. ĩ c. fi. alle. & de offi. dele. lib. vi. in fi. Itẽ uidemus, ꝙ uictus victori debet in expẽsis cõdemnari, ut in l. properãdũ. §. sin autem. C. de iu. Sed hoc uerũ, si à parte fuerit petitũ, aliter
c nõ, *c* arg. in l. iiii. §. hoc autẽ iudiciũ. ff. de dam. infec. & ita tenet Bar. in d. §. sinaũt. & in l. i. §. ii. ff. de magistra. cõue. cũ quo Bar. pertrãsit, de Aretio in l. iii. §. hoc aũt. ff. de dã. infec. Sed cõtrarium tenet gl. in l. fi. C. qñ prouocatio non ẽ necessaria. qua gl. approbat de Imol. ĩ l. Paulus. la i. ff. de re iu. & dicit ipse de Imo. hoc esse de iure uerius. Et idẽ ĩ fructibus, qa iudex nõ põt cõdẽnare in fructib. nisi à parte petanť. l. ex diuerso. in prin. ff. de rei uen. uide tñ quæ super hoc scripsi ȷ̃. q. 405. Itẽ uidemus, ꝙ si aliqs nõ possit esse procurator, ut puta clericus ĩ foro tẽporali, si nõ opponať, hæc exceptio ualet, & tenet processus, ꝑ gl. ĩ l. reũ criminis. C. de procu.
6 Itẽ* uidemus ꝙ nõ ualet grossatio instrĩ facta ꝑ notariũ de papyris alienis, nisi habeat cõmissionẽ à iudice. Sed de stylo dictæ curiæ parla. est uerũ, si pars hoc opponat, alś adhibeť fides, ut scripsi ȷ̃. q. 404. Sed qd si ista q̃ debẽt opponi ĩ processu, nõ opponanť ĩ processu, sed iuris
d alleg. an sufficiat? uide Bar. *d* ĩ l. eũ qui. in §. q ita. ĩ uer. moueo tibi unũ dubiũ. ff. de uer. ob. & iõ dictus Claudius Costani fuit cõdẽnatus ꝑ dictam curiam parla. ad soluẽdũ debitũ dicto Antonio Armueti, quia nõ opposuit exceptionẽ p̃scriptionis in processu, quæ sibi cõpetebat, & recepit sententiam Ant. de Mole. notarius ipsius causæ. Et hoc recurre circa hanc quæstionẽ. quia

quia alibi nõ reperies ita ple
nè hanc materiã tractatã. De
materia, si iudex possit sup-
e plere, e si pars non petat, te-
tigi in apparatu meo, quē cõ-
pilaui super statuto Delphi.
sub rubrica, de literis cõpul-
soriis & præcisis cõcedendis.
in q.vii. & Ang. de Are. ple-
nè in l. iiii. §. hoc autē iudi-
7 cium. ff. de dam. infec. * Si va
lor rei nõ probetur, an iudex
poterit ex officio supplere &
æstimare, ēt parte non peten-
te, sunt opiniones uariæ: tñ
Ang. de Are. tenet cum Bar.
ꝙ sic, in l. iiii. §. hoc aũt iudi
cium. ff. de dam. infe. ibi ĩ ver.
quintus casus &c. Et ibi ēt in
d. §. hoc aũt, vide si iudex pos
sit ex officio suo repellere te-
stem inhabilē. imò dicit, ꝙ
sic. de Aretio tñ ibi distin-
guit &c.

a Probatione.] *Adde Io. And. in c. accedens. super gl. ulti. ibi, non expressit. extra vt lite non contest. & glo. in cle. appellanti. de appellatio. & do. Card. in cle. i. xxii. q. in fi. de foro cõpet. Istud forte est uerũ, qñ notoriũ constat iudici vt iudici: tunc iudex põt supplere de facto. vt colligitur ex scriptis do. Bal. in l. i. C. ut quæ desunt aduo. ff. iudex suppleat. in ii. colũ. in iiii. oppo. quia notorium esse debet probari. gl. in c. ad nostram. de emptio. & uend. & Spe. iiii. par te. ti. de noto. cri. §. i. uer. qua liter sciet iudex. Sed probatio notorio. factum notorium pro necesse non est. l. si uerò. §. i. gl. ff. qui satisd. cog. & idem notorium esse crimen sufficit pro ri, licet crimen non probetur. Bal. in marga. in uer. notorium tertio singulari.*

b Lxiiii. quæro.] *Vbi tenet posit appellari ab interlocutoria, in qua iudex admisit libellum ineptum.*

c Aliter non.] *Vide in decis. Tholosa. q. 111.*

d Vide Bar.] *Dicit enim do. Bar. in loco hic alleg. quòd qñ exceptio inest ipsi obligationi, ut in pactis incontinēti appositis, & in pactis, quæ tacite intelliguntur, tunc sufficit hoc allegari in obligationibus, sed quando exceptio non inest obligationi, sed uenit extrinsecus, ut est exceptio pacti, posteà facti, & omnis exceptio, quæ partium conuentione non uenit, ut exceptio metus, erroris, & hmõi, tunc est necesse quòd opponatur.*

e Supplere.] *Vide do. Odofr. Cyn. Bar. & Bald. in l. i. C. ut quæ desunt aduo. par. & ibi plenè per eos dißeritur de hmõi materia.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta absenti, notario pro eo stipulante, an ualeat.*

Donatio

2 *Donatio facta absenti inter uiuos, non ualet, nisi interuenien te nuncio uel epistola.*

3 *Donatio confirmata morte, quo iure petatur.*

QVAEST. CCXXII.

IN donatione cã mortis requirit pñtia donatarii. l. inter mortuos. ff. de do. cã mor. no. ar. in l. i. ff. eod. & per
1 Io. Fa. inst. de do. §. i. Sed * qd
si fiat absenti, notario pro eo
stipulante, an ualeat dicta donatio, ut ex ea oriatur actio & obligatio? Bar. vr̃ uelle, ꝙ sic, in l. tam is. in §. filiusfa. ĩ uer. quæro an ista donatio cã mortis &c. ff. de do. cã mor. & credo quòd bene, qa licet donatio cã mortis sapiat naturam ultimæ uoluntatis, in plus tñ sapit naturã contractus, iuxta ea quæ leguntur & notantur in l. ii. circa princip. ff. de dote prele. iõ ualidatur stipulatione notarii. per l. non tm̃. de adop. & l. iii. ff. rẽ pupil. sal. fore. & in §. cũ aũt. inst. de ado. & faciunt quæ dicunt Canonistæ, in c. quãquam. de usu. lib. vi. Præthereà, licet iuramẽ tum adiectum in donatione uel contractu inter absentes factos absque ministerio epistolæ uel nuncii, non firmet ĩ se contractum, tñ quo ad obseruantiã, ualet, ut tenet Hẽr. de Bouenco. in auth. sacramẽta pube. in sua repe. in materia causæ fi. in prin. ibi, secũdò, ẽt infero ex pmissis &c. Et ita fuit conclusum die xix. mẽsis Augu. M.ccclix. in difinitione processus Ioãnæ uxoris Arnulphi Rolandi agẽ tis ex una parte & Ia. Marronis, & cõsortium suorũ ex altera in manibus Ioan. Albi.
2 * Donatio, quæ fit absenti in-
a ter uiuos, non ualet, *a* nisi interueniat nuncius uel episto-
b la. *b* l. nec ambigi. C. de do. Et si quis non ut nũcius, sed motu suo proprio notificet donatario, adhuc non sufficit. ita no. gl. in l. consensu. ff. de ac. & ob. & ĩ d. l. nec ambigi. & ĩ l. i. C. de contrah. emp. & uen. in fi. & hæc est cõis doc. sentẽtia. Sed quid si hoc casu interueniat iuramẽtum? uide Hẽ. de Bouenco in dicta sua repetitione. De stipulatione notarii in hac materia, uide quæ dixi plenè ĩ. q. 306. & q. 307. & s̃. q. 49. De * donatione, q̃
3 confirmatur morte, quo iure petatur, an ut legatum, uel ut fideicommissum, uel quo iure? uide plenè Bar. in l. ex uerbis. de do. inter uirũ & uxo.

2 Non ualet.] *Hoc intellige, nisi donatio facta absenti uallata sit traditione, ut sentit gl. i. in præal. l. nec ambigi. & ita intelligitur*

gitur dictũ do. Azo. in sum. C. de do. ĩ uer. cui possit donari. et hoc expreße uoluit do. Bal. quẽ omnino uideas. et do. Cy. in l. illud C. de sacrosanctis ecclesi.

b Nũci⁹ uł epistola.] *Istud uerũ est, ẽt si donatarius audito, ꝙ sibi absenti quid donatũ sit, dicat hoc mihi placet, ut p d. Bar. in l. absenti. in prin. ff. de do. Ex quo elicit, quòd si hoc dictũ fuisset ĩ præsentia, diceretur pfecta donatio. Quod mihi notandum uisum fuit propter ea, quæ habentur per doct. in l. si quis argentũ §. fi. C. de dona.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta patri per filiũ ipso patre authorizãte, an ualeat.*

2 *Donatio cã mortis facta per filiumfamiliàs, alteri quã patri, quatuor requiruntur.*

3 *Donatio cã mortis ut cõfirmetur, an mors patris et filii requiratur.*

4 *Donatio cã mortis per filiũ, de authoritate pr̃is facta, an possit reuocari sine cõsensu patris.*

5 *Licẽtia patris an reqratur specialis, uel sufficiat generalis ĩ donatione per filium.*

QVAEST. CCXXIII.

Item in cã supra mentionata, fuit ẽt dubitatũ, an
1 ualeat * donatio cã mortis facta per filium patri, ipso authorizãte. & fuit determinatũ ꝙ nõ, quia nemo in facto proprio pôt sibi authorizare. l. i. §. pupillus. & l. quod diximus & l. si seruus cõis. ff. de autho. tuto. & §. fi. insti. e dẽ, & l. i. §. fuit quæsitũ. ff. Trebel. & facit cle. si una. reb. ec. nõ alie. & l. qm̃. C. d excusa. tutor. Et hãc opinionẽ tenuerũt gl. Dy. & Bar. l. i. ff. de auth. tu. & Cyn. in seruũ. C. qui test. fac. pos. q
a opinionẽ ẽt credo uerã, a nemo pôt sibiipsi donare. §. itaq;. instit. de donatio. in l. ius dandi. ff. de tuto. &
2 ra. da. ab his. * Et circa h materiã sciendũ est, ꝙ ad h ut donatio cã mortis fact filiũfamiliàs alteri, quàm p tri, ualeat, reqrũtur. Prim quòd patre permittẽte fa l. tam is. §. filiusfamiliàs. ff. d do. cã mortis. Secundò, ꝙ p ter eisdẽ nominatim & exp sè cõcedat licentiã, ꝙ don cã mortis. in l. eũ non solũ. § filius aũt. C. de bo. quæ liber. Idẽ tenet gl. in l. qui in potestate. ff. de test. & est in l. filius familiàs §. patri. ff. de do. & i bi casus secũdũ Bar. Tertiò, ꝙ permissio seu consensus patris præcedat, ut d. l. filius. § patri. Quartò, quòd is cui d natur sit præsens, aut nota pro eo stipulet, ut dixi s. qu præ-

præcedenti. licet secus sit in homine sui iuris existēte, qm̄ tunc nòn obstante absentia peteretur, ut fideicōmissum. l.fideicommissa.in prin.ff.de leg.iii. quia nō refert cū quo quis loquatur. l. cum pater. §.donatio.ff.de legatis ii. Ita & ponit Bar.in d.l.tam is. in §.i.& facit quod no.per eum in l. hæredi. ff.de lega. ii. & per docto. in l. i. C. de donat.cā mortis. Quod tn̄ sic in filiofamiliàs fieri nonpōt, cū testari nō possit, neq; fideicōmissum relinquere. & sic à psona absente, cui donatur, nō pōt, ut fideicommissum peti. l.qui in potestate.ff. de testa. & no.per gl.in d.l.tam his.§. primo. Sed potest hic quæri,
3 an* mors utriusq; , patris & filii, in donatione cā mortis confirmanda, requiritur. Dic ꝙ sufficit mors filii. ita tenet glo.in l. nec fratris.C. de do.
4 cā mortis.& dic ut ibi. * Sed an donatio cā mortis per filiū, đ authoritate patris facta possit reuocāri sine consensu patris? uř ꝙ nō, quia nihil tā naturale, &c.l. nihil.ff.de regu.iu.aliqui tamē tenent cōtrariū, per l.donatio.ff.de do. inter uir.& uxor. De hoc scripsi in notabi. meis in §.an donatio &c. fol. cli. uerso &c.
5 *Sed an specialis licentia patris reqrať uel sufficiat gñalis licentia patris? glo. ĩ dicta l.qui in potestate.ff. de testa. uidetur uelle quòd requiratur specialis licētia, & quòd non sufficiat generalis.

a Etiam credo uerã.] *Istã opi. dicit eße magis cõmunẽ et ueriorẽ d.Phi.Deci.in cõsi.cclxxix.in ci.placet mibi.col.ij.ĩ ij.parte cõsiliorũ. Plures tñ docto. tenent cõtrariũ, ꝙ talis donatio ualeat: et præcipuè Ang.ĩ l.i.§. fuit q̃situ.hic alleg.quẽ Alex. ibi seqt̃ post alios, quos ibi refert. & idẽ late cõsuluit Alex.in cõsi.cvi.in cip.quo ad præsens quæsitũ.li.i. ubi pro ista opi.alleg.Oldr.cõsuluisse in cõsi.xxvi.inci.pater cõsẽsit filiæ donatæ.et dicit Pau. de Ca.in l.seniũ.col.ii. uer.sed an pater.C qui test.fa.posse pluries consuluisse, & pluries tenuiße, quòd ualeat talis donatio.*

SVMMARIVM.

1 *Dispensari an possit super iuramento, de quo in c. quãuis. uide & nu. 2.*

3 *Hæres iurantis an debeat petere dispensationem iuramenti.*

QVAEST.CCXXIIII.

1 ITē fuit dubitatũ in d.processu, an super * iurõ, de quo in d.c. quamuis pactũ possit & debeat dispen-

 sari

ſari Archi. Inn. Dominicus
de ſancto Geminiano. tenent
quòd non, in d.c.quamuis. ꝑ
uerbum ibi in tex. oĩno &c.
Sed alii,ut Vinc.& Gof.tenẽt
contrariũ,in c. cũ contingat.
extrà de iureiur.ut refert Ar-
chi. in d.c. quamuis. quos ſe-
quitur Hen.de Bouenco ĩ ſua
repetitione.auth. ſacramẽ.C.
ſi aduerſus uendi.in cã ſimili
2 ibi. Quinto * dr̃, & alle. Pet.
Iac.ita etiã tenere, uidelicet
quòd ſuper dicto iuramento
põt diſpenſari. & hanc partẽ
credo ueriorẽ. nam uidemus
quòd licet iuramentũ ſuꝑ cõ
tractu uſurario p̃ſtitũ,operet̃
quòd iurãs teneat̃ ſoluere. ut
in c.debitores. de iureiurãdo,
tñ ſuꝑ tali iuramẽto parte pe
tente diſpenſat̃.in c. per tuas.
de uſu. Et ad idẽ ẽt in filiofa
miliàs, ꝗ renunciauit Mace-
doniano, ſuꝑ quo diſpenſat̃.
Idẽ ẽt in contrahente cũ of-
ficiario contra legis prohibi-
tionem, de qua in l.non licet.
ff.de contrah.emp. & uendi.
Cui ẽt ſuper iuramento diſpẽ
ſatur. ut Bar. in l. ſi quis pro
eo.in princ.ff.de fideiuſſo.ibi,
quartò dixi &c.ſimiliter ẽt de
eo,qui renũciauit ceſsioni bo
norum cum iuramento, cum
quo ẽt ſuper iuramẽto diſpẽ
ſatur, ut dicit Hen.de Bouen
co in d.ſua repeti. in materia
cauſæ finalis,circa mediũ.ibi
ſecundò infertur,quòd in re-
nunciatione ceſsionis bono-
rũ &c. Similiter ẽt in dona-
tione inter uirũ & uxorem
quæ firmatur in iuřo, quo-
obſeruationẽ iuramenti,
Bar.ĩn d.l.ſi quis pro eo. &
l.Seius Augerius.ff.ad leg.
Tñ ſuper tali iuramento u-
re poſtulante diſpenſatur,
conſtet talẽ donationẽ fu-
factã uiro inſtigante, & p-
mouente,ut dicit Hen.de
uen.ĩ d.ſua repe.in fi. In q-
tò dicitur &c. Idẽ in alien-
tione fundi dotalis, ĩ qua
ẽt diſpenſari ſuper iuram-
aliquibus concurrentibus,
delicet doli præſumpti, co-
cturis. ut dicit ipſe de Bou-
co.i.§. ſuꝑ eſt uidere de cã
&c. uer.ſecundò dr̃ &c.Et
uer.v.dr̃ &c.Ibi, puto tñ
cit ipſe de Bouen.) odio d-
tarii donationẽ ſibi fieri i-
gãtis & promouentis. ſi ue-
uel ex probabilib. cõiectu-
dicta promotio uel inſtiga-
probaretur,quòd deberet ſu-
iuramẽto diſpenſari, ut idem
cit idem de Bouen.no.ẽt Pe.
Iac. in tit.de condictio.ex le-
ge. uer. quando. ideò fuit c-
cluſum in dicto proceſſu p-
ſe diſpenſari ſuper iuramen-
to, de quo in d.c. quamuis.
3 Sed circa hanc * materia-
quæ

quæro an hæres iurantis debeat petere dispensationem iuramenti. Dic quòd non, quia dispensatio petitur & fit ꝓpter periculum animæ. sed in hæredem iurantis nõ trãsit iuramentũ quo ad periculũ animæ. ut no. Inn. & Host. in c. ueritatis. extrà de iureiurã. Igitur potest agere hæres iurantis absq; dispensatione iuramenti per defunctum præstiti: licet enim cano. contingat. de iureiuran. nõ dicat contractum, sed confirmandi tantũmodo dicat iuramentũ esse seruandum. tamẽ ipse de Bouẽ. ĩ d. sua repeti. tenet, ꝙ contractus iuramẽto firmatur, *a* etiam iure canonico, & quo ex tali cõtractu iuramẽto oritur actio cõtra iurãtẽ, & eius hæredẽ. ar. in l. nã posteà. §. fi. & l. ait prætor. §. fi. cum l. seq. ff. de iureiuran.

a Iuramento firmatur.] *Adde q̃ habetur & scribuntur s. q. 166. & in apostil. seu additionibus*

SVMMARIVM.

1 *Dispensari an possit super iuramento in contumaciam partis citatæ. & nu. 2.*

QVAES. CCXXV.

Viso ergo si potuerit dispẽsari super dicto iuramento, uidẽdum est si ualuerit dispẽsatio dicti iuramenti in dicto processu producta.* & uidetur prima 1
facie ꝙ sic, cũ in dicta dispẽsatione iuramẽti fuerit Ant. Saluatoris pater dictæ Ioannetæ, cuius intererat, debitè uocatus & in citatiõe ꝑsonaliter apprehesus: qui licet nõ cõparuerit, potuit nihilominus in eius contumaciã super dicto iuramẽto dispensari. & ualuisse uidetur, vt dicere videtur Io. And. in addi. Spe. in tit. de iureiu. in iii. col. ibi summariè &c. Fuit tamẽ conclusum & determinatum in decis. d. processus, d. dispensationem non ualuisse. Primò
2 * ex eo, ꝙ in prima die ita fuit lata sñia super dicta dispensatione, & sic præcipitãter ex eo obruto, q̃ reddũt sñiam nullam, ut no. Inn. in c. ii. extrà đ in integ. resti. & facit l. ii. C. đ sentẽ. ex bre. recit. ibi, nõ subditas, sed liberatas &c. Secundò, ex eo, quia talis dispẽsatio
a iuri debuit fieri cũ causa *a* & cũ cãæ cognitione *b*. ut uoluit gl. in c. nõ ẽ. extrà de uoto & voti redẽpti. quę in ipsa dispẽsatione nõ interuenerũt, igit̃ &c. Et si dicat̃, quòd nõ poterat de cã cognosci: qa dictus pater citatus coram dño archiepiscopo Viennæ commissario apostolico comparere

 noluit.

noluit. Ad hoc fuit tũc in huiusmodi decisione ꝑ aliquos ex dominis parla. responsum quòd dicta filia coram dicto domino commissario debuerat proposuisse causam læsionis, & petere citari iteratò dictum eius patrem, uisurũ probationes fieri sup læsione talis quittãtiæ, & suas probationes facere in cõtumaciã dicti eius patris. & inde cõstito ipsi dño cõmissario de læsiõe poterat ipse dñs commissarius ad suã sñiam procedere, citato iteratò dicto patre, & tũc in contumaciã super iurõ dispẽsare. Et istud est, quod uoluit Ioan. An. ubi s̃. ita fuit tũc determinatũ per dominos meos nemine discrepãte. Et de materia dispẽsationis iuramẽti, vide quæ dixi s̃. q. cxl. Tamen aduocati hæredum dicti Antonii Saluatoris ex alio capite dicebant dictã dispensationẽ iuramẽti esse nullã: quia fuerat facta non præcedẽte perẽptorio edicto, iuxta l. ad perẽptorium. cum l. seq. ff. de iudi. Sed male dicebant, quia cum ipse Ant. Saluatoris fuerit in citatione personaliter apprehẽsus, illa citatio personalis, habet vim perẽptorii, ut dicit
c Inn. in c. ad petitionẽ. *c* extrà de accu. De mã dispensationis iurĩ, plenè tractat Hen. de Bouen. in sua repeti. auth. sacramẽta. & tetigi plene in notab. meis fo. ii. verso.

a Dispensatio iurĩ debuit fieri cum causa.] *Vide quod dixi Spe. de l. ii. §. nũc ostẽdendũ. ver. xxiiii. ibi, prius tñ etc. et ibi, dispẽsat etiã episcopus ex cã &c.*

b Et cum causæ cognitione.] *de suprà q. cxl.*

c Inn. in c. ad petitionẽ.] *In sua in uer. remouerit. et regi in ver. si aũt inueniatur. ibi, nihil respõdet, sed tamen personaliter citatus non uadat.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an conualidet & confirmet in se cõtractum, pactum inter patrem et filiam.*
2 *Cõditio tacita si res in eo. statu manserit, inest omni cõtractui.*
3 *Vsura inficit contractum.*

QVAEST. CCXXVI.

ITem fuit ẽt in diffinitio
1 dicti processus * quæsitum an iuramentum conualidet & confirmet in se contractum siue pactum inter patrem & filiam. De quo in c. quãuis pactũ. de pac. li. vi. & in l. pactum dotali. C. de col. la. adeò ꝙ licet super iuramẽto quo ad effectum agẽdi, fuerit dispensatum, remanet pa
a ctũ ualidũ. *a* Et videtur ꝙ tale pactũ nõ fuerit iuramẽto cõualidatum

ualidatũ, ne ius ciuile corrigatur, quia aliter scilicet ius canonicum immitteret falcẽ in messem alienam. Cum enim ius ciuile improbet dictũ pactum, in d.l. pactum. C. de collat. intelligit̃ et si fuerit iuratum, iuxta l. non dubium. C. de legi: & ista sunt uerba formalia do. Rapha. Cu. qui hãc opi. tenet expresse in l. si qs pro eo. in prin. ibi, tertius arti. ff. de fideiuss. q̃ opi. d. Rapha. fortifico vltra eũ. Primò quia iurm. ius commune nõ tollit l. si ex falsis. C. de trãsac. & in l. fi. C. de nõ nu. pe.* Secũdò, quia in omni iuraměto inest tacita cõditio, si res in eodem statu permãserit. ar. in l. cũ qs ff. de solu. & no. p Io. An. in c. debitores *b* circa fi. extrà de iureiu. Sed sublato iuraměto per dispẽsationẽ res nõ est in eodem statu, igit̃ &c. Sed d. Bar. in d.l. si qs pro eo. ĩ prin. ibi, quartò põt dici. tenet contrariũ, ꝙ imò tale pactũ cum sit introductũ in fauorẽ filiarũ, confirmat̃ in se iuramento, quẽ sequunt̃ d. Io. de Imo. & Dñicus de sancto Gemi. in d.c. quãuis. & Io. An. & doct. oẽs cõiter utriusq; iuris. qa relaxatio iuramenti, quæ fit quo ad effectũ agẽdi, est modici præiudicii, qa nõ nocet in aliquo parti in negotio principali, nec vinculo obligatiõis cõtractæ per tale iuramentũ, secundũ Alb. de Rosa. post Old. C. de usuris. sup rubrica in q. fi. & Pe. de Anc. in d.c. debitorũ. & Io. An. ĩ ad di. Spe. eo. tit. sup rubrica. Et iõ in dicto pcessu fuit conclusum, ꝙ post relationem iuramenti necessariũ est agere ad rescisionẽ cõtractus ex enormi læsione, vel alia iusta cã. Aliter non debet contractus validatus rescindi, &c. Et in hac opi. fuerunt d. Io. Bauilli, & Io. de sancto Germano aduocatus. sed ego super hoc dubitaui, quia cum iuramentũ per dispẽsationem sit sublatũ, c remanet contractus nullus, *c* per d.l. pactũ quòd dotali. iõ nõ vr̃ necesse agere ad rescissionem contractus, cũ remaneat nullus. De dispensatione iuramenti super contractu usurario uel alio modo præstito, tangit d. An. Siculus dictus Barbatias, in l. acutissimi. C. de fideicommiss. in sua reper. 3 & ibi inter* cætera ipse dicit, quòd si quis iuret soluere usuram, quòd illud uerbum usura, inficit cõtractũ, & non est necessaria dispensatio. De dispẽsatione iur̃i, tãgit ẽt Hẽ. de Bo. in auth. sacra; pub. C. si aduer. uend. in sua rep.

a Remaneat pactũ validũ.] *Vide*

d.Pan.in c. cum contingat.in viii.col.in uer.sed ultra prædicta extrà de iureiu.

b No.per Io.An.ĩ c.debitores.] *Adde pulcram gl.&ibi concordantes in c. quemadmodum.in uers. conditio.extrà de iureiurã.*

c Remanet cõtractus nullus.] *Hoc uidetur uerũ, secundũ distinctionẽ quã facit d.Pa.ubi s. ĩ præalle.uer.sed ultra prædicta ibi, unde potest sic distigui &c. ueruntamen in casu isto id locum demum uendicare uidetur, si renunciatio facta sit patri per filiã ob meritum uel reuerẽtiã, quia tunc nõn ualet obtẽta absolutione a iuramento.d.Bal.in l.pactum.in uer.uenio ad q.C. de colla.*

SVMMARIVM

1 *Filia quæ renũciauit bonis paternis, an debeat certiorari de beneficio. l.pactum dotali. C. de coll.ut cum iuramento ualeat ea renũciatio & qttãtia.*

2 *Iustitia una est ex comitibus iuramenti.*

QVAES. CCXXVII.

1 PLus dixi in decis.dicti ꝓcessus*, ꝙ si ꝓmissa cessarẽt, ꝙ dicta Ioanneta, q̃ mediãte dote quittauit patri bona paterna, cõtra dispositionẽ d.l.pactũ dotal.C.đ colla. & nõ fuit certiorata per notariũ nec per aliũ tp̃e dictæ qttãtiæ de bñficio dictæ legis, ꝙ nõ ualuit dicta quittãtia. q[uia] non potuit renũtiare iuri, q[uo]d ignorabat.ut tenet gl. ĩ auth. qũo oporteat epi. & cler. a[d] ordines produ.§.igitur. in g[l]. super verbo, interroga. col. & facit l.fi. ff. ad Vellei. & l[.] mater.ff.de inoff.test.maxim[e] quia mulier ignorat iura. Ne[c] iur̃m hoc casu ignorantes l[i]gat, cũ nõ trahatur ad inc[o]gnita.l.fi.C.de nõ nu. pec. & l.fi.ff.qui satisda.cogan.& i[ta] dicere uoluit gl. sup. verbo [...] mẽte.ĩ c.ad nr̃am.lo iii. extr[à] de iureiu.aliter, si diceret iu[ra]mentũ extendi ad incogita[ta] esset uinculũ iniquitatis, q[uod] non est dicendũ, ut c.quãto, circa mediũ.extrà de iureiu. nec i[n]
2 eo esset* iustitia, quæ est vn[a] ex comitib.iur̃i.xxii.q.ii.c.a[d] animaduertẽdũ.quia iuramẽtũ ueritatẽ, iustitiã & iudici[um] cõtinere debet a.xii.q.4.c.in[nocens] nocens.§.quod aũt. & posui[t] gl.nr̃a in auth.quod eis.C.de nuptiis. Prætereà, iuramẽ.ci[uilẽ] uilẽ & æquã interpretationẽ recipit, ne quis immoderate lædat̃. l.si libertus.§.libertus. ff.đ operis libertorũ.c.veniẽs. & c. quanto.extrà de iureiu. & no. Bar.in l.societate.§.ar[bitrorũ] bitrorũ.ff.pro socio. Et fui aliquo tẽpore durante uisitatione

tione dicti processus in hac opi. Sed posteà vidi Dominicũ de sancto Gemi. qui tenet cõtrarium post Arch. in d.c. quamuis pactum. quòd non requiratur quòd filia certiore
1 tur in casu d.c.per tex.q ibi ĩ distinctè ẽ intelligẽd⁹, si filia certiorata uel nõ.ita ibi tenẽt ipsi. & facit rõ ultra ꝑ eos ad hoc, ꝙ qs præiudicet sibi per iuřm,nõ requirit ꝙ sciat, qa sufficit iurari super facto.l. si duo.§.idẽ Iulia.de iureiur.& si duo §.si qs iurauerit.eo.ti. ut consuluit Bar.ut refert ipse in l,ii.C.de rescin. uen. de hoc ẽt scripsi in no.meis.in §. iii.l.sciẽdum &c.fol. lxvi.&c. verso. & ita ꝯm eorũ opi. fuit conclusum in diffinitione di. processus Ioannetæ vxoris Arnulphi Rolãdi diffiniti in manib.Ioãnis albi secretarii Delphi.in curia parlamẽti de mẽse Decembris,M. cccclxi.

a Continere debet.] *Scilicet ut omnino sit licitum. ut per domi. Pan. in præall. c. cum contingat. in vi. col.in ver.ix. quilibet potest dari.*

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio filiæ circa bona paterna & materna, extendatur ne ad ea quæ pater perdidit cõuolando ad secunda uota.*

2 *Filii & filiæ qui renunciauerũt bonis paternis, an possint ad ea regressum habere disting.*

QVAEST.CCXXVIII.

EX dicto processu fuit alia orta quæstio, videlicet an dicta* Ioanna, q̃ quittauit bona paterna, cũ iuramento, possit petere id qđ dictus Antonius Saluatoris eius pater perdidit, post ea cõuolando ad secunda vota, iure disponente. ut in l. fœminæ.§ illud.C. de secundis nuptiis, quod ius locũ habet nõ solũ in muliere, imò ẽt in viro, vt ibidẽ tenet gl.quã sequitur Saly.& cõiter doc. Et credo quòd sic, pro eo quod talis quittantia seu renunciatio non extendiť ad id quod pater perdidit sua culpa. ita dixit Bartolus in authen.hoc amplius, in quæstione penul
a ti.*a* ibidem formata hæredibus qui hæreditatem diuiserunt. C.de fideicommissis.ita etiam determinat in l. qui Romæ.§.duo fratres.in fi. primæ oppositionis.ff. de verbo. oblig.& allegat l.qui cum tutoribus. ff. de transactio. Attento etiam, quòd filia de hoc non cogitauit ideò ad hoc non porrigitur quittantia.l. mater. ff. de inoffici. testa. nec etiam iuramentum.l. fi.ff.qui satisdare coganť. & l. fina.

fina. C. de non numerata pecunia. cum simi. Et ita fuit cōclusum in decisione dicti processus in præcedenti quæstione mentionati.
2 * Quæro iuxta præmissa, filia quittauit cum iuramento, & sic est exclusa à successione patris, an filii ex ea possint regressum habere. dic secundum Bar. in l. qui superstitis. ff. de acqui. hære. aut liberi ueniunt ex persona sua propria, & tunc possunt: Aut uolunt uenire ut hæredes matris, & tunc non possunt, ut ibi plenius per Bart. & uide Pet. Hely. in l. si unquam. C. de reuocā. donatio. in sua repeti. Item quæro, an filia quæ quittauit, cōputetur in numero liberorū, ut faciat partē in legitima, licet non admittatur ad partē dixi ĩ. q. 295. An filia quæ qttauit cum iuramento, debeat in aliquo institui per patrem in testamento, ut testamentū ualeat, dixi plenè in d. q. 295.

a Quæstione penul.] *Voluit alleg. quæstionem ultimam. Ipse autem dominus Barto. loquitur in aliis terminis, tamen optimè potest induci pro decisiōe huius quæstionis. ad quod etiam facere uidetur dominus Fely. Profectò nec multum facit dicta quæstio Cy. in hoc casu. si hæres non uult obedire præcepto testatoris infra annum, debet priuari hæreditate; quæ peruenit ad alios nominatos, in illa auth. hoc amplius. quòd si alii nolint accipere hæreditatē, an remaneat apud hæredē inobediētē. & respondet, quòd sic. et non multū facit illa quæstio ad qōnem nostram sufficiant tibi rationes & iura quæ adducit præsens author.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula generalis, uel ex ali[a] cā de præsenti, vel de futur[o]*

1 *Quomodocunq; & qualitercu[n]que, usus.*

QVAES. CCXXIX.

Sed quid si in dicta quitt[an]tia suprà mētionata fuisset adiecta sequens clausula, videlicet, quæ sibi cōpe-
1 tere * possent iure legitimæ ex testamēto, aut ab intestato vel alia quacunque causa. An dicta filia petere posset id quod dictus Ant. Saluatoris eius pr[æ] cōuolādo ad secūda vota, perdidit obstāte dicta clausula, vł ex alia quacūque cā, &c. & posset dici, ꝙ nō, pro eo, quia de ipso bñficio censet cogitasse, saltem generaliter. & hoc sufficit. l. duos. §. colonus & l. si duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Et facit bene ad hoc qđ ponit Bar. in l. rē maioris ptii. C. de rescin. uen. in qua.

quæ

quæ incipit, quæro quid si minor iurauit, &c. Fuit tñ in diffinitione processus determinatum cõtrariũ, ꝙ imò dicta Ioanna potuit uti beneficio dictæ.l.fœminæ.in §. illud.& petere portionem quã dictus eius pater perdiderat cõuolãdo ad secunda vota. ratio, qa illa generalis clausula, ex alia quacunque causa, &c. intelligi debet ex causa de pñti, & nõ ex cã de futuro. ut no. Barto. in l. qui Romę §. duo fratres. ff. de verb. obligat. De* dictione, quomodocũq;, & qualitercũq;, vide q̃ scripsi in notabilib. meis in dicto §. quandoque. De filia quæ quittauit bona paterna salua legali echeuta, vide §. dixi s̃. q. 192.

SVMMARIVM.

Hæredum suorum appellatione, intelligantur necẽt extranei. nide & nu. 2. & 3.

QVAES. CCXXX.

Petrus Saluatoris donauit dicto Ant. Saluatoris eius patri, & suis hæredibus oĩa eius bona dona-
1 tione cã morris. * quærit an appellatione suorũ hæredũ, cõtineant tantũmodo sui, qui in potestate sua sunt? & vr ꝙ sic, per §. sui. insti. de hæredũ qualitate & differentia. & in l. suis. ff. de liber. & posthu. & in l. i. §. extraneũ. C. de rei uxorię act. Contrariũ credo a in hoc casu, ꝙ imò contineantur omnes, quicũque sunt hæredes, siue sint in potestate, siue sint extranei: quia materia est indifferens. ergo transitoria ad quoscunque hæredes. ut no. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebell. Si enim esset materia feudalis tunc appellatiõe suorũ hæredũ, cõprehenderent solũ filii sui. gl. & Dy. in d. l. ex facto. §. per ea, quæ hñtur. in c. i. §. & si cliẽtulus. de aliena. feud. & p Bar. in l. iurisiurãdi. in §. si liberi. ff. de operis libertorũ. Dñtur ẽt sui ex parte mulierũ. C. đ priuilegio dotis. l. i. & l. fi. C. q po. in pign.
2 hab. * Sed in mã ita indifferẽti dico, ꝙ appellatione suorũ hęredũ, intelligit de suis hæredibus quibuscũque. Et facit quod habetur per Bar. in l. liberi libertæque. C. de operis liberto. & ita fuit conclusũ & determinatũ b in diffinitione d. pcessus. Aduertẽdũ tñ ad ea quæ dixi suprà proximè ĩ materia feudali, quia in materia feudali appellatione suorũ hodie de cõsuetudine generalis pñtis patrię Delphi. secundum quã consuetudinem feudalia sunt redacta ad instar patrimoniorũ, continent

omnes

omnes hæredes etiam extranei, ut dixi suprà q.59. nisi in feudatio aliter se haberet. Et de hac materia, uide quę dixi j.q.458.& q.306.

a Contrariũ credo.] *Et bñ: quia hoc satis importat subiecta materia. secundum quam uerba sũt intelligenda. l. si uno in princi. & ibi. d. Bart. ff. locati. talia eñ sunt subiecta, qualia p̃dic. ita p-mittunt. extrà de decimis. dudũ. gloß. fin. do. Oldr. consil. lxxx.*

b Determinatum.] *Cõtrariũ pro determinatione curiæ facit ĩ argu. quòd legitur. & not. in cap. dignitatem. in §. ad hæc. de præbend. & dignita. lib. vi. et ibi domi. Car. qui in primo no. notãdo, dicit quòd uniuersale adiectum uni speciei, non includit aliam. Clausula enim generalis bene cõprehendit aliam, quam expressam, si sunt eiusdẽ generis, uel cõditionis, non alterius separati et diuersi, maximè si sunt grauiora aut si sumus in materia restringibili, ut colligitur ex scriptis do. Car. ubi supra uersi. opponitur, quod per illa uerba.*

SVMMARIVM.

1 *Filia quæ renuntiauit bonis paternis uideatur ne etiam renuntiaße fraternis.*

2 *Renunciationes a iure prohibitæ, non recipiunt interpretationem extensiuam.*

QVEAST. CCXXXI

1 FVit ét ĩ diffinitione dicti processus * dubitat[...] an renuntiatio facta p[...] filiã patri, cũ iuramento, d[...] nuptui tradebatur, extẽdatu[...] ab bona fraterna. Hanc qõ[...] plenè disputauit pro & cõtr[...] Bar. in l. ii. §. illud. ff. de hæ[...] dita. uel act. uend. Et finalit[...] tenet quòd talis renunciati[...] bonorum paternorum & m[...] ternorum non extenditur a[...]
a fraterna. a & ita etiã in sequ[...] do opinionem Bar. fuit conclusum in diffinitione dic[...] processus. Et hoc uerũ, max[...] mè si tp̃e quittantiæ frat[...] uiuebant. quo casu nõ pote[...] talis renuntiatio extendi ad futuram successioně. l. si ita sit scriptũ. §. si sub cõditione ff. de le. ii. & ff. de acq. hæred. l. qui sup̃stitis. & l. is, qui. C. de pactis. l. final. tales enim
2 * renuntiationes, quæ sunt i[...] iure prohibitæ, non recipiun[...] interpretationẽ extẽsiuam. l. quod uerò. ff. de legi. &c.

a Nõ extenditur ad fraterna.] *Pro hoc bene facit, quod filia d[...] tata non obstante renuntiatione, etiam iurata, & promissione de non petendo amplius, pote[...] petere bona materna. ita consu[...] luit dominus Bar. ut ipse refert i[...] l. ut iusiurand. § si liber. in ...*

ma colum. uersi. quæro, pater instituit filiam. ff. de operis libertorum.

SVMMARIVM.

1 *Substitutionis spes an possit alteri cedi ante conditionis euẽtũ.*
2 *Fideicommissi remissio quibus uerbis fiat.*
3 *Fideicommissum non agnitum, an transmittatur.*

QVAES. CCXXXII.

DIcta Ioanna uxor Arnul. Rolandi dum nuptui collocabatur, fecit pactum de non petendo, * & quittauit Anton. saluo eius puer pro dote sibi cõstituta certa iura sua, & cętera oĩa & singula iura omnesque actiones sibi competẽtes & cõpetituras in bonis Matelinæ eius auiæ maternæ, siue quæ competerent sibi & competere poterant nunc uel in futurum ratione legitimarum legatorum institutionis uel substitutionis. Ex quibus quæsitum fuit in decisione dicti ꝓcessus, an ualeat dicta quittãtia respectu substitutiõis sibi competentis ex testamẽto dictæ suæ auiæ, cum tẽpore dictæ quittantiæ non fuisset locus substitutioni in personã ipsius Ioan. sed ex post euenerit. Et uidetur quod non ualuerit, quia substitutio quæ nondum cõpetit, extra bona nulla est. ut in l. substitutio. ff. de. acquir. rerũ do. In contrarium quòd ualuerit dicta quittãtia etiã respectu dicti fideicommis. facit, quia quis potest renuntiare iuri suo. ut in l. si quis in conscribendo. C. de pact. & remittẽtibus actiones suas nõ datur regressus ad eas. l. si quis. §. areã. ff. de sol. l. quæritur. §. si uenditor. ff. de ædil. edict. posito qđ dicta substitutio tempore dictæ quittantiæ locum nõ habuisset, per ea, quæ leguntur, & no. in l. i. C. de pactis. maximè, quia ex tenore instrumẽti dictæ quittantiæ dicta Ioãna reperitur fuisse certificata & certiorata de testamẽto dictæ auiæ. Ex eo, qđ ipsa Ioanna quittando & remittendo dictam substitutionẽ, & bona ex ea sibi competitura à dicto suo patre sibi reseruauit cẽtum florenos, in d. testamẽto auiæ legatos Angel. ĩ quibus ipsa Ioanna fuerat dictæ Angelinæ substituta, ꝙ sufficit ad uerisimiliter coniecturandum ipsam Ioannã de dicto testamento auiæ suæ, & cõtentorum in eodem fuisse certioratam, ut dicit Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres, ff. de uerbo. obligati. in iii. quæ.

cir-

circa medium.ibi, nisi probetur aliud ex quo pŝumat̄, ut q̄a legata soluit uel cū legatariis pact⁹ est, &c. Attēto iur̄o p̄ eā præstito, per ea quę dicit Ioānes Ferrarii in ti. forma libelli, quo agitur ut pacta seruentur. in gl. super uerbo, pro iur̄o firmitatis. Et ita ꝙ dicta Ioanna uideatur remisisse dicto suo patri ius dicti fideicōmissi, fuit decisū & iudicatū per dn̄os meos parlamenti in cōclusione dicti ꝓcessus diffiniti de mēse Decē. M.ccccl ix. in manibus Ioan. Albi. ego tn̄ fui tunc in cōtrariā opi. per ea quæ dicit Bart. in d. §. duo fratres. in q. quæ ĩcipit, quinto quæro. pone in
2 diuisione dictum* est, remisit unus alteri in parte sua oē ius præsens siue futurū ex testamēto seu ab intestato, iure fideicōmissi, uel alio quocūq; mō, an hæc uerba sufficiāt ad remissionē fideicōmissi, &c.
a & ibi determinat quòd nō. *a*
3 * Sed an fideicōmissum non agnitum transmittatur? gl. dicit ꝙ non. sicut nec hæreditas non adita. in l. à testatore. in fine. ff. de condit. & demōstrat. & in l. cū filio. ff. de le. i. facit l. in cāæ. la secunda. §. idem pomponius. ff. de minoribus. & ubi substitutus non transmittit ius substitutiōis ad hęredē, si fideicommissum ante conditionis euentū possit remitti alteri. uide l. mulier. § ex asse. ff. d̄ iur̄ doti. & Bar. i l. à testatore. ff. de condi. & demon. & uid̄ dictā l. substitutio. ff. de acq. rer. dom.

a Determinat ꝙ non.] *Aduerte ꝙ aliud est remittere ius fideicōmissi conditionalis, id est, renunciare tali iuri, aliud est remittere, id est, cedere hmōi ius. in primo aūt casu intelligūtur et habent locū iura primo loco inducta. in secūdo uerò casu uēdicant sibi locū in cōtrariū allegata. & hæc colligi possunt ex his, quæ ita dicit d. Io. de Ferra. in forma libelli. quo agitur. at pacta seruentur. in gl. in uer. pacta. in v. conuentionibus. uer. deinde notādū est. iūctis his quæ tanguntur per d. Bar. in l. his pōt. in princ. ff. de acq. hæred. et quæ habētur et notātur per gl. et docto. in §. ex condi. instit. de uerb. oblig. Vel dic aliter, ut colligitur ex scriptis do. Odof. Cy. Bart. & Bal. in l. prima. C. de pactis. ubi etiam per omnes habetur, quòd fideicōmissum ex futuro euentu pēdens potest per pactū remitti. sed in cā quæstionis præsentis fuit pactum, ergo &c. Præterea uerbum remittere est aptū ĩcludere pactum et simplicē renuntiationē. in dubio præsumitur, siue accipitur pro pacto, ut res melius ualeat,* dicit.

dicit formaliter d. Bal. in præall. l. i. in ii. col. in uer. ii. oppon. ibi, ex hoc not. C. de pact. quod aũt dicit do. Bar. in præal. §. duo fratres. in uer. quintò quæro est curiæ. utique in alio casu uidelicet quo dictum fuit iure fideicõmissi simpliciter, nõ adiecto, ex quo testõ, et sic non ualebat remissio, quia etiam quo ad intellectũ nõ poßunt dici inspecta & cognita uerba testamenti, quod requiritur. ut d. l. his. ff. de transact. l. i. §. i. ff. quemadmodum testamen. aperiant. & l. fi. C. de iureiu. sed hæc saltẽ quo ad intellectũ fuerũt cognita & inspecta per illa uerba, uidelicet in bonis maternæ, eius auiæ maternæ, &c.

SVMMARIVM.

Literas gubernatoris Delphinatus frangentes, qua pœna puniantur.

QVAES. CCXXXIII.

ALiquis fregit malitiose literas patẽtes à domino gubernatore Delph. emanatas & sigillo regiminis Delphinalis sigillatas.

1 * Qualiter debeat puniri, uidetur quòd pœna quin-

a gentorũ aureorũ. *a* l. si quis. circa prin. ff. de iurisdict. om.

b indic. & etiam pœna falsi. *b* l. hodie. in prin. ff. ad l. Cornel. de falsis. & ita no. per Dy. ista quæstio fuit dudum in facto tunc de priore sancti Donati, q certas literas à domino gubernatore emanatas fregit in scamno magni cõsilii Gratianop. xxii. mensis Martii, anno domini. M. ccccxli. de qua fractione fuit contra eum supplicatum in curia parlamẽti. & recepit informationes Ioannis Botuti secretarius Delphi. Sed non fuit determinatũ, sed qualiter puniatur falsificãs literas dñi nostri Delphin. uel domini gubernatoris, uide quæ dixi, ĩ. q. 455. & qualiter puniãtur acta falsitatis, uide infrà q. 245. De illo q remouet literas iudiciales à manu seruientis, uide quæ dixi infrà q. 579.

a Quingentorũ aureorũ.] *Vel uerius quinquaginta, ut instit. de actio. §. in pœnales. uel forte arbitraria, prout ibi sentire uĩ do. Ioã. Fab. in gl. erat enim ĩ fi. d. Ang. tenet primum, ut ibi in gl. albo.*

b Etiã pœna falsi.] *Et hoc uerũ, ubi aliqd mutuauit uel auxit, uel diminuit: secꝰ si totũ amouisset uel deleuißet: ut dicit d. Ioã. Fab. in præalle. §. pœnales. in gl. uel positum sustulißet.*

SVMMARIVM.

1 *Delphinatus dominus, an poßit locum tenentem constituere.*

QVAES.

QVAEST. CCXXXIIII.

DOminus Delph. creauit locunten. dñi gubernatoris Delph. uidelicet dominũ de targe ĩ absentia domini de gaucort tũc gubernatoris. & similiter remoto dicto dño de targe nobilẽ Aymarũ de claromonte & ipso dño Aymaro mortuo creauit locũte. do. Chalanconis, ẽt de tp̄e do. Lud. de Laual gubernatoris Delph.
1 * an tales locũtenẽtes habeãt ptãtẽ ac si forẽt à dño gubernatore constituti & creati? dic ꝙ
a sic, *a* ut ponit Bar. in l. i. §. hi. ff. de le. iii. & ita vidi obseruari tp̄ibus dictorũ do. de targe, nobilis Aymari de claromonte, & d. mõtis Aynardi. Similiter etiã uidi fieri hoc anno currente domini, M. ccccl ix. ꝙ præfatus d. Ludo. de laual gubernator Delphina. sibi assistentibus spectabilibus uiris dominis parlamenti dedit & concessit iudicaturam Graynosdani ad duos annos, do. Io. moleti legum doc. & fecit locunte. formatum do. iudicis do. Franc. chanterelli legum doctorẽ ad media vadia, & iura dictæ iudicaturæ, prout facere potuit. ut dicit Bar. ubi s̃. &c. De locumten. iudicis, facit mẽtionẽ Baldus in authẽtica, licet nouo iure C. de seruis fugitiuis.

a Dic quòd sic.] *Istud probari u[...] detur per arg. a maioritate r[...] tionis, quod ĩ iure est ualidu[...] l. i. in princip. ibi, multomag[...] C. de rei uxo. ac. si enim do. D[...] phi. potest creare gubernator[...] quod est maius, potest a fort[...] creare locumte. gubernator[...] quod est minus: id nimirũ q[...] in maiori cõceditur, licitum[...] se uidetur in minori. c. per u[...] rabilem. extrà qui filii sint l[...] ti. tu tamen lector hic notab[...] quòd locumtenens factus a [...] cipe habet idem imperium, q[...] i s cuius uicẽ gerit. Secus si [...] eo delegatus fuerit, cuius lo[...] net. Nã princeps potest cõmit[...] re merũ imperium, prout u[...] C. qui pro sua iurisdictio l. i [...] si. uerũtamẽ unus locum te[...] nõ potest facere alium locum[...] nẽtẽ. ita no. d. Bal. in l. si inc[...] tus. in §. a perfectis. ff. de leg[...]*

SVMMARIVM.

1 *Incarceratus si appellet, non [...] bet detineri.*

QVAEST. CCXXV[...]

SI quis incarceratur, [...] appellet, non debet d[...]
1 neri, secundũ dñm * Fr[...] de Zaba. qui hoc ponit ĩ c[...] frequens. circa prin. in vi. q[...] de excessibus prælatorum. So[...]

co[...]

contrarium uidetur, ꝙ imò debeat detineri, per l. eos. §. penulti. *a* de appel. & facit quod no. Inn. in c. ut fame. extrà de sent. excõ. Sicut dicitur de appel. ab interlocutoria, iuxta determinationē c. nō solum. de appel. lib. vi. Ita tenet Bal. in l. ii. C. đ epis. audi. Et hæc ulti. pars seruatur de stylo, & consuetudine omnium curiarum pręsentis patriæ Delph.

§. pe.] *Voluit. allega. §. super his in l. est. qui est antepenul. dictæ l.*

SVMMARIVM.

Incarceratus iam post mensem, an poßit appellare.

QVAEST. CCXXXVI.

SEd quid si quis steterit ĩ carcere p*mēsem, q̃ nūc vult appellare, ab ista detētione, an posſit? & videt̄ ꝙ nō, quia appellauit infrà decē dies à tpe p̄scripti facti de capiendo. Sed credo cōtrarium, sicut à simili uidemus, ꝙ à tortura reiterata seu repetita sē per appellatur, licet retrò nō fuerit appellatū, ita & à detētione carcerū quia grauamē tūc infertur. unde successiuo grauamine nō currit tempus appellādi. & hæc est opi. Spe. in ti. de appel. §. nō restat. uersi. sed quid dicēs ex hac detētione reali. ita etiam Bal. in l. si clericus. C. de epis. audiē. in quæstione, quæ incipit, secundò quæritur, &c. & ita uidi obseruari.

SVMMARIVM.

1 *Appellans an debeat relaxari à carcere per iudicem, a quo.*

2 *Executio pœnæ corporalis per quem Iudicem fieri debeat.*

QVAES. CCXXXVII.

IVdex causæ appellationis debet sequi statuta primi iudicis. ratio, q̃a loco eius succedit. l. penul. ff. iudi. solui.
1 Et istud induco* ad q̄onem, si in causa criminali fertur sententia in curia alicuius banereti, à qua appellet̄, quę sentētia si per iudicē appellationū cōfirmet̄, pœna uenit applicāda bursæ fisci bānereti, cuius iudicis. & istud vidi obseruari in hæc curia parlamēti.
a 2 Itē executio *a* pœnæ corporalis fieri debet per* illū iudicē bānereti à quo. q̃a lex suæ iurisdictionis hoc dicit. ex quo ꝓpterea sequit̄ qđ talis iudex bānereti pēdente causa appellationis debet eū detinere
b *b* in suo carcere. & istud ēt pluries uidi obseruari in hac curia parlamenti, q̃ in cæteris curiis inferiorib. præsentis patriæ Delph. &c. nisi iudex cāę appellationis ex causa ipsum

mouente mãdaret sibi remitti per iudicem a quo.

a Item executio.] *Hanc opi. amplectitur Bal. in l. si quis litigãtium. C. de episc. aud. in uer. iii. no. contrarium tenet do. Cy. in l. eos. in princi. in uer. viii. quæritur. & Bar. ibi, in uer. quis mandabit. C. de app. Et idem ibi tenet do. Bal. in iii. col. in uer. item quæritur. Sed hæc opi. est intelligenda in causa ciuili, in causa uerò criminali procedit alia opi. ita innuit do. Bal. in prin. l. si quis litigantium. & istud inibi sequitur do. Alexã. de Imo. in apostilla ad do. Bal. in uer. criminali. & in fi. assignant rationẽ.*

b Detinere.] *Hoc tamen non seruatur Lug. uidemus enim quòd quando dominus Correarius cõdemnat aliquem criminosum si appellat ad iudicem ressortorũ, remittitur criminosus ad curiã dicti iudicis ressortorum, & deinde Parisius ad parlamentũ, si habet uñ expensas facere poßit.*

SVMMARIVM.

1 *Animal an propter delictum, puniatur.*

QVAES. CCXXXVIII.

SI animal brutum delinquat, sicut quandoq; faciunt porci, qui comedunt pueros, * an debeãt mori? dic quòd sic. casus est. xv. q. i. cap. si mulier. Et si homicidium cõmittant, debẽt per suum dñum tradi iustitiæ u[t] moriant. Exo. xxi. cap. & [...] quòd aliàs delinquunt, quò[d] debent puniri, ut ibidem h[a]betur, & in c. xxxix. ibi, de[n]tem pro dente. & alibi di[ci]tur Leuiti. xx. cap. Qui cu[m] iumento coiuit seu cohabi[tau]it, morte moriatur, pecus [...] occidat. & in cap. xxi. dr, Iu[mentum] si hoiem interfece[rit], lapidibus occidat, ita [...] uidi practicari in hac pa[tria] Delphi. Sed in patria Burg[undiæ] dum ibam ad ciuitaté Cat[a]lani in Campania, ad Reg[em] tunc ibi existentem, uidi qu[en]dam porcum in furcis sus[pen]sum, qui dicebatur occidi[sse] quendam puerum.

SVMMARIVM.

1 *Rex Franciæ an poßit aliena[ta] reuocare sine metu periurii.*

2 *Rex Franciæ, an sit subditus Im[]peratori.*

3 *Imperator an poßit conceder[e] aliquod priuilegium ante co[]ronationem.*

QVAES. CCXXXIX.

REx Fráciæ dñs nr po[...] coronationem aliqu[a] 1 nostra de regno * & p[a]trimonio regni alienauit, & iurauit nunquã cõtrauenire, an

an poterit alienata reuocare sine metu periurii? dic ꝙ sic, ut in c.intellecto. extrà de iu reiu. & facit quod ibi no.per Gofre. Sed an cessante iuro posset alienare castra uel uillas inuitis habitatoribus in eisdem? credo ꝙ nõ, ꝫm Bal. qui hoc ponit in c.generali.si de feu.defuncti contr. fuerit. & disputauit magis latè in proœmio feudorũ, in uer.sed expedita diffinitione feudorũ.hãc eandẽ opi.tenet Host. in c.dilecti filii. extrà de maio.& obe.& ibi Inn.Idem ẽt Bal. in feudis in tit.an feudũ amittat, si uasallus nõ obtulit seruitium.in c. gñali alienatione.quia dñs sine uoluntate uasalli non põt ius suũ in alium transferre.iuxta no. per Bal.de prohi.feu.alie.per Fede. in §. prætereà ducatus. in fi.& Pet.Iac.in tit.de cau. ex quib.domi.amit.debeat.l. prope, in uer, Rex Franciæ. ideò Cõstantinus imperator qñ donauit urbẽ beato Siluestro papæ, fecit cũ consensu ppli Romani. ut refert Bald. ubi s.tñ gl. i d.§.prætereà ducatus, dicit ꝙ uerũ est in minore, bñ tñ ponit in maiore. & circa hoc uide quæ dixi j. q.560. Sed iuxta p̃missa, quæ
2 ro *an dñs nr̃ Rex Francorũ
a sit subditus Imperatori. *a* uẽ text.ꝙ sic. in l.in noĩe dñi.§. iubemus. ibi, uel Galliæ seu Francorũ,&c. C.de off.pfec. p̃to.Afri.pro quo l.fi.ff.de cẽ. & C.de quadr.præscri. l.bñ à Zenone.nam & oẽs nationes sub ipso sunt. xi.q.i.c.si quis. uer. uolumus. & ꝗ oẽ dicit, nihil excludit, ut iurib.uulgatis, ita ẽt tenet Bal.in feu.ĩ ti. de phi.feu.alie. p Lothariũ. sed quicquid sit de iure, contratiũ seruat de cõsuetudine, & audiui à nobili Gabriele de bñficiis dño de targe, ꝙ ipse semel uidit regem Frãciæ Carolũ vii.& imperatorẽ sĩl incedẽtes, & trãseũtes p vnã
3 portã.* Sed ꝙ ĩperator nõ p̃cedebat regẽ, sed sĩl de latere transibãt indifferẽter. Sed an imperator añ coronationem possit cõcedere aliqđ priuilegiũ? gl.ꝙ nõ, in d.l.bñ à Zenone.in glo.fi.in fi. idẽ tenet Spe.in ti.de rescripti pñtatione.§.fi.item ꝙ obtẽtum &c.
a An rex Francorum sit subditus imperatori.] *Vide suprà q. xiij.circa fin. in apostil. in uer. Clodoueus. Et pro parte negatiua facit gl.in §.i.insti.de pa.po. & expreßè tenet do.Ioã.Fab.in rub.super proœmio insti.in uer. Frã. & do.Inn.in c.per uenerabilẽ.extrà qui fi.sint legi. in sua gl.ĩ uer.recognoscat.ibi, nostra. Rex em̃ Frãcorũ, qui frãcus est à*

iure Romano, & dedignatur legibus subiici, non tamē dedignatur sacros canones imitari. do. Bal. in prima parte cōsilii, quod incipit ego puto. in §. sed uereor. ipse autem portat coronā libertatis, et gloriæ do. Bal. iii. parte, cons. 419. §. & iō. quod consiliū incipit, petita venia flexisq; genubus loquar. Meritò igitur dr̄ Rex regum, ut per do. Card. in cle. i. in princip. de immunita. eccle. li. sexto. hinc est, quòd contra regis Franciæ decorem, id est, prima uexilla inuictißimi regis Francorum, nemo præsumat honorem, ut formaliter inquit Bal. i. consi. ego puto. in princi.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum utrum expiret lapsu trienii. disting.*

2 *Appellatio an sit deserta post lapsum triennii.*

QVAEST. CCXL.

Vtrum expiret cōpromissum per lapsum triennii, & efficiatur desertū? Azo dicit,* q̄ si lis sit cōtestata, expirat per triēnium, si uerò nō est cōtestata, durat usq; ad xxx. ann. *a* l. properandū in princi. C. de iudi. ibi, nō ultra triennii metas post lit. contesta. &c. Sic inducēdo arbitrium ad instar iudicii ē redactum. l. i. ff. de arbitri. sed iudicium sit desertum post litē contesta. lapsu triénii, per dictam l. properandum. ergo & ipsum arbitrium. & cum lite nō contest. iudiciū nō expiret per lapsum triennii, sed duret xxx. annis. l. sicut. C. de præscriptionibus xxx. uel xl. annorum. idem & arbitrium arg. d. l. i. ff. de arbitris. Spe. dicit, q̄ ubi arbitrium factum sine præfinitione temporis, quòd efficitur desertū per lapsum triēnii. aliàs nō. l. i. & l. properādū. alleg. & l. si unus. §. multo. & l. litigato. i. respon. so. ff. de arbitris. de ocio, dicit q̄ ubi pœna ē apposita, expirat p triēniū, secus si sit amicabilis cōpositor. l. nō distinguem⁹. §. multo. ff. de arbitris. recitat Speculator in ti. de arbi. §. differt. uersi. itē. ut [illegible] triēniū. Quid dicendū? puto opinionē Azo. fore ueriorem per iura allegata. Ex quorum doct. opinionib. cū appareat iudiciū & arbitrium parificari, & ita sit, q̄ de iure canonico, iudicium non efficit desertum, per lapsum triēnii. ut c. uenerabilis. extrà de iudi. quod ēt tenet gl. in l. properandum. in prin. allegata. pari ratione & multo fortiori ratione
b arbitrium expirat *b* per talem tēporis lapsū, considerato maximè, quòd hoc expresse iura

iure cautum non reperitur, si cut de iudicio, ut l. properan-
2 dum. * Nunc insurgit q̃ ta- lis, appellans & appellatus fa ciunt compromissum sine tẽ- poris prefinitione, utrum per lapsum triennii compromis- sum sit desertum, & per con- sequens appellatio ipsa deser ta? & credo quòd non, per au then. si tamen. de tempo. app. imò requiritur quòd biẽniũ sit elapsum, postquam arbi- trium fuerit desertum, vt ibi in fi. dicitur, nisi biennium &c. Et ita seruatur.

Xxx. annos.] *Hãc opi. tenet do. Bal. in l. sed et si compromissum. ff. de arbi.*

Nec arbitriũ expirat.] *Istud posset procedere de iur. cano. secus fortè de iure ciuili, cum instantia iudicii perit lapsu triennii. secundum canones, aliter, ut extrà de iu. c. penultimo.*

SVMMARIVM.

1 *Exhibita iudici p̃ animi ĩformatione, dicãtur ne de actis cãę.*
2 *Exhibere, et producere, quid differant.*
3 *Acta causa, si petatur authorũ instrumẽtũ, an debeat concedi.*

QVAEST. CCXLI.

1 AN aliqua exhibita * co a ram iudice per partẽ ad ipsius iudicis animi informationem, sint & dici possint acta & de actis cau
a sæ? credo quòd non, *a* quia ad aliquorum iustificationẽ nõ cẽsent p̃ducta, sed extra formam iudicii pro animi informatione exhibita. quod p̃bat verbum exhibere, in l. ii. ff. ad exhib. ut in l. i. & l. nõ ignorabit. C. eo. tit. Ideò nõ possunt dici acta, neque de actis ipsius processus. c. quoniam contra falsam. extrà de proba. & l. a-
2 cta. ff. de re iudic. Et * in hoc differt uerbũ exhibere, à verbo producere, quod adaptat̃ ad ea, quæ iudicialiter fiunt. vt in d. c. quoniam cõtra falsam. & l. produ. ff. de testibus. Et ita de stylo ẽt seruat hæc curia parlamenti, nec talia dicunt̃ de actis causæ, nisi in causa iudicialiter producan-
3 tur * Sed q̃d de actis, si de parte petatur authorum instrumentum, an debeant cõcedi? dic quòd sic. vt l. emancipationi. C. de instrumen. & l. gesta. de re iu. Sed hæc curia parlamen. hoc non permittit de cõsuetudine in ipsa curia diutius obseruata, quæ consuetudo iudicii est obseruanda. l. fin. in princi. C. de priuilegio scholar. &c.

a Quòd non.] *Vide Bar. in l. i. in i. opposi. ff. de officio procurat. Cæsa. et bene dicit author, q̃ nõ. nã*

acta sunt scripturæ quæ fiũt in iudicio.ff.de re iudic.l.acta. et l. actorum.C.de re iud.l.gesta. Sed ea,q̃ pro animi iudicantis exhibent informatione, non quidem fiũt in iudicio, sed seorsum et ad partẽ ergo etc.uerũ tñ quòd iter acta iudicialia debeant disputationes et allegationes contineri et inseri, dicit Spe.in ti.de dispu. et alleg.in §.porro.in ver.et no.ꝙ inter acta.sed hoc non obseruatur secũdũ Io.An.ut dicit in addi.ad Spe.vbi suprà in ver.Ioan. de Deo.Et ad p̃missa facit, quòd notãdo dicit do.Inn.in c.p tuas in gl.sua ĩ uer.capitulis interrogationẽ autem.extrà de testa.

SVMMARIVM.

1 *Exhibitorum Iudici pro animi sui informatione an copia concedi debeat Iudici.*

2 *Productio instrumenti non intelligibilis, a parte facta, an ualeat.*

QVAEST. CCXLII.

1 SEd an de talib. exhibitis iudici pro * animi sui informatione, debeat cõcedi copia aduersario? ex dictis s̃.in precedenti q. apparet,
a quòd non *a*.quia postquã nõ fuerũt iudicialiter ꝓcura.copia nulli est cõcedẽda.l.i.§.edenda.in fi.ff.de edẽ.à cõtrario sensu.& hoc ibi etiã senti re vñ Bart. in suo summari[o] bene põderato.& ita ét serua[t] stylus dictæ curiæ parlamẽ[ti] p[r]out uidi obseruari xxx. [an]
2 nis ꝓximè lapsis. * Iuxta p[ræ]missa q̃ro, aliquis ꝓducit [in] cã aliquod instrm̃ uel aliud
b quod non est intelligibile vel per quod pars nõ pot [in]strui, an ualeat talis ꝓducti[o]: dic ꝙ nõ: sed talia habẽtur [pro] nõ productis: vt ĩ c.cũ in m[ul]tis.de rescrip.li.vi.ita no.Za barel.in cle.ii.vt lite pendente nihil innouetur &c.

a Apparet quòd non.] *Pote[st] men si uelit, quoniam imò de[bet] copiã cõcedere, quia in his, q[uæ] sunt iuris, spectat ad officium [iu]dicis supplere, quod à partib[us] uel aduocato est omissum, uel [mi]nus.d.l.i.C. ut quæ desunt ad[uo]par.secũdum Spe.in ti.de disp. alle.in.§.si.uer.sed nunqd In[...]*

b Intelligibile.] *Vide q̃ no.i c. [in]ter dilectos.extrà de fide instru.*

SVMMARIVM.

1 *Instrm̃ producẽs in actis cãæ, & postmodũ dicẽs se nolle eo uti, an possit ad ipsius exhibitionẽ.*

QVAEST. CCXLIII.

ALiquis exhibet & producit ĩ actis cau[s]æ ali qđ instrm̃, & ex post retinet, & dicit se nolle uti eo
1 dẽ* utrũ cogi possit ad ipsius exhibi-

exhibitionē?& maximè ꝑ copia aduersario cōcedenda videret, quòd non, per l.i.§.edē da.in fi.ff.de edendo.& ita ibi tenet Azo, a q̄ fuit tuba ueritatis.in gl. posita super uerbo, usurus, sed cōtrariū seruatur in omnib.curiis pn̄tis patriæ de stylo, si is cōtra quem fuit productū, hoc petat &c. Tenet Azo.] *Bal.tamen ibi post summarium dicit, quod secundū ueritatem illius tex.omnia sunt edenda.id est fienda copia parti eorum quæ producuntur, & sic concordaret cum consuetudine curiarum Delph.de substi.in fi. huius quæstionis. Vide quod pro hoc dicit Bal.in l.ii.§.si plura.in ver.ex hoc sequitur.ff. quemadmodū testa. ape.*

SVMMARIVM.

1 *Instrumenti perditio an iuramēto probetur, vbi alia probatio deest.vide & nu. 2.*

3 *Iuramenta de nouo reperta, an probentur iurament o.*

QVAES. CCXLIIII.

Quispiam in causa sua produxit iudicialiter uerbo, quod dam instrumentum. posteà dum pars petit, quòd tale in-
1 strumentum * realiter tradat, dicit talis producens, id à casu perdidisse, & hoc vult iurare, an debeat credi suo iuramento?& credo quòd sic secundum Spec. in tit. de instr. edi. in §. postquam vers. illud quoque notandum. quia tale iuramentum est circa hoc probatio sufficiens. l.fin.§. sinautem dicat non esse sibi possibile &c. ff. de fid. instru. &c. significasti. lo i. iuncta glo posita super verbo, si ita. extrà de homi. Et pro hoc bene facit, quod tenet Bar.in l.si quis depositi. a
2 ff.depositi* ubi dicit, ꝙ protestatio probatur iuramento, licet Bal.ibi dicat. cōtrariū.maximè si talis sit bonæ famæ, q petit iurm̄ deferre.l.non omnes.§.à Barbaris, ff. de re mi. & facit c.nulli.in fi.de elec.li. vi.& ita uidi seruari ĩ hac curia parlamenti . Sed quid de impedimentis, an probentur iuramēto?uide quæ dixi s̄. q. ccv.
3 * Sed an iuramēto probētur instrumēta fuisse de nouo reperta?Bar. ꝙ sic in l. admonendi.ff.de iureiu.& ibi tenet Bar. expressè instrumēta de nouo reperta post cōclusionem in causa sunt per iudicē recipienda.& de hoc dixi suprà quest.cci.

a Bal.in l.si qs depositi.] *Voluit allegare dominum Bart. in l. si quis vel pecunias.in uersi. ult. no.C.depositi.*

SVMMARIVM.

1 *Occultans instrumẽtũ aliàs a se productũ qua pœna puniatur.*

2 *Falsificans acta causę, qualiter puniatur.*

QVAEST. CCXLV.

SI aliquis aliquam partẽ actorũ alicuius causæ p eum productorum, nolit
1 exhibere,* licet eam occultet qualiter debeat puniri? dicendum sibi certum terminũ debere per iudicẽ præfigi, ĩ quo exhibeat, aliàs pronũciari eisdem decætero nullam fidẽ fore adhibendam. ita dicit In-
a nocent.*a* in c. perpetuis. extrà de fide instrumẽto. & clarius
b Bar.*b* ĩ l.i.§.edẽda.ff. de edẽ. vel põt priuari ipsorũ cõmodo, iuxta l.pe.C.de le.qui hoc satis probat, & ista seruat stylus dictæ curiæ parlamẽti Delph.prout uidi tã de tpe, quo ibi practicabã, q̃ postquã fui cõsiliarius ĩ dicta curia. Qua
2 liter* aũt debeat puniri falsificãs acta, vide Bar.in l.i.ff.de his quę n testa.delẽ. & in l.ĩ fraudẽ.§.quoties.ff. de iure fisci.& alle.tex.in c. cùm olim magister.extrà đ offic. deleg.

a Dicit Inn.] *In gl.sua in ver. cõmuni.vbi ponit remedia concernẽtia iudicem aduersus non producentem.*

b Et clarius Bar.] *In uer. pro declarãda.ubi tradit remedia cõpetẽtia parti, cõtra nõ p lucẽtẽ. Et addi.do.Cy.ibi ĩ uer.ulterius q po.et do.Ale.de Imo.ĩ uer.ĩ gl.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex qñ ad sequestrationẽ alicuius rei, uel iuris, uel ad appositionẽ manus curiæ, pcedere possit. uide p discursum. nu. 3.4.& 5.*

6 *Sequestratio necessaria faciens mandatum Iudicis, priuet quem sua possessione.*

QVAEST. CCXLVI.

IVdex non debet, ad sequestrationem alicuius rei, iuris, vł ad oppositionẽ
1 manus* curiæ procedere, ni
2 quatuor cõcurrẽtib.* Primo q sibi saltẽ sũmarie cõstet de iure creditoris, vel alterius sequestrũ apponi petit, vł q in prõptu de iure suo sibi faciat. l. cũ pponas. C. de bo. auth.iud. pos. & ĩ l.si is, à quo
3 circa prĩ.ff.ut ĩ pos.le.* Secũ q uocet debitor vł alius, ĩ c. ius piudiciũ sequestrũ apponi requirit: q a postquã de eius piudicio agit, ipse dẽt uocari. l.is cui.ff.de serui. & l. C.si pp publicã pẽsita. vendi. fuerit celebra.iũcta l.ti.C.si p
4 vim, vł alio mõ.* Tertio q is q sequestrũ petit opponi, hoc faciat ad sui iuris vł debiti cõ[...]

seruationẽ, & nõ cã calumniæ uł ęmulationis. & hoc iurare debet, quod iuramẽtũ sibi debet, à iudice ante omnia deferri. l. de pupillo. §. qui opus. & §. seq. ff. de ope. no. nũ. facit bene l. qui bona. §. pe. & §. fi. ff. de dã. ifec. Quartò * requiritur, ꝙ ex persona debitoris, uł alterius, cõtra quem sequæstrũ fieri requiritur, emineat uel appareat suspicio de qua in l. Imperatores. §. fi. ff. đ ap. & in l. si cũ dotẽ. §. sin autẽ. ff. solut. mat. & in l. sena tusconsul. ff. de offi. præsi. & no. gl. in l. i. C. de prohi. sequestra. pec. & in c. dilectus. extrà, e. ti. in antiquis. Quibus cessantibus nõ debet procedi ad sequestrũ. Vbi autem de uia facti dubitaret, propter partiũ potentiã posset ẽt procedi ad sequestrũ, iuxta l. ęqꝯ simũ. ff. de usufr. & ita etiã in iudiciis obseruatur, & uidi obseruari de anno d. M. cccclix. de mẽse Maii, dũ erã ĩ ciuitate Viẽnæ, pro testib. examinandi super pedagio capituli ecclesiæ Vienen. qđ pedagium tunc reduxi ad manus D. lp. & deputaui tertiũ, q id exigeret sub manu Delp. qa uidebã ꝙ ciues Viẽnæ se ĩsurgebãt uia facti cõtra dños dicti capituli. Et notandum est ẽt circa hæc, ꝙ tales seqstrati-óes de iure, propriè appellãtur banna. ut in d. l. si cum dotem, & §. sinautem. & ĩ iuribus præalleg.
6 * Sed utrum sequestratio necessaria, quæ fit ad mandatum iudicis, priuet quem sua possessione, uide Iac. de butri. & Bar. in l. i. C. de prohi. sequestra. pecu. & eundem Bar. ff. de acquir. pos. l. ĩteresse. qui tenet quod
a non. *a* Et in quibus sit permissa sequestratio, uide glos. & doct. ubi suprà. Et utrum sequestrum mediante cautio-
b ne debeat tolli, *b* uide ibi suprà.

a Tenet ꝙ nõ.] *Idem tenet ipse dom. Barto. in l. licet deponere. ff. de po. adde glo. i. & uer. ecclesiæ. in ca. examinata. extrà de iudic.*

b Mediãte cautione debeat tolli.] *Dic ꝙ sequestrũ cessat et tollitur præstita sufficienti cautione. domi. Bald. in l. i. in uersic. ij. not. C. de ordi. cog. & d. Pan. in c. ii. in iiii. col. uersic. sed nunc quæro. de sequestra. pos. et fruct. & ibi ego dico, ponitur limitatio per eundem dominum Panormi.*

SVMMARIVM.

1 *Papa moriente, an expiret potestas data conseruatoribus.*

2 *Cõseruator, quis dicatur. Et ad quid constituatur.*

QVAES.

QVAEST. CCXLVII.

1 AN papa* moriente expiret potestas conseruatorib. data? dic quod sic, quo ad negotia nōdū cœpta. casus est in c. hac cōstitutione. *a* de offi. deleg. li. vi. officiū aūt &c. & plenè per Io. Fa. inst. māda. ī §. itē si adhuc & istorū cōseruatorū officiū cōsistit quasi in mero imperio. ut dicit Inn. *b* in c. statuimus. extrà de of. del. Sed an officialis possit esse cōseruator? uī quod nō. p ea quæ habent in d. c. hac constitutione. Sed contrarium uidetur per ea, quæ habentur in cle. ii. de rescrip. & ita seruat cōsuetudo.

2 * Sed quis dicat cōseruator, & ad quid constituatur conseruator, & quā potestatē habeāt, & an ipsi habeant iurisdictionem, uide. c. i. extrà de of. dele. & Host. *c* ī c. statutū. e. ti. & quod posuit in litera sua ī fi. ti. de of. dele. in antiquis. Si alicui cōcedat priuilegiū uel frāchesis, an debeat sibi dari cōseruator? uide ī l. præcepit. C. de canoni. largi. ti. li. x. & uide quæ circa tales cōseruatores dixi suprà q. 18.

a Hac constit.] *Et adde ibidē do. Pet. de Anchar. in nono notabi.*

b Vt dicit Inn.] *In ii. col. ī gl. sua in uersi. alii tamen dicunt.*

c Et Host.] *Adde do. Inn. ubi suprà. in prin. statuimus. & Spe. ti. de. iudi. dele. in §. excipi pōt. i uersi. sed nunquid conseruator. & ibi do. Bal. & Ioan. An. in ad. di. eiusdem.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier quomodo cauere debeat pro donario sibi facto a uiro.*

QVAEST. CCXLVIII.

TEstator quidā reliquit uxori suæ * quædā sua bona ad eius uitā dūtaxat pro donario suo uel simpliciter, utrū talis mulier teneat cauere de utēdo fruēdo re sibi legata arbitrio boni uiri, uidelicet quod nullā læsionē ex usu afferret proprietati. *a* Credo quod sic, p l. usufr. C. de usufru. Cauereque ēt teneatur se factură in talibus reb. seu bonis quæ faceret ī re sua, ut in l. i. §. cauere. ff. usufru. quē admodū caueat. nec nō ēt de restituēdo res ipsas hæredi testatoris, post tempus in legato comprehensum. ut l. illud. & ibi casus notabilis. C. de le. sic eā inducēdo. nā ubi res aliquæ allegant ad tēpus, ut puta ad xx. annos, uel quandiu uixerit legatarius, constat legatū esse ualidū, & sequitur quòd impleto tempore legati, quia legatarius moritur, res ipsæ legatæ reuertuntur ad

ad hæredes testatoris.l. quoties.C.de dona. quæ sub mo. l.fi. §. sinaũt sub cõditiõe.C. cõmunia đ le.l.seruo legato. §.si seruũ. & ibi ẽt ꝑ Bar. ff. de le.i.Et ideò pro indemnitate hęredũ ipse legatarius tenetur cautionẽ ꝑstare, ut ad ueniẽte tpe ĩ legato apposito, res legatæ nõ factæ deteriores culpa sua restituant hæredib. ut ibi dicit tex.Ex quo propterea apparet dictã uxorẽ,cui factũ est legatũ ad tẽpus,quãuis in certũ, ut quia quãdiu uixerit.l. si cũ hęres. ff.qñ dies le.ce. & l.post mortẽ.C.de fidcicõ.teneri cautionẽ prædictã præstare, & ita uidi obseruari. Et nota circa hãc mãm, ꝙ nos habem⁹ do tẽ,b donationẽ ꝑꝑ nuptias,c dotalitiũ, d donationẽ simplicẽ,doariũ,& bona parafernalia.e De dotalitio & q̃d significet,idẽ de doario, & q̃d significet,uide in c.pleruq;. ex̃ de dona.inter uir.& uxor. per gl.& in c.nup.extrà eo.ꝑ Ioã.And.& Host.de aliis uerò dic.ut in l.fin.C.de do.ante nup.& in l.fin. C. de pact. conuentis &c.

a Quòd sic.] *Quinetiã hmõi cautionem nõ potest testator remittere do.Bal.in authen. cui quid relictum.in uersi.not.quòd testator.C. de indi.uidui. tollen.l.i. & do.Bar.& Bal.C.de usufruc. et per docto.in l. nemo potest.ff. de lega.*

b Habemus dotẽ.] *Quid sit dos, do.Bart.in rub.ff.sol.mat.& q̃d dicitur ius uniuersale, ibidem traditur per eundem Barto. & docto.*

c Donationẽ ꝑpter nuptias.] *Est enim donatio ꝑpter nup. id quidẽ,quod spõsus sponsæ donat. quãdo ab ea dotẽ recipit.c. nuper.extrà de dona. inter uirũ et uxor.& ibi dom.Gofre.in sum. & per do.Azo.in summa. de donation.ante nup.*

d Dotalitiũ,id est, donatio propter nupt.] *c.plerunque.ti.p̃ale.in gl.uersi.dotalitium. & in c.ex parte. extrà de for.compe. ĩ gl.super uers.dotalitii.ubi aũt sponsus aliam donationem facit sponsæ, uocatur sponsalitia largitas,ut per Gof.in tit.iam dicto.de dona. inter ui. & uxor. in §.Est aũt sciendnm quòd quæstio iuxta instrm cõcipitur.uide Specu.eodem titul. in uersic.in sponsalitia autem largitate.*

e Et bona paraphernalia.] *Dicũtur bona paraphernalia,quæ uxor habet extra dotem,quorum administratio sit data uiro exꝑsse uel tacite per cõsignationẽ ĩstrumẽtorũ.do.Bar.in l.maritus in i. opinio. C. de procuratori. & domi.Bald.in l.fina. iuncta glo.in uersic.usuras.C.de pact.* con-

cõuentis. et require ff. de iure dotium. l. si ego. §. dotis. & l. super dote. et l. hac lege. C. de pact. conuẽ. et nota. eod. tit. in gl. rub. & in authẽ. de exhibendis reis. §. fin. col. v.

SVMMARIVM.

I *Cautio de donario facto mulieri à uiro, an debeat præstari cũ fideiußoribus.*

QVAEST. CCXLIX.

I VTtrũ cautio, de qua s. i pcedẽti qõne * fit mẽtio debet præstari
a cũ fideiussoribus? *a* dic quòd sic, quia uerbũ cautio, à lege prolatũ, intelligitur cũ fideiussoribus, secundũ Pe. Ia. & Cy. & est tex. in l. si creditores. ff. de priui. credi. & l. uniuer. C. de preci. Impera. oft. aliàs esset frustratoriũ remediũ illi⁹ legis, si de nuda cautione intelligeretur, cũ solũ haberet obligatum, quem p prius habebat, ut ibi not. per Bar. & doc. licet gl. aliter dicat, in l. sancimus. C. de uerb. sig. & male idẽ in l. in omnibus. C. de iudi. & in l. de di. in pri. ff. de cõd. ob. cau. & quæ sit ratio. uide ibidem per eos. Hoc idẽ probatur in l. Archimedorã. C. ut in pos. leg. cõsiderato iure de toto, quoad totũ, idẽ iuris est de parte, quo ad partem. l. qui de tota. ff. de rei uen. idẽ probatur in l. iubemus. §. i. C. ad Treb. nã cũ ibi sit speciale, in contrarium est ius cõmune. idẽ in l. hac edictali. §. is illud. C. de sec. nu. Preterea l. in omnibus. de iud. & l. si fideiussor. §. fi. ff. q satisd. cog. dicũt, quòd causa cognita iudex cautioné præstare faciet. Sed quæ erit cã hoc colligi potest, si in manu forti uel aduersarii res poneretur, uel ex aliis causis tactis in d. §. fi. & authẽ. matri & auiæ. C. quando mulier tutelæ of. fun. pot. uel in materia l. i. C. ubi pup. edu. debeat. Et ista uidi determinari &c.

a Fideiussoribus.] *Et quòd huiusmodi cautio debeat præstari cũ fideiuss. apertè uidetur uelle ai. Bald. C. de usufru. l. i. in uer. ... not. Et in uer. iuxta hoc.*

SVM MARIVM.

I *Cautio iuratoria an sufficiat, si non possit idonea præstari.*

QVAEST. CCL.

I SEd si non* potest idoneã cautionem prestare, an sufficiat iuratoria cau. gl. dicit quòd non, in l. usufr. C. de usufruct. Pe. & Cy. ibidem tenent contra glo. Guil. de Cuni. dicit, quòd illo casu committi debet alicui bono

uiro,

uiro, qui de cõmoditate fructuum sibi respondeat. l. post quam. §. Imperator. ff. ut in pos. leg. uel fideicõ. cuius opi. ibi sequitur Barto. si persona sit suspecta, aliàs si non suspecta, ipse sequtur opi. Pe. & Cy. in dubio, & propter inconuenientiã quę patent. sed si res aduersario traderetur, uel ad manus inimici trãferetur, & ita secundũ opi. Guil. de Cu. uidi determinari, uł posse dari alia prouisio, iuxta declarationem positam in l. hac edictali. in §. his illud. uers. certè. C. de se. nupti. Et de hac materia an sufficiat iuratoria cautio tetigi s̃. q. 189.

SVMMARIVM.

1 *Verba, quòd hæres meus portet nomen & arma mea, an importent conditionem.*

QVAEST. CCLI.

TEstator præcepit & ordinauit, ꝙ Titi⁹ cognomen & arma eiusdem testatoris habeat, & recipiat,
1 & sit hęres eius: * hæc uerba an importent cõditionẽ uel modũ? Et breuiter credo ꝙ cõditionẽ, & de hoc uidetur casus, ĩ l. mulier. §. si quis hæreditariũ seruũ. ff. de cõdi. in sti. ubi hæc uerba, iussus est manumittere, & hæres, esse ĩ portant conditionem, & sequitur effectus, ꝙ Titius conditioné adimplere debet antè, quã hæres esse posit, sicut dicitur in materia conditionis. Et ita practicaui, dum in officio aduocationis existerẽ in causa dom. Bertachi. & Pe. de theysio fratrũ cõtra dominum Chalãconis, ubi agebatur de hæreditate domini Ioã. Leuzonis militis, qui instituit dictos de theysio, & ordinauit quòd ipsi portarét eius cognomen & arma, prout & fecerunt, & ex post nũcupati fuerunt Leuzonis, aliàs de theysio, & uidi expost in curia parlamenti ita determinari.

SVMMARIVM.

ior pars patrimonii Baron
Bannaretorum, & aliorum
nobilium pñtis patriæ cons
stunt in censibus, & redit
quos si probare nõ possent
cognitiones simplices, sequ
ret̃ eorum totalis exhæred-
4 tio * Sed utrũ ex sola recog
5 tione quis efficiat̃ homo al
rius, tex. ꝙ nõ, in l. cũ scimus
C. de agri. & censi. li. xi. Et u
de quæ dixi ĩ. q. cccxv.

a Ex recognitione.] *An domi directum per unicam recognitio nẽ probetur, uide istũ cons. 14 incip. consi. pro reuerendo. nu. uersi. ad primum quæsitum.*

b Bal.] *In uersi. hic est casus. ad d. Bar. in l. rura. C. de omni agro deser. lib. xi.*

c Non transferatur dominiũ.] *Hoc uerum, nisi secuta sit præs tio pensionis seu census, quia transit dominiũ, per ea, quæ sc bit dom. Bar. in l. cum scimus. C. de agri. & censit. lib. xi.*

d Inducitur probatio dominii.] *Istud putarem uerum, quando sunt duæ recognitiones, uel unica, uallata tamen stipulatione uel approbata solutione cautionis, ut colligitur ex scriptis & not. per d. Barto. in præalleg. l. cum scimus.*

e In cõfessione extraiudiciali.]

Nam

Nam cõfessio extraiudicialis, ꝓdest quantum ad probationẽ, q̃ dominiũ directũ præsumetur esse filii, cui facta fuit recognitio, donec ꝓbetur cõtrariũ. ita formaliter sentire vr̃. do. Bar. in l. cum falsa. in uersi. quid si confiteor. C. de iuris & facti igno.

SVMMARIVM.

1 *Cessio debiti facta per unum de cognatione, alicui studenti, an valeat.*

QVAEST. CCLXXIII.

VTrũ cessio debiti facta ꝑ unũ* de cognatione *a* alicui studẽti ualeat? Credo quòd sic. & est ratio, q̃a qñ duæ rationes simul cõcurrunt, quarum una prodest, & alia nõ, sed attẽdimus illã, quæ prodest. l. si q̃s. ff. de acquiren. poss. l. merito. ff. pro socio. Sed sic est in proposito igit̃, &c. Itẽ, quia cognitio omnẽ suspicionẽ cessare facit. l. iii. C. de diuortiis. Idẽ, si esset facta ab extraneo dum tamẽ iuraret eam nõ facere i fraudem. l. fi. C. ad l. Iuliam repet. & uide Cy. in l. q̃ stipendia. C. de procura. Sed hæc curia parlamenti, hoc nõ permittit, prout uidi, quia cũ studentes regulariter sint priuilegiati, talis cessio uĩ fraudulẽta, *b* & facta in potẽtiorẽ rõne priuilegii, & sic nulla. l. i. cũ mä. C. ne lice. potẽt. Et uide de hac mä cessionis, *c* quæ dixi in tractatu meo. de præsumptionibus. in §. in contractu cessionis. &c. & Bar. in l. facta. §. si hæres. ff. ad Trebell.

a De cognatione.] *Vide Spe. ii. parte ti. de ces. act. §. i. uersi. sed nunc ratione cõsanguinitatis. et ibi in additio. do. Ioan. And.*

b Vidẽtur fraudulẽta.] *Bene facit, quod dicit Spe. ubi supra de ces. ac. in uersi. iiii. præsumitur simulata. & do. Bal. in l. qui stipẽdia. C. de procur.*

c De mä cessionis.] *Plenius uideas Spe. ĩ ꝑalleg. ti. de ces. act.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias, an possit peti dote non soluta.*

2 *Statuto stãte, quod uir mortua uxore lucretur dotem uel certam partem dotis datæ, an locum habeat in dote, nõ soluta.*

QVAES. CCLXXIIII.

IN contractu matrimonii uir uxori in dotis augmento propter nuptias & contemplatione matrimonii, donauit centũ florenos, de quibus possit ad eius uoluntatem facere soluit̃ in matrimoniũ morte uiri, uel mulieris. reperit̃ ꝗ dos non fuit soluta. vel ꝗ pars dotis tan-

1 tummodo fuit soluta.* Nunquid mulier habere dēt augmētū dotis? dic ꝙ nō, nisi dos fuerit soluta. Et si pars fuerit soluta de augmento habebit, pro rata dotis solutæ. Casus ē in authen. de non eligendo secundo nuben. §. pe. qui incipit illudq;. collatio. i. Et transumptiuè ī authē. sed q̄ nihil. C. đ pac. conuen. super dote uel donatione propter nuptias. Et si opponatur de iuramēto, ꝙ in contractibus præstari consueuit, respondetur ꝙ in tali iuramēto inest tacita cōditio, si dos fuerit soluta. sicut ꝓbat dictus §. illud & ꝓ hoc l. fi. C. de non nu. pe. & l. fi. ff. qui satisd. cog. iō dicit Inn. in c. quē
a admodum *a*. extrà de iureiu. ꝙ ī quolibet iurō insunt sex cōtradictiones. & est quintū, si promissum seruetur. Et quia isto casu promissum nō est seruatum, quia dos non fuit soluta, iō iurm non obstat. idem vr̄ dicere Bart. in d. l. fin. C. de non nume. pecu. Nec ad tale ius quod partes ignorant, porrigitur iuramentum, neque etiam renuntiatio, si generaliter fiat. d. l. fi. C. de nō nu. pec. iūcta. l. mater. ff. de inoff. testa. Attento ꝙ in renunciatione ad hoc quod ualeat, debēt partes certiorari. in auth. qūo oporteat, ep. & c. cler. ad ordines perduci. §. si igit̄. gl. super uerbo, interroget. col. ii. facit l. itē apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. Quæ enim generaliter fiūt, nisi specialiter notentur, uidētur quasi ne-
b glecta. *b* ut ibi habet̄. non o. c. qui ad agēdum. de procu. li. vi. q a ;ibi speciale iudicium. Et p̄missa de iure procedunt, nisi maritus renūciet dictæ authen. sed quæ nihil faciendo pactū, ꝙ donatio soluat̄ dote soluta, uel nō soluta, quòd pactū seruaret̄. l. i. §. ꝓculdubio. C. de rei uxo. act. & l. fi. §. illa pacta cōtra dicta seruari oportet. C. de dona. ante nupt. Et ita ī iudicādo seruat̄ ī hac curia parlamē. Sed quid si pēdētè termino maritus morit̄, & sic nō recuperauit dotē, an uxor lucrabitur donationē ꝓpter nuptias? uide quæ dixi j. q.
a 429. * Sed quid si statuto caueat̄, quòd mortua uxore uir lucretur dotem uel certā partē dotis datæ an locū habeat in dote nō soluta? uide Bar. in l. iubemus. C. de sac. sanct. ecclē. & Sal. in l. si cōstante. C. de dona. ante nupt. Cy. in l. quod in uxorē. C. de nego. gest. quē ibi sequit̄ Bart. qui dn̄t, quòd si pr̄ filiæ nō soluat marito dotē terminis promissis, ꝙ maritus nō tenet̄ eam alimentare, quia deceptis & non decipientibus

tibus iura subueniũt. De Doario & Dotalitio, quid significent, tetigi s̃. q. 248. in fi. in l. ii. ibi, nullus ad id &c. C. de bo. quæ libe. probat̃ quod sicut dos à patre profecta, ad patré reuertitur. sic ẽt donatio pp nuptias à patre profecta, ad patrem reuertit̃. & hoc ẽt probatur in l. fi. circa prin. C. cõmunia utriusq; iudi. qua dote seu donatiõe propter nuptias reuersa, quis inde sequat̃ effectus? dic ut in d. l. ñ. quæ ẽ singularis, nec est alibi, ut ibi dicit Bar. quod no. & tene méti, quia pauci aduertũt, & tñ sæpe cõtingit in facto. De materia augmẽti dotis, uide quæ scipsi ĩ. q. 363. Quid si in contractu matrimonii nõ fiat donatio propter nuptias, sed pro & nomine superuitæ, prout communiter fieri consueuit, in hac patria Delphinali, an debeatur ipsa superuita, dote non soluta? uide quæ plenè dixi ĩ. q. cccclxv. &c.

2 Inn. in c. quemad.] *Videlicet in princi. in sua glo. in uer. conditio, ubi dicit in iuramento fore subintelligendas sex conditiones, ut saluo iure alterius, et authoritate superioris, si Deo placuerit, item, si res in eodem statu permanserit, item, si seruetur mihi promissum, item, quod non præcipiatur contra ius.*

b Quasi neglecta.] *Adde bene facere dictum Bal. in rub. C. qui admitti. col. iii. uer. in contrarium. ubi inter cætera dicit, quòd ignorans nõ intelligitur præstare præsentiã nec consensum. alleg. l. coram. ff. de uerbo. signi. l. diem proferre. §. corã. ff. de arbi. & l. hæredes palã. §. in testamẽtis. ĩ uer. certiorentur. ff. de testamen.*

SVMMARIVM.

1 *Grationopolitani ciues, an possint se submittere Curiæ Parlamenti Delphinal.*
2 *Citatio est actus iurisdictionis.*
3 *Vasallus iurisdictionẽ alterius prorogare nõ potest, sine uoluntate domini sui.*
4 *Exceptiones, dilatoriæ post litis contestationem opponi non possint. limita. nu. 5.*

QVAEST. CCLXXV.

1 VTrum ciues* præsentis ciuitatis Grationopolis possint se submittere dictæ uenerabili curiæ parlamẽti. Et an submissi possint in eadẽ curia conueniri, & cõuenti condẽnari? Pro cuius quæsiti determinatione præmitto, ꝙ de anno domini M. cccxliiii. & die tertia mensis Iunii fuerunt pacta & trãsactiones initæ inter R. ĩ Xp̃o patré do. Io. tunc episcopum Grationop. nomine suo, &

ecclesiæ suæ, ex una parte, & illustrem dominum Humbertum Delph. Viennensem &c. in quibus pactionibus subiungit͂ clausula sequẽs. Excepto ꝙ ciues etiam & incolæ & habitatores in eadẽ ciuitate, & territorio, nullatenus posſint per curias ꝑdictas Delph. nec aliquẽ earundem seu quoscũque iudices seu familiares aliquarũ ipsarũ curiarũ, ex quauis cã criminali vł ciuili, cõntractu uł quasi, delicto vł quasi, vbicunq; commiſsis cõtractis, aut initis, citari, vel cõueniri, puniri, condẽnari, uel capi, aut incarcerari, nec aliquã iurisdictionẽ seu quencũque actũ iurisdictionis uel executionis posſint ibidẽ curiæ Delphi. seu earũ officiarii ĩ dictos ciues & incolas & habitatores dictæ ciuitatis & eius territorii aliqualiter exercere, nec in quascũque personas ibidẽ delinquẽtes, uel cõtrahentes suꝑ dictis criminib. aut cõtractib. ibidẽ cõmiſsis, uel initis, posſint actũ aliquẽ iurisdictionis exercere officiales iudices uel familiares Delphinales ꝑdicti. sed per curiã, iurisdictionẽ cõem &c. Quæ pactiones inter dictas partes fuerũt iuramẽto, & aliis debitis & necesſariis promiſsionibus roboratæ. Quibus sic præmiſsis, tria principaliter apparent, & colliguntur, scilicet ꝙ dicti ciues Grationop. nõ possunt, quouismodo in dicta curia parlamẽti. Delph. citari nec conueniri, ut patet ibi dũ dicitur, ci-
2 tari uł cõueniri. Et ratio,* quia citatio est actus iurisdictionis l. cũ clericus. & l. oẽs. §. si uero apparitor. C. de epi. & cler. l. ii. ff. de in ius uoc. faciũt no. per Bar. in l. extra territoriũ. ff. de iur. om. iudi. authẽ. offerat. C. de lit. contest. in §. fi. insti. de pœ. te. lit. Iõ ille actus iurisdictionis per dictam curiã parlamẽti fieri prohibet͂ ibi, Nec aliquã iurisdictionẽ seu quẽcunque actũ iurisdictionis, uł executionis, posſint ibidẽ &c. Secũdò, ex dicta clausula pactionũ colligitur, quòd dicti ciues Gration. corã dicta curia parlamenti citati uel cõuenti de facto nõ pñt confesſi, uel conuicti, condemnari, ut sonant dicta, uel clausulæ. ibi, puniri, vel cõdemnari. Ratio, quia condemnare aliquẽ est actus iurisdictionis, & iurisdictionem importat. l. i. & ff. d̄ iurisdictione om. iud. & l. i. C. eo. hoc est apparet ex diffinitione iurisdictionis, q̃ sic diffinit͂ ꝑ Accur. in d. l. i. Iurisdictio, est potestas de publico introducta, cum necesſitate ius dicẽdi, & equitatis statuendæ. facit l. ex qua

qua re.ff.de iudiciis, q actus iurisdictionis inter dictos ciues & in dicta ciuitate & eius territorio expresso prohibetur.ibi, puniri uel cōdemnari puniri, habēdo respectum ad causas criminales, & condemnari, habendo respectum ad causas ciuiles, ſm quod in simili habetur in l. causas & lites.C.de transactio. & l.i.ff. de testibus. Ex quib.infertur iurisdictio huius curia parlamenti per dictos ciues rōne contractus uel quasi, in eadē ciuitate & territorio eiusdē initi per litis contestationē, & si tacitè prorogari nō pōt, saltem cū effectu.Rō, quia cū ipsi citati confessi & cōuicti non possint, nec debeant ibi cōdemnari, ut patet ex pmissis, sequitur, q nec iurisdictio nē per litem cōtestatam possunt prorogare, cùm nulla cōdemnatio inde possit neq; debeat sequi, quæ condemnatio locū habet lite contestata, & non antè.l.is qui obtulit.ff.d rei uen. Et facit quod not. in l.si à te.§.si quis fundū. ff. de excep.rei iud.cū ante litis cōtestationē quis nō dicatur agere uel agere uelle.l.hoc amplius.ff.rem ratā haberi.imò nec litem aliquā possunt dicti ciues corā parlamēto contestari, per quam deueniatur ad cōdēnationē, quia cū prohibetur condēnatio (ut patet ex dictis) omne illud per qd deuenitur & deueniri potest ad condēnationē, censetur esse prohibitum. a l. oratio. ff. de sponsa.l.cū lex. ff.de fideiuss.& c.cū quis.de reg.iuris. Et maximè, ubi eadē cā prohibitionis in actu per quē, & in actu ad quē deuenitur durat & reperitur, sicut hic, durat & reperit cū eadē cā prohibitionis, quæ est in cōtestatione litis, eadē reperit post litis cōtestationē, & in cōdēnatione. ideò prohibita cōdēnatione.litis cōtestatio censetur prohibita. Et sic meritò prorogatio iurisdictionis, q per eandem fit mediantibus quibus ad ipsam deuenitur, per iura s.alle.faciunt no.per Dyn.in d.c.cū quis. hoc etiā magis corroborat ex fine dictarū pactionū, dum in eis dicitur ibi, nullo tēpore cōtrauenire directè uel p obliquū &c.Et quibus uerbis iunctis aliis in prima clausula insertis, uidetur prohibit⁹ actus qcunq; iurisdictionis, qui in ipsos ciues posset exerceri p dictā curiā parlamenti directè, hoc est per prorogationē expressam, uel obliquā, hoc est, per prorogationem, tacitam, quæ fit per litis contesta-

tioné.aliàs dicta uerba de nullo operarétur,quod nõ est dicédũ. Ad quæ bene facit c.i. đ clericiis cõiugatis.li.vi.ubi clerici cõiugati cũ unica uirgine pro delictis uel excessibus ab eisdé cõmissis, trahi non possunt criminaliter aut ciuiliter ad iudiciũ seculare, nec ab ipsis iudicibus cõdénari,ne per unã uiã concedatur iudicibus,quod per aliã denegatur eisdé.Sic idé in proposito actus iurisdictionis una uia,hoc est prorogatione tacita ꝑ litis contestationé facta, nõ dét per ipsum parlamétũ in ciues huius ciuitatis exerceri,cui alia uia,hoc est,citationis cõuétione aut cõdénatione denegatur expressè, ut patet ex præmissis. facit ét l. scire oportet.§.si mater.& de tu. & cura. da. ab his. Tertiò colligiẽ ex dictis pactionib⁹, ꝙ parlamétũ Delph.uŕ reddi iudex incõpetés quoad ciues huius ciuitatis,ét prorogatione in ipsum tacitè ꝑ litis cõtestationé facta.Et est rõ, qa uerba ꝓhibitoria dictæ clausulæ relata ad dictũ perlamétũ,ꝓferũtur negatiuè.ibi,nullaten⁹ possint ꝑ curias prædictas aut aliquã earũ seu quoscũq; iudices,citari,& ꝑꝑ qđ oĩs actus iurisdictionis qualitercunq: sequatur, céseẽ idé

prohibitus.l.ii.in prin.& §.i. ff.ne q̃d ĩ loco publico. iũcta l.nõ dubiũ.C.de l.g.& l.i.C. ne fideius. do.détur,& ꝙ ibi no.ꝑ gl.& Bar. cui ét derogare uŕ nũciaŕ nõ pñt ciues & i colæ huius ciuitatis Gration. 3 ẜm qđ in simili dŕ * in uasallo,q̃ iurisdictioné alterius ꝓrogare nõ põt sine uolũtate dñi sui,ut no. per gl.in l.i.ff. đ iudiciis.& ꝑ Inn.in c.inter quatuor.de maio.& ob.Itéẽ pro eo, quia dicta uerba prohibitoria ꝓferũtur negatiuè, ẜm qđ ĩ siñ dŕ,ĩ lege uŕ statuto ꝓhibéte aliq̃d fieri negatiuè,cui nõ põt renunciari. ut no. ꝑ gl.ĩ d.l.i.ĩ fi.C.ne fideius.do.détur.Et si iurisdictio iudicũ Delph.nõ põt ꝑ ciues huius ciuitatis prorogari,sicut nec aliqua iurisdictio ꝓhibita prorogari.l.ii.§.sed si iudex.ibi ,nisi specialiter.ff.đ iudiciis.& faciũt no.per Inn. in ca.de causis.de offi. deleg. Quæ iura hic locũ sibi uendicãt,cũ dictæ pactiones legis effectũ quo ad ipsas partes,habere césenẽ.l.i.§.si nõ couenerit.ff.depos.l.si unus.§.prætor b ait.*b* ff.de pac. & id per pactũ fieri põt,qđ ꝑ legé.l.nõ ipossibile. & ibi no.ff.de pac.ĩ rub. 4 C.de decre.đ curio.li.xi.*Sed an dicta exceptio fori declinatoria poterit per ciué uel in-

co-

colā Grationo.opponi poſt li tis cōteſtationē ſuř, ꝙ nō, q̄a exceptiōes declinatoriæ poſt litis cōteſtationē opponi nō poſſunt.l.fi.C.de excep. perē ptorias.cū ibi no.C.ſen.reſci. nō poſ.Sed hoc* eſt uerū,niſi ſint pacto uel cōuētione coar ctatæ ſeu alteratæ, quia tunc poſt litis cōteſtationē pn̄t op poni.ar.in l. qui futurū.ff.de pac.& l.cōmiſſoriæ.C.đ pac. iter emp.& ué.,ꝑpt ī caſu no ſtro uigore dictorū pactorū, iuxta præmiſſa. Et audiui tē porib.meis ego Guido, ꝙ in quadā cā tūc uertēte in dicto parlamēto,ꝙ cōſiliū Delph. tunc appellabař inter arctā- dū armueti ciuē Grationo.& Claudiū garcini in curia par lamenti cām inchoatā,inter dictas partes,ēt lite cōteſtata fuit cā ipſa remiſſa iudici cō muni hui⁹ ciuitatis per dños Iac.gelu.Io. generū. Guliel. gelinū, & Siſredum Tholo. tunc cōſiliarios in dicto cōſi. Delph.& recepit ſniam Pet. chāterelli quondā tunc ſecre tarius Delph.ī dicto cōſilio, ꝙ nunc appellatur parlamēti Delphina. & hoc etiā ſcripſi infrà queſtio.562.

2 Cenſetur prohibitū.] *Adde q̄ leguntur & notantur in c.nam cōcupiſcentiam.de conſti.& in c.cum quid.de reg.iur.in vi.*

b L.ſi un°.§.prætor ait.] *Voluit all.l.iuriſgētiū.§.p̄tor ait pacta.*

SVMMARIVM.

1 *Citatus corā diuerſis Iudicibus, eadem die, coram quo debeat comparere.*

QVAEST. CCLXXVI.

AN citatus in dicta curia parlamēti Delph. 1 * & ī foro epiſcopali, & ibi cōparet,an ī curia Parlamēti ubi nō cōparet,đbeat cōtumax reputari ? uř quòd nō,q̄a prīcipes tp̄ales ſubsūt 2 epiſcopo,*a* quo ad cēſurā eccleſiaſticā,ut no.Inn.ī c.ī. ex̃ de offi.ordi. & ſic maior epiſcopus uř.attamē dicit Inn.in c.cū parti.ibi, nos credimus, &c.de app.ꝙ citatus à rege,debet ei honorē in cōparēdo exhibere magis,q̄ epiſcopo.Sed Papa ab omnibus honorari dēt,quia Papę eſt obediēdū. Et citatio Papę excuſat nō cōparētes alibi,niſi ꝓcurauerit ſe citari,ut ibidē dicit Inno.

a Subſunt Epiſcopo.] *Vide d. Pan.in c.ſolitæ.in prin.et ī uer. not.vii.& in uer. no. ibi duas. extrà de maio.& obed.*

SVMMARIVM.

1 *Opinio doctorum, an releuet ab expenſis.*

2 *Gl.opinio in iudicando, quando ſequenda.*

QVAEST.

QVAES. CCLXXVII.

OPinio doctoris releuat
a ab expensis, *a* s*m* Hen
ricũ Bohic in c. sacro.
§.uerũ.extrà de sententia ex
communicat.& Franciscũ de
Zabarellis in cle.ii.de magi-
stris.dicit Bar.in l.qui solidũ.
§.etiã.ff.de legat.ii.& ita uidi
pluries obseruari in hac cu-
1 ria parlamenti,cũ opinio* do
ctoris sit etiã probabilis. ut
no.ĩ l.i.C.de legibus. tamen
in iudicando respectu nego-
tii principalis,ubi sunt uariæ
opiniones doctorum,commu
nior opinio est tenenda & in
sequenda.l.scire oportet. §.il
lud.eum §.sequenti.ff.de ex-
cus.tut.in cl.i.in fin. extrà de
sum.trini.& fide catho.Idem
tenet Petr.Iaco.in tit.de com
pendiosa substitutione. circa
fi.Idẽ Ioã.Fa.in prooemio in
b stitu.in c.fi.*b* ibi, hoc hortor.
idem Cy.in l. i. C. de acti. &
oblig.dicit tamen.Iac. butri.
2 ꝙ gl.est* insequenda in iudi-
cãdo,qñ gl.est approbata per
aliquos alios famosos docto.
ubi dicit ipse in l.ii. C.q pro
sua iurisdictione. Sed in iudi
cando hæc curia parlamenti
non seruat dictum Iac.butr.
quia quandoque iudicat con
tra glos. licet habeat docto.
eam approbantes, sed sequi-
tur ipsa curia magis æquã op
nionẽ,prout æquũ uidetur
endum.Sed quid si super un
processu sint diuersæ opinio
nes,& iudex eligat unã, lic
malam,quam in sua senten
tia exprimat,an sentẽtia e
nulla.dic ꝙ non, secundu
Bar.in l.qui Romæ.§.duo f
tres.in vi. oppo.ff. de uerbo
obligatio.

a Opinio doctoris releuat
expẽsis.] *Adde d.Bar.ĩ l.i bon
rũ.ff.de bo.pos.do.Bald.in aut
genera.iij.col. in uer.ex præd
ctis apparet.C.de episc.& de
Alex.in l.iuris qui admi.ad
pos.poßunt.et d.Car. in clem.
nimis absurdum.iiii. col.in ue
quartò quæro. ibi addũt aliq
xi.priuilegium de magistris
no.in c. ut debitus honor. extra
de appel.Et istud intellige uer
nisi talis opinio sit reprobata
muniter ab aliis doct.do.Car.
cle.ii.in prin.de ele.uide etiã
prædicta l.iii.§.si rem.ff.de leg.
iii.& ibi docto.& l. properan.
dũ.§.si autẽ.& ibi do.Bal.ff. de
iudi.& do. Bar.in l.si quis imp
ciatus.ff.deposi. et uide ad mat
riam supra q. 101. in §.præte
reà.in uersi.si fuerunt. tamen.
& do. Alex.in addi.ad do. Bar.
in præallega.l.in bo.*

b Io.Fab.in prooe.in lt.i ca.fin.]
*Voluit allegare domi.Io.Fab.in
præludio suorum commẽtariorũ*

in ii.

in ii.col.in §. item est attenden dus.in uer.hoc hortor, quod non sis opinionum inuentor. et uide quod no.de offic.præfect.præt.l. i.§.his cunabulis. et l.ii.in fin. de cust.reo. De hoc etiam tetigi].q.463.quia tunc non recordabar, hic scripsi, etc.

SVMMARIVM.

1 *Homo an possit se obligare ad pugni amputationem.*

2 *Membrorum suorum dominus nemo est.*

QVAEST. CCLXXVIII.

1 AN homo* posit se obligare ad pugni amputationem, ut ecce quidã delatus promisit & iurauit confiteri ueritatem, & casu quo cõtrarium reperiretur, uoluit quòd pugnus sibi amputaretur, uel manus abscindatur, reperitur quòd nõ fuit cõfessus ueritatem, nũqd debet sibi pugnus amputari?
2 Credo ꝙ nõ, *a* pro * eo, quòd
2 ipse talẽ obligationẽ facere non potuit, cũ ipse nõ sit dominus membrorũ suorũ.l.liber homo.la i.ff. ad legẽ Aquil.iuncta l.ii. & l.iii. C. si res aliena pig.data sit.& facit l.si quis.§.fin.ff.de pe.l.omne delictũ.§.pe. ff.de re mili. & audiui, ꝙ aliàs casus euenit ĩ personam Franc. Petilionis, ciuis quondam Grationop. qui talẽ fecerat submisionẽ.
a Credo quòd non.] *Facit: quia talis obligatio uĩ esse contra bonos mores, et sic nõ ualet.c.fi. extrà de pact.ct si foret iurata, ut in regula, non est obligatoriũ de regu.iur.in vi. quod enim fit cõtra bonos mores, non arctat. Patet quia talis dicitur homicida sui, et Dei conditioni inimicus. ut l.v.§.si quis absciderit.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra homines alicuius ciuitatis, an noceat eorum successoribus.*

QVAEST. CCLXXIX.

a SEntẽtia *a* lata reperitur, cẽtum anni sunt, elapsi
1 cõtra habitatores * alicuius castri uel loci, pro domino talis castri uł loci. Nũc dñs modernus uult se iuuare tali sñia contra habitatores modernos, qui dicũt quòd nõ sunt hæredes prædecessorum habitãtiũ, nec eorũ bonis successerunt, iõ talis sñia eis obesse non dẽt tanquã res inter alios iudicata. l. secunda, tertia, & fi. C. quib. res iudicata non nocet. Contrarium
b credo, *b* quod licet prędecessores decesserint, successores repræsentant defunctos, & faciunt eũdem populum, sic quòd

quòd populus modernus censetur idē populos. textus notabilis in l. proponebatur. circa medium, ff. de iudiciis.

c Quod facit pro quæ.c quā habuerūt dñi Decanus & capitulū beatæ Mariæ Grationo. contra homines herbesii ad cām decimarū, qui dicebant sñiam cōtra homines Herbesii latā anno M.ccccvii.eisdē obesse nō debere, cū non sint hæredes nominatorū in sñia, quia imo nocet, cum moderni faciāt eundem populum, & defunctos repræsentant, & fuit cōclusum & sñiatum in hac curia parlamenti de anno proximè lapso currente domini, M.ccccl viii. An sententia lata contra unum ex mercatoribus, super solutione pedagii, noceat alii? uide infra q.559.

a Sententia.] *Tu uide de hoc quæsito istū, consil.clxxi.incipiē. circa materiam.nu.iiii.uersi. sicut & licet alii condelati.*

b Contrariū credo.] *Pro hac opinione fortiter facit tex. in l.sicut municipij.in §.in decurionibus.ff.quod cuius.uni.no.& ibi d.Bal. qui hanc q̄onē format in terminis.in uer.in text.ibi, sunt ergo, iuncto uer.idem dicen.*

c Pro quæstione.] *Hanc quæstionē formaliter tangit & decidit ubi supra.*

SVMMARIVM.

1 *Spurio possit ne quid relinqui patre.*

2 *Liberi q̄liter succedant parētib.*

3 *Spurij an succedāt matri, si mu sit illustris.*

QVAEST. CCLXXX

TItius cōiugatus ex muliere soluta, unum habuit filium masculū cui in testō quoddā castrum

1 legauit,* morit̄ testator sine liberis naturalibus & legitimis fratre suo hærede uniuersali instituto, utrum talis fi-

a lius dici debeat spurius ita credo q sic, ut ponit Bar. in l. ff.de his quib. ut indig. Sed an poterit & debeat habere dictum castrū sibi legatū? ut

b q b nō. & de hoc est casus in ca.tāta est.ex̄ qui filii sint legitimi.iūcto di.Holt.ibidē, super uerbo aliā, in d.c.adiecto.dicit & exponit aliā, ēt de se solutā.pro qua expositione facit gl.in §.sunt personæ.ist. de nuptiis.in vi.casu.ibidē in ferto, dicit q habēs uxorē, cū alia cōtrahere nō pōt, obstāte primo matrimonio.Et ita sequitur q filius ex muliere quāuis soluta suscept⁹, est de numero illorū, q succedere non possunt.pro hoc facit bene in auth.quib.mod.natu.ef. fi.

fi.sui.§.pe.col.vii.& q no.per Sal.i l.i.C.de cōcubinis.Et ita uidi iudicari in hac curia par la.de anno dñi M.ccccxxxix. in cā bastardi Valē.cui Aymarus Comes quōdam Valentinēsis,eius pater naturalis legauerat in suo testō castrum
2 nouū Dalmacē.* Qualiter liberi succedūt parētibus ī materia huius qōnis ? dic sic,qa quidā sūt legitimi tm̄,ut adoptiui uel arrogati, alii legitimi & naturales,ut nati ex uero matrimonio, non ficto.hi succedūt. s. legitimi tantū & legitimi & naturales parētib. suis ī omnibus bonis.C.de legiti.here.per totū.& C.de ado.l.cū ī adoptiuis.Alii sunt naturales & nō legitimi, ut nati ex cōcubinis, & hi succedūt in duabus unciis ab intestato.C.de natura. liberis.authē.licet patri. & hæc qn̄ pater nō hēt alios liberos, nec parentē seu cōiugē legitimā. Alii sunt spurii,ut ex adulterino uel incestuoso coitu uulgò cōcepti.ff.de sta.ho l. uulgo.& hi in nullo succedunt. ut dicta authē.licet patri.nec aliqd debēt habere in bonis
c patris.c ut C.de ī cestuosis nuptiis.l.ex cōplexu. Succedūt
3 *.tñ matri, si nō sit illustris, quia mater succedit eis.C.ad Orfi.l.si qua illustris.uide extrà q filii sint legitimi.c.tāta. An īperator posit legitimare natū ex dānato coitu? Dic q sic,si dicat nō obstāte auth.ex cōplexu.C. de incestuosis nuptiis.ita dicit Saly.d.auth.ex cōplexu.uide canoni.in c.per uenerabilē.ex q filii sint legitimi.sed Bar.ī l.fi.ī fi.C.si cōtra ius uel utili.publicā.tenet q sufficit q prīceps dicat,nō obstāte aliq lege q ī cōtrariū loquat.& istud sufficit.qa est specialr loq.ista sunt uerba Bar.ubi s. & pro tāto styl9 cācellariæ curiæ Romanę solet dicere,nō obstātib9 qbuscū q cōstitutionib.apostolicis,per quos effectus pn̄tiū literarū posit īpediri. De hac mā uide p Io. An ī nouella.ī c.i.de excesib.prelatorum.& Petrū Iaco. in rub. de statu curia. ubi dicit q sufficit certa scientia.cū nō obstātia generali,uidelicet nō obstante aliqua l. De bastardis tetigi ī.q.580.

a Dici debeat spuri9.] *De hoc, vr̄ tex.ī l.uulgò cōce.ff.de stat.homi.*

b Quòd nō.] *Vide super hoc dispu.quam ponit d.Are.insti. de leg. cog. succ.§. uulgò quæsitos, quæ est breuis & bona dist.*

c In bonis pr̄is.] *Imo nec in bonis matris.ut tenet do.Odo. in præalle.auth.licet pr̄i.uer.qa segniari super ista auth.et hoc uerū, vt ibi dicit,qa ē talis coitus, quæ accusa-*

cusari potest et gl. in §. nouissime insti. ad senatusconsult.

SVMMARIVM.

1 *Creditoris electio est in executione iudicati, ut capiantur mobilia et immobilia, preposte ro etiam ordine.*

2 *Executionis iudicati forma.*

QVAEST. CCLXXXI.

IN statuto Delphin. dudũ M.ccccliі.& die.ii. mens. Iunii. facto per Manif. uirũ, d. Gaufredũ lemengre dictum Bossiquault, tunc gubernatore præsentis patriæ Delphi. & per alia statuta antea ꝑ olim gubernatores Del-
1 phina. facta, * ita ad executioñe rei iudicatæ in actione personali debebãt debitores primo reqri, de bonis pignoribus suis indicãdis, & inde expectari per diem natura-
2 lem. * & lapsa die naturali si nõ ĩdicabant debitores, eorũ creditores lapsa die naturali potẽrant capere de bonis debitoris. primò de mobilibus, si reperiebantur, deĩde de immobilibus, iuribus, cẽsibus, & actionibus ad electioñe creditorũ. Sed pro acceleratione prædictæ executionis, ad euitandumq́ue maiores expẽsas, fuit stylus in dicta curia parlamẽti Delphi. introductus, & obseruatus ab anno domini M.ccccl. citra quod absque dicta requisitione de pignore creditor potest facere pignorari debitorẽ d bonis suis mobilibus uel immobilibus, censibus, iuribus, & actionib. ad ipsius electionem absq; dicta requisitione, & non obseruato iuris ordine. de quo in à diuo Pio. ff. de re iudic. Et ad hoc ad perpetuam rei memoriam duxi hoc scribendum die xiii. mensis septembris. Et de materia executionis sup. uide quę dixi s̃. q. 215. et j. q. 329. & q. 567.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota et uasallus an teneãtur domino de damno per eos illato in re emphyteotica ria uel feudali.*

QVAES. CCLXXXII.

SI emphiteota uł uasallus * deterioret rẽ feudalẽ uel emphiteoticariã, tenetur dño de tali damno feudi deterioratione, per l. in fraudẽ. §. cõductor. ff. de iure fisci. & l. forma. § si uicem. ff. de cẽs. & l. diuortio. §. si fundum. ff. solut. matrimonio. & ibi p Bart. iuncta. l. quamquàm. §. i. ff. de aqua plu. arcen. Et ita tenere uidetur Spec. in titu. de locato. §. nunc locato. uer. fic. xi. quæritur. in fin. Sed qd si do-

si dominus petat cõmissum, an emphyteota uel vassallus possit petere melioraméta?ui de quæ dixi infrà q.438.

a Deterioret rem.] *Emphyteota deteriorans rẽ emphyteoticã, ad dit à iure suo.auth.qui rem. & ibi do.Bal.C.de sacrosan.eccle.in ii.no. Et hoc est uerũ secũdũ eun dẽ Bal.ibidem tribus concurren tib.scilicet, quòd deterioratio sit notabilis. Itẽ quod sit perpetua. Itẽ quod saltem deterioratio pro ceßerit leui culpa deteriorantis.*

SVMMARIVM.

1 *Decimator an poßit prohiberi fructus efferri fundo, ante solutam decimam.*

2 *Animæ nostræ qualiter absoluã tur, si non soluamus decimas.*

QVAES. CCLXXXIII.

EXactor decimarũ põt facere inhiberi domino fundi, ne fructus ex

1 portet,* *a* nisi eo uel eius nũ-

a cio præsente. pro quo facit l. ii. ibi sub effectu curialiũ &c. qñ & quibus quarta pars. lib.x.iuncta l.non solum.ff.de rei uen. Nam postquã habet partẽ in fructibus, ratione de cimæ, ergo & in fundo, qa fru ctus sunt pars fundi.in l.fructus.ff.de rei uẽ.ĩ reg.cõi, potior est cõditio prohibentis.l. Sabinus.ff.cõi diui. Et quod ipse decimator vel nũcius eius debeat interesse, probat.ff. de procu.l. Paulus. & in l.suscepta.§.i.ff.de inoff.test. & ĩ l.nam ita diuus.ff.de adop.& in l.si perlusorio.ff. de appel. & in l.si parentes.ff.de eui. & de re iud.l.de unoquoque. & C.de ar.tu.& l. fi. ita ẽt tenet

b Spe.*b* in tit.de deci.uersi.ulti. quærit &c.ubi dicit, quòd sic hodie faciunt iudices qñ agitur de fructib.alicuius fundi. Et ẽt hoc anno currẽte domini, M.ccclix.obseruauit hoc curia parla.in causa decimarũ dominorum de cap. beatæ Mariæ Grationo.quia domini prædiorũ uolebant gerbas bladorum à fundis extrahere & portare in domibus eorũ, insciis dictis dominis de capitulo, ita quòd ipsi dñi de capitulo fraudabãtur de multo, ĩ eorum decimis, ob quod fuit appunctuatũ, ꝙ in herbis & in prædiis, antequã gerbæ ex trahant decimæ soluantur eis

2 dem.* Quæro circa, hoc qualiter animæ nostræ absoluentur, si nõ soluamus decimas. Rñdeo, quod malè, secundũ gl.in cle.i.de usuris. Aduertẽdum tamen secundũ Thomã de Aquino, ut refert Archi. in xvii. q.vii.in c. maiores.ꝙ animæ eorum, quæ non soluerunt decimas, non sunt in

uia damnationis, si non petã tur à curato uel ab illo cui debentur. Sicut uidemus, in simili, dicit Ioan. And. in capi. per uenerabilem. qui fil. sint legi. quod saluanť animæ Regum, & principũ, qui nõ obe-
c diunt imperatori, *c* quia imperator ab eis nõ petit subiectionem. tutius tamen esset soluere, uel cum eis cõponere pro decimis, secũdum gl. in d.c. i. De materia decimarum &c. scripsi suprà q. cclxvii.

a Ne fructus exportet.] *Vide de hoc istum, cons. xx. inci. ex processu. do. Archi. nu. i. uer. ad primũ ibi, et quòd gerbæ.*

b Tenet Spec.] *Qui plenè tractat hanc q̃ne̅, et arguit p parte negatiua, & tõdẽ cõcludit p parte affirmatiua, ut hic. & adde do. Ioã. Andr. in additi. eiusdẽ Spe. ibidẽ in uer. de rei uẽ. nõ solũ ubi dic. Ala. et Gratia. sic consuluit Io. de do. & Albe. Pà. sic indicasse. Quĩ ẽt dicit Spe. ubi suprà, qđ decimæ portari debẽtur ad domũ eius, cui debentur, alleg. no. xvi. q. i. reuertimini. prope prin. plus dicit ibidẽ quòd decimarius potuit ingredi fundũ, ut recipiat decimas, ẽt inuito domino. alleg. C. de pact. c. fi. de Iudæis. c. nemo.*

c Imperatori.] *De potestate et iure Imperatoris, uide in c. noui. de inde in additio. dicti Barbatij, circa princip. capituli.*

SVMMARIVM.

1 *Decimę quòd non soluãtur, an minus plenè, an consuetudine possit introduci.*

2 *Decimale ius an poßit à laicis præscribi.*

QVAES. CCLXXXIIII.

a A N consuetudo *a* possit inducere, quòd de-
1 cimæ nõ *soluant, uel q minꝰ plenè soluant? Inn. di-
b cit *b* q nõ, in ca. in aliquibus. ex trà de decimis. & allegat c. quicunque. xvi. q. vii. ita ẽt tenet & no. gl. expresse in d.c. in aliquibus. super verbo, cõsuetudo est, q detur xiii. pars uel
c minor. talis consuetudo c... sufficit, nisi à Papa esset approbata, quia non ualet cõsuetudo, quę absq; mortali peccato seruari nõ potest, quantumcunque longa, ut in c. quoniã... ne. de præscr. Nam tales bona fidẽ habere non possent, quia de iure diuino talis decima debetur, ergo nec consuetudo locum habere põt, ut dicit... gl. istud ibidẽ tenet Io. And. ĩ c. ii. extrà de deci. li. vi. & ibi recitat opi. Theologorum, & eos reprehendit, ut in cle. ii. de iudi. in cle. & ibi ẽt no. per eum, idem ibidem d.c. ii. tenet Guil. de monte Lauduno, qui
2 expresse *ponit, nũquam ius deci-

decimale à laicis posse præscri
bi,& ibi ponit modũ,per quē
recusantes sunt monendi, Et
ista est communis opin. Ca-
no.tamen do. Host. in sum.
in titu.de dec.post multa, q̃
ibi dicit circa hanc materiã,
dicit quòd licet decimæ à lai
cis non posint præscribi,quo
ta tamen bene præscribi pōt.
& ita generalis cõsuetudo ĩ
hac patria Delphi.in locis cir
cumuicinis se habet. & ita ēt
secundum talem consuetudi
nem uidi iudicari in curia of
ficialatus Grationo. & etiam
determinari in hac curia par
lamenti in multis & diuersis
causis,quæ in materia posses-
sorii ibidē uentilabantur. De
materia decimarũ, uide quę
dixi infrà q.cclxxxviii.

a An consuetudo.] *An & quando solutio decimarũ tollatur cõsuetudine uel præscriptione, uide post omnes do.Fel.ĩ c. causam in prin.de præscrip.*

b Inno.dicit.] *In gl.sua in uer.cõsuetudinē.et in c.significauit. in gl.sua persoluũtur de parochia alii parochiæ. Adde gl.i.quæcunque cognouerit.xvi. q.vii. & ibi do. Archiepisc.in uer.et dicas.& do.Gof.in summa.ti.de deci. ĩ §. item nunquid longa cõsuetudo. et do.Pan.in c.in aliquibus. sup gl.fi.circa princ.ibi,alii.*

c Talis cõsuetudo.] *Magnũ eñ dubium est,in iure,utrũ ualeat consuetudo seu p̃scriptio diminuēs quotam decimarũ indubitatũ,quæ existit,quod cõsuetudo alterãs modũ dandi eas ualeat, secundũ do.Card.cõs.cxlvi. notũ sit uniuersis.ita referēte do. Fel. extrà de præscrip.in c.cum ex officii.in v.col.in §.limita primò.*

SVMMARIVM.

1 *Castellanorum Delphi. iurisdictio an possit prorogari de consensu partium.*

2 *Procurator an posit sine speciali mãdato,iurisdictionem prorogare.*

3 *Castellani an poßint mulctare.*

QVAES. CCLXXXV.

STatuto præsentis curiæ Delph. cauet ꝗ castellani habeãt cognitionē us-
1 que ad lx.solidos.* cõtingit, ꝗ partes litigãdo corã castel lano prorogant tacitè uel expressè eius iurisdictionem de maiori summa, an posit ta-
2 lis prorogatio *a* fieri,& sentētia inde secuta ualeat? Sal.dicit quòd sic,per multas rationes in l.certas rationes. C.qñ prou.nõ ē neces.& facit text. in l.de qua re.§.i. ff. de iudi. & ita uidi in iudicando seruari in curia parlamēti,licet iudices inferiores quãdoq; iudicent cõtrarium ad instigatione firmariorum curiarũ, ut

eorũ emolumenta amplientˇ.

2 * An procurator sine speciali mandato posſit iuriſdictionẽ prorogare? Inno. in c. de cauſis. extrà de offi. dele. & Pau. de Caſt. in ſua repeti. l. i. ff. de iudi circa finem, dicũt quòd

3 non. An * caſtellani poſsint mul ctare? dic ꝙ non. caſus ẽ expreſſus in l. ii. §. fi. ff. de iud. licet contrariũ ſeruent caſtellani Cabeoli mõtis alqueri sã cti Boneti, & plures alii caſtellani pñtis patriæ Delphi. ut ſcripſi infrà q. ccccxxvi.

a Talis prorogatio.] *Quot modis fit progatio do. Bar. & Paul. de Ca. ĩ l. ii. §. fi. ff. de iud. Per quos aũt caſus uel modos dicaẽ fieri, do. Bart. et alii. in l. ſi couenerit. ff. de iur. om. iu. et in quib. caſib. poſſit progari iuriſdictio, et in q bus caſib. non. doc. in l. ii. C. qui p ſua iur. et in c. pe. et gl. de off. de le. et de hac materia, uide Spe. ĩ ti. de cõp. iud. adi. §. i. uer. quid ſi Deo ſequen. & tit. de excep. et rẽ plica. §. iiii. uerſi. item nota.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus an habeat iuriſdictionem, ante præſentationem ſuæ commiſsionis.*

2 *Delegatio ſuperueniens an retro trahatur, ut confirmet proceſſum uel ſententiam illius, qui proceſſit ut iudex delegatus.*

3 *Delegatus eſt maior ordinario, in cauſa ſibi commiſſa.*

4 *Delegati iuriſdictio an perpetuetur per citationem.*

QVAES. CCLXXXVI.

IVdex delegatus ante præſentationẽ ſuæ cõmiſsionis nullã hẽt * iuriſdictio-

1 nẽ a, ſecundũ unã opi. quã po-

a nit Inn. in c. ex cõqone. ig magna. uer. ſinaũt nõ pñtaſſer. extrà de reſt. ſpo. quã opi. ſequiẽ Hoſt. & alii doc. ibidẽ & iõ inquit Bal. in l. eũ q. iuri. q. ff. de iu. om. iud. ꝙ iudex delegatus debet eſſe cã, ut faciat inſeri ĩ actis pñtationẽ

b ſui reſcripti antè, quàm ad aliquos actus ꝑcedat, & ita obſeruabã tẽpore, quo reſidebã in magno cõcilio præfati dñi noſtri Delph. dũ ipſe reſidebat in hac patria Delph. i cõmiſsionib. quæ ab eo & eius cancellaria mihi dirigebant, & de qua pñtatione Spe. facit unũ ti. expreſſum & ſpeciale, uidelicet, de reſcripti pñtatione. Sed * an c delegatio ſuper-

2 niẽs retrotrahaẽ, ut cõfirmet

c proceſſum vel ſententiã illius, qui proceſſit ut iudex delegatus? Dic ꝙ nõ, ut not. gl. ordi. & ſingularis. ĩ l. iſtar. C. de iure fiſci. li. x. ff. de iudi. l. licet. & no. Cy. poſt Pe. de bella per tica. in l. i. C. q pro ſua iuriſ. i iii. q. & Inn. in c. prudentiã. in gl.

gl.magna.extrà de offi.deleg. imo licet delegatio præcederet,& nõ esset exhibita & præsentata,ut s̃.dixi,eius præsentatio subsequẽs,nõ retraheretur,nec cõfirmaret ꝓcessũ,& sñiam præcedentẽ ipso iure nulla,ut no.Bal.in d.l.eũ qui. in iiii.q.quod est notabile. & ẽ ratio,qa delegatus ante pñtationem suæ cõmissionis nullam habet iurisdictionem,ut
3 suprà dixi.* Delegatus in cã sibi cõmissa,maior est ordinario.in c.significasti. & c. sanè. & c.pastoralis. in prin. & §. qa verò.de offi.deleg.Sed quales sint effectus, uide ibidem
4 enumerantur.Sed * an per citationẽ perpetueẽ iurisdictio a delegati?dic quòd sic,ut tetigi j̃. q. 488. Item citatus per delegatum nõ teneẽ comparere, nisi in citatione sit inserta eius commissio, ut dicit Bar. in l.si quis ex aliena.ff. de iuris.om.iudi. Item dicit Host. in c.prætereà.extrà de dila.

a Iurisdictionẽ.] *Istud tenet Spe. in ti.de compe.iudi.ade. §. uiso. uersi.nam eo ipso.*

b Pñtationẽ.] *Quin etiã fieri procuret citationẽ, ne per aduersarium fortè secũdas literas impetrantem et prius citari facientẽ ualeat præueniri,non enim quo ad hoc sufficit sola rescripti præsentatio, nisi impetrati subsequatur citatio, secundum Spe. ubi suprà, versi. si uerò plures. ibi & sine more.*

c Sed an.] *Item an superuenientia iurisdictionis in delegante, ualidet delegationem ante ab eo factam, uide domi.Fel.in c.cũ ex officii. col.xvi. post med.uer. octa.conclusio.*

SVMMARIVM.

1 *Campsor an quilibet propria authoritate esse possit.*

2 *Campsoris officiũ in quo stet.*

QVAEST. CCLXXXVII.

1 VTrum quilibet possit * ꝓ sua uoluntate esse cãpsor, & cãbiũ tenere?gl.uř dicere, ꝙ sic, *a* in l.
a quidã. § nummularios. ff. de eden.ita dicit gl posita in d.§. nũmularios. Mercator dicitẽ qui negociationem exercet quæstuariam, ex qua aliquid quæritur.l.mercatores. C.de conuen.& mercatorib. ita diffinit Bart.in l.seruis. in prin, ff.de leg.iii.Negociator est nomẽ generale, & cõprehendit omnia p̃missa.l.legatis seruis. in prin.s̃. alleg. Et quia officiũ cãpsoris consistit in mercando,emẽdo, & uendẽdo,ipse põt dici mercator. & argen
b tarius,sumiẽ pro cãpsore *b*,sicut ponit exẽplũ gl.in uer. decurrit.i d.§.nummularios.Et

c idē dicēdū vr̄ in nūmulario,c qa sumit̄ ét pro cāpsore.ita dicit gl.i.in l.prætor.in prin.ff. de eden. præsupponendo ibidē,ꝙ d.§.nūmularios.loquatur de cāpsoribus.& tales nūmularii olim tp̄e.ff.eligebant̄ publica authoritate.d.l.argētarius. ut in prin. & fortasis usque ad certū numerū,sicut dr̄ ī medicis in l.parabola. C. de epis.& cler.licet hodie quilibet est campsor pro sua uoluntate,ut dicit gl.i.di.§.nūmularios.& maximè ī hac patria Delph.in qua oēs mercatores & alii pro libito uolūtatis tenēt bancas cambii tā de iure,per suprà alleg.quàm de inueterata consuetudine. qđ secus est in regno Franciæ,vbi nullus audet bancam cambii tenere,nisi authoritate regia, & contrarium facientes acriter puniuntur.

a Quòd sic.] *Idem tenet d.Odof.ī l.quædam sunt personæ.in princ. in uer.ordi.Signori.ff.de eden.et propterea hodie nō statur eorum rationibus nisi contra seipsos,ut uoluit d.Odof.ubi suprà.*

b Argētarius sumit̄ ꝑ campsore.] *Vide do.Bal.in rub.C.de fid. inst.in viii.col. uer. reuertor ad primum.*

c Nūmulario.] *Argentarius & nūmularius uidentur differre,sicut genus & species.nam argentarius,est de argento tantum dādo,& recipiendo,& hoc inducit ipsum nomen argenti,ut per gl. in l.prætor.ff.de eden.*

SVMMARIVM.

1 *Laicus spoliatus decimis,an possit petere se in integrū restitui.*

2 *Repetendi ius,quid requirat.*

3 *Laici hodie possident decimas ex tolerantia prælatorum.et quo iure.nume.4.*

QVAES. CCLXXXVIII.

VTrum laicus spoliat9 decimis,* possit petere se in integ. restitui.
1
Io.glosator decreti dicit ꝙ nō xiii.q.i.c.i.ubi sic dicit:laicus nec repetere pōt,qa ea possidere nō potest.*a* extrà de re-
a
scr.c. cām. Ad hoc *enim ut
2
qs repetere possit aliqd,requirit̄ ꝙ fuerit in possessione iuris,uel facti.extrà de resti.spolia.c.ex parte.unde nō sufficit ꝓbare spoliationē,nisi ꝓbet ꝙ possederit.c.cō sultationib. extrà de resti.spo. Et hāc opi. uidetur tenere Io.Andr. in c. ad decimas.de rest. spo.li.vi. Idem tenet Hent.Bohic.in c. quāuis.extrà de deci.idē Archi.in suo rosario.ī d.c.i.xiii. q.i.Sed Bar.Brixi.ibidē tenet contrariū, quòd imò laic9 potest petere restitutionē aduersus spoliationem decimarum quia (dicit ipse) uidemus quòd

quòd quis pōt petere restitu tioné eius, quod de iure posside re nō potest, ut in restitutio ne cōsanguineę. in c. literis. extrà de resti. spo. Itē seruus petit restitutioné rerū domini absentis, quas de iure nō pōt possidere. l. i. C. si per uim uel alio modo. Itē uxor potest re petere res donatas sibi a uiro, si spoliata est, quarum domi niū habere nō potest, ff. de ui & ui arma. l. i. §. deiicit. Itē ha bens plena beneficia, repetit alterū, si fuerit spoliatus. & tñ de iure illud non pōt posside ri cū aliis. c. referēte. extrà de
3 præb. Cū* laici hodie posside ant decimas. ex tolerātia prę latorū, & ex infeudatione, aut aliàs ex donatiōe eis dudū seu eorū pdecessorib. facta in Lateraneñ. cōcilio, de quo infrà dicā, qui propterea ueniūt re integrādi, cū latro restituatur c. cū in literis. extrà de rest. spo. Ita dicit dictus domi. Bar. Brixi. ſm cuius opi. pluries ui di iudicari in hac curia parla menti in pluribus & diuersis causis, ī materia possessorii de cimarum in eadē curia uenti latis, si aūt talis laicus nō ha
b beret ti.*b* ut pdixi, tūc ipse lai cus spoliatus non integraret, per dictum ca. ad decimas. de restitutio. spolia. libro sexto. cum ius commune facit con-
4 tra eum, ut ibi*. An aūt decimæ possint aliquo iure à laicis possideri, uide Ioan. And. in ca. cum apostolicas. extrà de his quę fiunt à prælato sine consensu capi. & ita refert de Lateranē. cōcil. quod fuit M.clxxix. factum ab Alexandro Papa. Et de hac materia decimarum, uide quæ dixi suprà quæstione cclxxxiiii. & quæstione cclxvi.

1 Possidere nō pōt.] *Et hoc intellige procedere in confeßione decimarum facta post Lateraneñ. cōciliū, secus si ante, ut legitur & no. in c. causam de præscrip.*

b Nō haberet tit.] *Causatū ante Lateraneñ. cōciliū, quia hodie decimæ laicis in feudū cōcedi à personis ecclesiasticis uel secularib. nō pñt, ut prædicto c. causam.*

SVMMARIVM.

1 *Bonorum paternorū diuisio, qualiter facienda inter fratres.*
2 *Instrā. diuisionis bonorū īter fratres, penes quem custodienda.*

QVAEST. CCLXXXIX.

a SVnt duo fratres *a* bōa pa
1 terna* cōiter habētes, & tenētes, qui uolūt deueni re ad diuisioné bonorū, qualiter debeat fieri talis diuisio? Posset dici, ꝙ forte deberet fieri talis diuisio, iuxta l. iii. circa pri. C. cōmunia de legatis. Sed

credò aliũ modum fore tenẽdũ, videlicet, ꝙ antiquior fratrũ faciat diuiſionẽ, & iunior
b eligat *b*, per tex. in c. i. ex̃ de pa rochiis. in antiquis. & ibi ita tenent Hoſt. & Io. An. Item tenet Bal. in l. ſuus quoque. ff. de hæredi. inſti. & ita ẽt ſeruat inueterata cõſuetudo huius patriæ, prout uidi fieri tẽporib. meis, & ſemper audiui à maiorib. meis ita fuiſſe ha-
2 ctenus obſeruatum &c.* Sed penes quẽ remanebãnt inſtrumenta communia cuſtodienda? Dic quòd penes antiquiorẽ, per l. fi. de fide inſtrum. & tenet do. Martinus de Laude doct. nouiſsi. in tractatu ſuo de primogenitura.

a Sunt duo fratres.] *Circa hãc diuiſionẽ & multiplices alias diuiſiones inter fratres fiendas, uide per do. Pet. de Vbal. in tractatu ſuo de duob. fratrib. in iiii. princi. ſub qõne ix. & ſequen.*

b Eligat.] *Vide ar. in §. i. uer. itaque per ſe. inſti. de ſadiſda. tuto.*

SVMMARIVM.

1 *Circa dictio, qualiter ab actore usurpetur in suis articulis & poſitionibus.*

2 *Circa, dictio, incerta eſt.*

QVAESIT. CCXC.

Libello oblato, & lite cõteſtata, actor in ſuis articulis uel poſitioni-
1 bus* nõ deducit quantitatem expreſſam & petitã ĩ libello, ſed ſubiungit uerbum, circa, dicendo, ponit ꝙ debet centũ uel circa, non probat niſi de quadragintaquinque, utrũ ex cuſet à pluri petitiõe, propter uerbũ, circa, ĩ poſitione ſubiũ
2 ctum? credo quòd nõ *a*, quia ſicut petitio debet eſſe clara. l. ſi in rem. ff. de rei uẽ. in auth. de teſt. ĩ perfectis. in prin. col. viii. ſic & detractio. l. hæredes palã. §. i. ff. de teſ. iõ dicit Bar. ꝙ pars poſſet detrahi renũciando illi parti expreſsè, ſicut poſ toti liti renunciari. l. poſtquã liti. C. de pac. pro hoc inducit ipſe Bar. l. i. C. đ plus peti. ibi, ſi quidẽ ante inchoatã litẽ eũ pœnituerit, uel ueritatẽ con-
2 feſſus fuerit &c. quæ* tñ renũciatio expreſſa & clara non fit per uerbũ, circa, quod eſt de ſe incertũ, ut l. qui duo cõpdia. ff. de ſerui. ruſti. & c. cupiẽtes. circa finẽ. extrà de ele. lib. vi. ita dicit Bar. in l. edita. C. de eden. in qõne quæ incipit, hoc præmiſſo. prope finẽ. Et ita uidi pluries in hac curia parlamẽti determinari.

a Quod nõ.] *Etiam, quia dictio, circa, importat parũ plus, uel parum minus. per gl. in uer. minus in l. Publia Meuia. ff. depo. Adde qđ do. Ab. ĩ c. fi. de deſp. impu. dicit. ꝙ ſi teſtis dicat, talis ẽ*

circa

circa xii.annos,uel talis possedit circa xij.annos,quod talis testis nõ probat certũ et determinatũ tempus.uide eundem Abb.ibi.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum mobilium,præsentium & futurorum appellatione,nõ comprehenduntur debita.*
2 *Rerum appellatione,an contineantur iura,& actiones.*
3 *Bona præsentia et futura,an possint obligari.*
4 *Bona futura possint ne uendi.*

QVAEST.CCXCI.

1 Appellatione bonorũ mobiliũ, præsentiũ, &*futurorum,nõ cõ
a prehendũtur nomina, *a* hoc est,debita.ita dicit Bar. in l.i. C.si aduer.trãs. in l.quintus. ff.de aur.& argen.leg.& in l. centurio.in iii.q.prin.circa fi. ff.de uulga.& pupil. idẽ Spe. in ti.de fruct. & interesse.ĩ §. i.uer.sed pone.& Pe.Iac.ĩ tit. de actione ex testamento. Et dixi ĩ.q.499.Hinc est, quòd dixi donationem omnium bonorũ, mobilium & immobilium,præsentium & futurorum ualere,quia sic donãdo, postea poterit donãs de debi-
b tis *b* suis testari,& sic non habebit hæres nomen hæredis ĩ uanũ.ꝙ per hoc submouetur contrarium,quod posset fieri de l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.obli.cum ibi
2 no.per Bar.* Sed an appellatione rerum mearũ contineãtur iura & actiones, dixi q.
3 483.* Sed postquam sumus hic in materia dispositiõis bonorum futurorum,quæro an bona præsentia & futura possint obligari, & sic in obligatione generali ueniant bona futura?tex.ꝙ sic in l.fi.C.quę res pig.oblig.pos.exceptis tamen iis,quæ uerisimiliter nõ esset obligaturus specialiter. ita dicit gloss.in d.l.i.C. quæ res pig.oblig.pos. quod secus est in dona.uel uen.in quibus non ueniunt bona futura, ut l.si ita.ff.de au. & arg. leg. & ibi plenius per Odof. & doc.
4 Sed nũquid*bona futura possunt uendi?dic ꝙ sic, per tex. in l.si in emptione. §.i. ff. de cõtrah.emp.& uen. An in legato bonorũ mobiliũ & immobilium, ueniant nomina, uide quæ plenè dixi ĩ.q.419. Et uide de hac materia infra quęst.584.

a Nomina.] *Tu uide de hoc quod scripsi post istũ ĩ decisione cccclxxxiiii.in uersiculo,an appellatione bonorum.*

b De debitis.] *Quinetiã & de aliis bonis testari potest donator omnium bonorum, præsentium et futurorum,nisi traditio in donatione accessisset,secundũ Bal.*

in

in authē.sed cùm testator.i. col. uer.quæro nunquid ille. C.ad legem Falcidiam.

SVMMARIVM.

1 *Destituto exceptione debet subueniri officio iudicis, si æquū fuerit uisum.*

2 *Sentētia expressè lata contra stylum Curiæ, an sit nulla.*

3 *Stylo Curiæ potius, quam consuetudini standum.*

QVAEST. CCXCII.

1 SI alicui non cōpetat* exceptio, si tamen inde resultet equitas, ꝙ sibi prouideatur, dēt ab ipso implo-
a rari officium iudicis, *a* quo sibi prouideatur. l.planè. ff. de peti.hære.& facit bene, quod ponit Bar.in l.illicitas.in prī. ff.de officio.præsidis. & dicit, quòd destituto exceptiōe nō nu.pec.ꝑ lapsū biēnii subuenit ex officio iudicis. Et istud facit ad qōne pro curiis, in quibus nō admittūtur nisi certæ exceptiōes, prout ī curia parui sigilli Mōtispessulani, & in curiis Cabeoli, & sancti Marcellini, in quib.nō admittuntur nisi tres exceptiones, uidelicet falsi, solutionis, & nouationis, tñ si resultet æquitas ꝑ officiū iudicis implora tū dēt cōuēto subueniri, & ita ut audiui semel fuit obtētū in d.curia parui sigilli. facit pro hoc l.i.ff.de pet.hęr.& l.planè.eo. ti.& uide Bar.ī l.i.ff. quod ui aut clā.uiđ tñ quæ circa hoc pleni⁹ dixi in tractatu, quem feci suꝑ statuto Delph.sub rubri.de literis cōpulsoriis, & pro-
2 cisis.in q.8. * Sed an sentētia lata expressè contra stylum curiæ, sit nulla? dic ꝙ sic. sicut si cōtra legē esset lata, cum uicē legis obtineat, iuxta no. ꝑ Cy.in l.ii.C.qñ prouo.non est neces.in iii.q. Idem tenet Ray.de Sabbanaco in sua repetitione.l.more maiorū.ff.de
3 iur.om. iud. Si stylus* curiæ contradicat cōsuetudini uillæ, uel ecōtrà, stādū est potius stylo curiæ, quàm cōsuetudini, cum se habeant adinuicē tanquā generale & speciale, ut no.per Cy. & Ray. de Sabba.ubi s̄.Sed stylus curiæ quāto tēpore inducatur, uiđ Sabba. in dicta sua repetitione. De materia styli sancti Marcellini, etiam tetigi.s̄.q. 181.

a Officium iudicantis.] *Nō præsupponit obligationē.et datur in subsidiū, cū deficit actio.l.qui per collusionē.ff.de act.emp.& uen. l.quæro.in prī.ff.loca.ubi doct. Et ꝙ detur deficiēte actione ordinaria, est ēt tex.in l.quædā.ff.de eden.et ibi doct. Notandum tamen est ꝙ officium iudicis, est remediū ordinariū.ut est gl.ī l.si is a*

qui

quo.in prin.ff.ut in pos.leg.et cõ petit pro omni actu bona fide facto,ubi deficit actio. ut l.cum filius.ff.si cert.pet.et ubicũque æquitas suggerit,quid faciendũ. ut ẽ gl.in l.si seruus.ff.de usufruc.& ĩ locũ exceptionis deficiẽtis tex. singularis.ĩ l.si.ff.d petitio hære.

SVMMARIVM.

1 *Executor sententiæ, quod facit, uidetur à iudice factum.*

QVAEST. CCXCIII.

gnitione.licet habuerit titulũ: credo ꝙ sic: quia in tali libertate præscribẽda null⁹ requirit titulus. Et de hoc est textus expressus in l.ii.C. de præscriptio.lõgi tẽporis, quæ pro libertate datur. iũcta gl. sup uerbo, bona fide. imo dato casu, ꝙ probaretur dictum Sẽpronium filiũ malã fidem habuisse, quòd tamen in dubio non est præsumendũ, ipse præscriptione xxx. aut saltem
b xl. annorũ, *b* inquantũ ipse si milis dici posset, aut parificari homini ascriptitio, esset tutus text. est expressus in l. omnes. ibi dum dicitur, in quacũq; persona, &c. Et sit liber. & ex præsentis saluberrimè minutione securus, &c. iũcta gl. sup uerbo liber. C. de præscriptione xxx. uel xl. annorũ. & facit generalitas. l. sicut. eo. tit. hoc etiam tenet Azo, in summa in titu. de præscri. longi temporis, quæ pro libertate cõpetit. Si igitur seruus existens in quasi possessione libertatis spatio xl. annorum, à cõditione seruili uel adscriptitia liberat: sic & talis possessio cõtinuata sibi præstat firmã libertatis defensionem, ut l.ii. & l. si omnes s. alleg. Multo magis debet præstare Sẽpronio filio, quasi possessio sua iam dicta tam lõgissima.

a r. auth. multò magis. C. de
2 episco. & cle. Cõcludẽdo* ergo dixi quòd di. Sẽpronius filius dici meret francus, & à tali cõditione talliabili liber. nec uirtute dictæ recognitionis potest cõueniri neq; condemnari.* Sed an iuramentũ
3 si interuenerit, impediat talẽ præscriptionẽ: uide quæ dixi plenè s. q. cxcix. ĩ fine. De hac materia uide in simili quę dixi infra q. ccclxxxvii.

a Iuxta præcedentem. q.] *Vide istũ, consi. suo ccxiii. incip. sequitur rationes. nu. vi. uer. alia etiam ratione.*

b Saltem xl. annorum.] *Istudũ pus uidetur necessarium, per ea quæ legũtur, et notãtur in l. cũ satis: et ibi. d. Bar. circa prin. C. de agri. et censi. li. xi. & hoc sentit gl. hmõi. in l. omnes nocendi. C. de præscri. xxx. uel. xl. annorũ.*

SVMMARIVM.

1 *Iuratus, an habeat officium de publico, perinde ac notarius.*
2 *Tabellio quisne poßit effici, de consuetudine.*

QVAEST. CCCXVII.

1 VTrum iuratus *curiæ Graysinodani uel officialatus præsentis ciuitatis Grationopo. uel alicuius alterius curiæ, qui non est notarius, publicus possit stipulari

lari pro aliquo absente ? Et uidetur quòd non, pro eo, quia non est publica persona: utpotè notarius. instit. de inutili stipulatione. §. si quis. & l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerb. obli. nam licet speciale existat in notario, ut pro alio possit stipulari, ut no. in d. §. si quis. & in auth. de litigiosis. §. ad excludendas. col. viii. Quod tenent doc. cõmuniter omnes: plenè ponit Bart. in l. i. ff. rem pupil. sal. fore. At tamen hoc nõ reperitur in iurato curiæ qui non est notarius. Plus dixit Spec. in tit. de instru. edi. §. restat. *a* uer. sed quis potest facere tabelliones. Quod licet* ex consuetudine aliquis possit effici tabellio, non tamen habet potestaté & officiũ publicũ, quod tabellionibus, legibus, & iure scripto datur. Et ita potestaté stipulandi quam habet notarius, ut s. dixi. Sed fortè hodie æquitate canonica, qua quis etiã nõ publica persona potest alteri stipulari, iuxta c. quoties cordis. q. 6. Crederé *b* talem iuratũ curię posse stipulari, ac si esset notarius, & ita etiam tolerat consuetudo & stylus curiarũ pręsentis patrię: prout uidi temporibus meis obseruari.

a §. Restat.] *In septima columna.*

b Crederem.] *Pro opi. authẽ. uĩ facere id, quod legitur in c. ad audientiam. in §. nos igitur. extra de prescriptione.*

SVMMARIVM.

1 *Notarius an possit conficere instrumentum procurationis in causa propria.*

2 *Notarius potest facere instrumentum in quo se obliget alteri.*

QVAEST. CCCXVIII.

1 AN notarius possit* instrumentũ procurationis cõficere pro se in causa propria ? Et uidetur quod non. *a* per ea quę ponit Bar. in l. pupillus. §. itẽ ipse tuto. ff. de authoritate tutorũ. & plenius. in l. ii ff. de stipulatio. seruo. ubi inter alia dicit, quòd promissio facta à notario, qui procuratoré facit & procuratoriũ conficit, non ualet. quia inter promittenté & stipulanté debet esse differentia. Sed quicquid sit de iure, de stylo, & communi obseruantia curiarũ præsentis patriæ, tolerantur talia procuratoria, prout uidi in pluribus & diuersis causis. 2 *Notarius tamen de iure potest cõficere instrumẽtum in quo se obliget alteri, secundum Bar. in l. si puberes. ff. de falsis.

a Et uidetur, quòd non.] *Et illud est uerum, quando notarius scriberet procurationẽ paßiue: quia nõ potest sibi adscribere autoritatẽ uel officium: ut tenet do. Bal. in l. iudices. in fi. C. de fi. instru. ubi uerò actiuè, scilicet quando notarius alium constitueret procuratorem, potest scribere propriam procurationẽ: & quo ad mandatum ualet: & facit fidẽ tam pro ipso procuratore quàm pro parte aduersa hoc inducente contra constituentẽ: sed pro ipso non nisi probaret ante illi instrumento fidẽ impositã. quo autem ad stipulationem cõtentam in procuratione, per quã procurator releuatur ab onere satisdandi, non sufficit huiusmodi instrumentum procuratoriũ. quia inter stipulantem & promittentem debet eße diuersitas. & ita sentit do. Bar. in l. seruus communis. in uerbo, quæro quidam notarius. ff. de stipu. seruo.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum an posſit tolere præscriptionẽ longi temporis xxx. uel xl. annorum.*

2 *Renuntiari an posſit præscriptioni xxx. uel xl. annorum, ex pacto inter contrahentes adiecto.*

QVAEST. CCCXIX.

1 AN statutum possit tollere prescriptionẽ lõgi* temporis xxx. uel xl. annorum? Bal. dicit quòd a sic. in c. i. a de cap. Cora. in §. preterea. in feud. col. x. imò & omnẽ prescriptionẽ indistincte secundũ Ant. de But. ut dixi q. ccccix. & ita iudicatur in curiis Delphi. sancti Marcellini & Cabeoli, uigore styli ipsarum curiarum, in quibus nõ admittitur exceptio praescriptionis aduersus instrumentum obligatorium ad uires, & submisſione ipsarum curiarum confectum, nisi tantummodo exceptiones solutionis, nouationis, & pacti de nõ petẽdo. Sed aduerte: quia hoc casu oportet quòd instrumentum sit sigillatum sigillo dictæ curiæ sancti Marcellini, ut dixi plenè suprà q. 181.
2 *Sed an ex pacto inter côtrahentes adiecto posſit renunciari tali præsciptioni: uel testator in suo testamento possit impedire ne currat? & uidetur quod sic, per l. quòd si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. edic. sed Bar. dicit, quòd cũ sit merè odiosa, non posſit eidẽ renunciari. ut not. ipse in l. i. ff. de usucapi. & de lega. i. l. nemo potest. De hac etiam materia tetigi s. q. lxxxi. De materia styli d. curiæ sancti Marcellini uide que dixi s. q. 15.

a In c. i.] *Adde dom. Bar. in addi. Spec. in ulti. colum. in uersic. pp nunc*

nunt Tudertini. ubi uult, quòd princeps potest statuere, ne præscriptio unquã currat. ex quo nõ est de iure diuino, sed humano. alleg. l. ut inter diuinum. C. de sacrosan. eccle.

SVMMARIVM.

1 *Gesta per falsum procuratorem an possint ratificari post renunciationem & conclusionem in causa. disting. nu. 3.*

2 *Gesta per falsum procuratorem, an possint ratificari post sententiam.*

4 *Gesta per falsum tutorẽ uel curatorem, an poßint ratificari p pupillum.*

5 *Tutor an possit ratificare gesta per falsum actorem.*

6 *Gesta per procuratorem, quo casu non possint ratificari.*

QVAEST. CCCXX.

Quia gesta per falsum procuratorem, possunt ratificari: ut l. licet. C. de proc. & l. licet. *a* ff. de iudiciis. * Nunquid post renunciationẽ & conclusionem in causa poterit fieri talis ratificatio? dic quòd sic: postquam tale negotium nõ peccat, nisi in defectu consensus: talis consensus potest interuenire quandocunque ante sententiam. l. quod enim. §. ratum. ff. rem ratam haberi. Et hoc tenere uĩ glos. in l. si mater. § hoc iure ff. de exceptio. rei iudi. & Bart. ibidem & idem Bar. in l. si tutor. C. in quibus cau. in integ. restit. non est necessar. Et ita seruatur de stylo in hac curia parlamenti Delph. Sed * utrum post sentẽtiã gesta per falsum procuratorem possint ratificari? Videtur casus, quòd sic, in d. l. licet. C. de procu. glos. sup uerbo; solent, ibi. nisi ratum habeat &c. Et pro hoc ẽ tex. in l. iii. §. falsus pro. ff. rem ratam haberi. & tenet glos. l. ii. C. si ex falsis instrumentis sententia lata fuerit. In contrarium uidetur, per l. i. C. si in cõmuni eademq; causa in ĩteg. restit. post. fuerit. Et per l. si fundus §. i. ff. de pign. & l. si mater. C. de rei uend. * Sed pro concordia dic, quia aut quis uult ratificari sententiã in sui fauorem, & nõ potest. ut l. si pupil. §. sed si ego. ff. de neg. gest. l. si seruus. ff. de prec. & c. cũ quis. extrà de sententia excõ. li. vi. Aut uult habere ratum in sui præiudiciũ. & tunc hoc facere potest. ita intelliguntur iura pro ista parte s̃. alleg. ita dicunt gl. Cy. & Bart. in d. l. i. C. si in cõmuni eademq; cã ĩ integ. rest. post. Sed uidi in hac curia parlamenti tolerari indistinctè ra-

 siti-

tificationes sentẽtiarum, siue pro ratificãte fuisset lata sententia, siue contra eũ. Et ita etiam communiter pertransẽũt iudices inferiores præsentis patriȩ Delphi. ex quadam ęquitate. Et hãc partem sequitur Ang. de Are. post Raphaelẽ, qui dicit quòd est communis opinio in l. si se non obtulit. ff. de re iud. Et scripsi de hoc in apparatu meo, super statuto Delph. si quis per literas. in glos. super uerbo, appel. in fi.
4 * Vtrũ gesta per tutorem, uel curatorem possint ratificari per pupillũ? Bart. ꝙ nõ, in l. si tutor. C. in quibus causis in integr. restit. non est
5 necessaria. Sed * an tutor possit ratificare gesta per falsum actorem? credo quòd sic. per ea quæ dicit Bar. in d. l. si tutor. Vtrum per appellationẽ sententia nulla, ualidetur ex quadam tacita ratificatione: uide infra q. ccccc xxxvi. in uer. vi. pone. Bald. in l. falsus. C. de furtis. dicit, quòd gesta per procuratorẽ reuocatũ tamen possunt ratificari: cum tamen distinctione ibi posita. dicit etiam ipse Bal. in authen. ei qui appellat. C. de
6 tẽporibus appellationũ. * ꝙ si iudex interloquendo pronunciat assertũ procuratorẽ non habere sufficiens mandatũ, quòd postea non possum gesta per eum ratificare.

a L. licet.] *in glo. fi. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Oeconomum Ecclesiæ citari sufficit, in causis tangentibus capitulum Ecclesiæ. et quid de quolibet uniuersitate. numero. 2.*

QVAEST. CCCXXI.

IN causis tangentibus capitulum alicuius ecclesiæ sufficit quòd citetur oeconomus ecclesiæ. tex. notabilis ĩ l. omnes. §. hoc nihilomi
a nus *a*. C de episc. & cle. Idem
2 * in gardiano fratrum minorum. idem ĩ procuratore fratrum prædicatorum. idem in cõsulibus uniuersitatis, arg. d. l. Et ita etiã seruatur de stylo pñtis curiæ parlamẽti & aliarum curiarum præsentis patriæ Delphi. De materia cita-
b tionis, *b* plenè tetigi in notabilib. fo. xii. & fol. xxxii. uerso. & foliis xxxvii. lxxxiii. cxli. cxlv. De materia citationis etiam tetigi supra quæstione cclv.

a Nihilominus.] *Et ita ibi no. do. Bal. in i. nota.*

b Citationis.] *de materia citationis, uidè per do. Fely. in c. i. indispersim per totum cap. de multis modis citandi.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iudici delegato non creditur, nisi constet de eius mādato. Quid de ordinatione nu. 2.*

QVAEST. CCCXXII.

NOn creditur iudici đlegato, nisi de eius cōstet commissione. *a*
1 * per l. fin. C. de legibus. & facit text. in c. cū in iure peritus. extrà de officio deleg. Et idem in officialibus Cæsaris. l. prohibitum. C. de iure fisci. Et idē in procuratore. ut capit. alia. extrà de procura. & c. causamq;. extrà de iudiciis. & facit hoc ad quæstionem. agitatus est & completus processus coram locumtenente iudicis Graysnodani. nō constat ī processu de eius locūtenentia, nunquid ualeat talis processus? dic quòd non, per
2 iura suprà allegata. * Secus tamen est, de ipso iudice ordinario. quia licet in processu non constet de eius potestate, nihilominus tamen ualet processus, quia pro eo præsumit. ita tenet gl. in di. c. cum iure peritus. in gl. fi. Et ibi dicit Innocen. quòd sentētia talis delegati uel asserti locumtenēs non debet executioni demandari, nisi de eius cōmissione uel locūtenentia cōstet. & ita seruatur in omnibus curiis pn̄tis patriæ Delphinalis. Et de hac materia respectu iudicis delegati qualiter đbeat exhibere eius comissionem tanquam exerceat: uide quę dixi s̄. q. 286.

a Cōmissione.] *Et ideò delegatus quando citat, debet mittere copiam rescripti. nō tamen bullā, alias non ualet citatio. ordinarius uerò quando citat, non dēt facere fidē de sua iurisdictione. sufficit enim ipsum esse ī possessione iurisdictionis. Si tamē citat sibi subditum, uel in loco subditi, secundum dominum Bal. in Marga. in uerbo, delegatio. ibi, delegatus quando citat.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula testamentaria, Si non ualet iure testamenti, ualeat iure codicillorum, quid operetur.*
2 *Codicillum positne quis facere, sine testamento.*
3 *Clausula codicillaris si sit adiecta in testamento, nunquid testamētum ualebit iure codicillorū facto secundo testamēto.*
4 *Petitio hæreditatis directa an competat ea, qui agit uigore codicillorum.*

QVAES. CCCXXIII.

PAria sunt rogare uenientes ab intestato, uel dicere, si non ualet iure te-

ſtaměti,ualeat iure codicillo
rũ.de hoc eſt glo.no.in l.ſi iu
re.in fi.glo.ubi repetit,ibi,te
ſtator ab inteſtato.C.de teſta
men.manumiſ.& in l.ex teſta
mento.C. de fideicom. & ibi
etiam gl.not. quod not. pro-
a pter illam clauſulam, *a* ſi nõ
1 *ualet iure teſtaměti ualeat iu
re codicillorũ,quę conſueuit
b apponi in teſtamentis:*b* nam
ſi teſtamětum rũpatur,ueniẽ
tes ab inteſtato cenſentur ro-
gati reſtituere hæreditatem
hæredi ſcripto, ita etiam te-
net Dyn.Cy.& Bar.in auth.
ex cauſa.C.de lib.præteri.uel
exhære.& ita in hac curia par
lamenti uidi determinari in
iudicando.maximè in proceſ
ſu,reuiſionis nobilis Claudii
alamandi. ſuper Caſtro rupi
ſchinardi. de hoc ẽt tetigi q.
52.in fi.& q.513.&c. Si codi
cilli rumpantur rupto teſta-
mento, uide plenè per Ioan.
Ferrarii.in ti.forma libelli,ſu
per legato rei ſingularis. in
gloſ.ſuper uerbo, non ualet,
uel ualebit. & plenè ibi tra-
ctat materiam dictæ clauſu-
læ codicillorum.in glo. ſuper
uerbo,ualere debeat codicillo
2 rũ.Quòd*quis poſsit facere
codicillum ſine teſtaměto:ui
detur tex. in §. non tantum.
inſti.de iure codicil.& in l.ab
inteſtato.ff.eo.Ad cõfirmatio
nem codicillorum requiritur
aditio ex teſtaměto,ſi factum
ſit. ſed quãdo nullũ factũ eſt,
tunc codicilli requirunt tan
tum aditionem ab inteſtato.
ita ponit Bar.in l.ſi quis.§.te
ſtamento.ff.de iur.cod.in qua
l.in prin.ponit,ꝙ per codicil
los ab inteſtato uidětur roga
tiones ſuccedentes nati & na
ſcituri:quia quando quis de-
cedit inteſtatus, uidetur inſti
tuere illos.qui ſibi ſucceſſuri
ſunt ab inteſtato. Pro quo l. 3
cõficiunt.ff.de iure codic. Ex
quibus concluditur,ꝙ ſi appa
reat de teſtaměto,codicilli ca
piunt uires ex teſtamento. Si
autem non cõſtat de teſtamẽ
to, uel dicetur teſtamentum
nulliter factum inter ueniẽ-
tes ab inteſtato,uidětur roga
ri reſtituere hæreditatem per
modum fideicommiſsi,ſecun
dũ formam codicilli. & pro
hoc faciunt not.per Bar.in l. 4
Scæuola.ff.ad Treb.Eoipſo,ꝙ
quis inſtituitur in codicillis,
debet hæreditatem accipere
uenientibus ab inteſtato, ac
ſi per fideicõmiſſum eſſet re-
licta:ut dicit Hoſti.in ſum.de
teſti.§.quibus autem uerbis.
uer.ſed cui ĩ codicillis &c.Et
eſt tex.in l.ſi qs cũ. circa pri.
ff.de iur.codicil. & gl.& Bar.
in l.ex teſtamento. C.de fi-
deicommiſ. Quid ſi teſtator
di cit,

dicit, quòd iure cuiuslibet alterius ultimæ uoluntatis ualeat? uide glo. in l. eam quam. super uerbo, tradetur. C. de fideicom. & glo. in auth. ex causa præteri. glo. in fin. C. de li. præteri. & l. ex ea. §. i. ff. de testa. & p Bar. ĩ l. i. ff. d iur. cod. Vtrũ in codicillis posſit reuocari ſubſtitutio facta in testamento? uide Bar. ff. de test. mili. l. militis codicilis. in prin. Quid si in testamẽto ſit adie-
3 cta clauſula *codicillaris, nũquid ualebit testamentũ iure codicillorum facto ſecũdo testamento? dicit quòd non ualebit iure codicillorũ, niſi in ſecũdo teſtõ fiat mẽtio de primo teſtõ: aliàs nõ trahẽdo diſpoſita prio teſtõ ad ₤m. ar. ff. de iniust. rupto testa. l. poſcimus. §. fi. & ff. ad Trebel. l. si quis priore. Bal. hic dicit ĩ d. §. fi. post Nico. Materelli. Sed
4 * an illi, qui agit uigore codicillorũ, cõpetat petitio hereditatis directa? dic ꝗ nõ: quia in codicillis hæreditas nõ potest dari directè, licet per fideicommiſſum & uerbis precariis hæreditas dari & auferri poſsit in codicillis, ut l. hæreditatem. C. de codicil. inst. eo. §. pen. & l. hæreditas. ff. de his, quib. ut indig. & l. ii. §. fin. ff. de iure codi. Sed per tale fideicommiſſum uniuerſale in codicillis relictis cõpetit actio
c ex testamento, c ut not. Spec. ĩ ti. de testa. §. i. uer. ex codicillis. ibi dum dicit, nec mireris, si ex codicillis actio ex testamẽto competat &c. hoc idẽ uoluerũt gl. & doct. in c. Raynaldus. de test. in glo. quę incipit, hic agebatur actione ex testamento. Sed ubi agitur ex codicillis. an competat remedium. l. fi. C. de edic. diui Adria. tollen. Cyn. ibi dicit ꝗ nõ. Et ulterius dicit ibi Cyn. ꝗ fideicommiſſario non competit remedium. d. l. fin.

a Clauſulam.] *Clauſula enim codicillaris in teste inualido, facit uenientes ab intestato uideri grauatos de restituendo hæredi ſcripto. l. ex ea. §. i. per gl. fin. de test. do. Bar. in l. posthumus. §. fin. de iniust. testamen. et in auth. ex cauſa. ul. q. et ibi do. Bal. vij. q. C. de libe. præte. do. Alex. in l. certi. C. de test. iiii. & in conſi. xli. in. i. uol. et d. Bal. in d. l. ex ea. §. ex his. in uer. in ea gl. ubi uult istud eſſe uerum, etiã si testamẽtũ ſit nullum, ex cauſa præteritionis, uel exhæredationis: licet aliter ſentiãt Ray. et Old. ut ibi refert ipſe do. Bald.*

b *In testamẽtis.] *Aduerte ad unũ ſingulare dictũ, quòd uirtute clauſulæ codicillaris oppoſitæ in testamẽto ſubſtitutio facta etiã per uerba directa, trahitur*

bitur ad fideicōmissum: ut not. uoluit Bal. in l. uerbis ciuilibus. in fin. ff. de uulg. & pup. tradit Alex. in consi. lxxxii. incip. perspectis his. in i. uolu. & hoc pro notabili dicto ponit mathesi. in nume. suo. cxli. incip. nota mirabilem doctrinam. et idem Pet. de Ancha. consi. xvii. incip. non seruato ordine dubiorū. in prin. refert & sequitur do. Phili. Deci. in consi. ccv. in causa. circa fi. in ii. parte consiliorum. ubi dicit, istud bene procederet in substitutione compendiosa, prout loquitur Bald. in d. l. uerbis ciuilibus: & alii, qui illū sequuntur. alias secus. uide do. Phili. Dec. in l. precibus. C. de impub.

c Actio ex testamēto.] *Puta utilis: cum ad instar testamenti codicilli sint inuenti. ita dicit gl. in uerbo directo. in § codicillis. instit. de codi.*

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum mihi cōpetit cōtra illum, qui actum minus iuridicum contra me exercuit.*

QVAEST. CCCXXIIII.

1 SI* quis Titium faciat capi,
2 *a* uel citari, aut aliàs inquietari per curiā, nec subest causa iusta, præcedēte uel post probata, an ipse talis qui capi fecit, possit iniuria-
b rum conueniri. *b* l. iniuriarū. §. si quis per iniuriam. ff. de iniuriis. & bene facit l. in criminali. ibi, executionem poscit militaré &c. C. de iurisd. om. iudi. Si enim ex occupatione rerum uel expositione uenali publicè facta; competat mihi actio iniuriarum. l. item apud Labeonem. §. si quis bona. & §. sequē. ff. de iniur. multò fortius competit ex captione personæ, cum in plus se habeat persona, quàm bona; arg. l. sancimus. C. de sac. sanct. eccle. idē dum practicabam cōsului, & ex post uidi super hoc iudicari in hac curia parlamenti. De actione iniuriarum in alio casu, uide suprà q. 293.

a Si quis Titiū faciat capi.] *Vide de hoc malè in decisi. Thol. q. 6. & aliquis. q. 397.*

b Iniuriarum cōueniri.] *Hoc tamen intellige uerum, quādo quis ad talem actum processit animo iniuriādi, et de hoc cōstat, quia in dubio non præsumitur. & ideo cōueniri debet actione in factū, & quasi maleficium. secundum do. Bar. in l. iniuriarū. § idem Labeo. ff. de iniur.*

SVMMARIVM.

1 *Insinuatio donatiōis potest fieri quocunque iudice.*

2 *Insinuatio donationis, ad quid introducta.*

3 *Insinuationis diffinitio.*

4 *Insinuatio an possit fieri post donatio-*

nationem.

5 *Insinuatio an requiratur in donatione causa mortis.*

QVAEST. CCCXXV.

1 POtest fieri* ĩsinuatio donationis coram quocunque iudice, secundum Bar. nec requiritur decretum secundum eum, prout ipse ponit, in l. Modestinus. ff. de dona. Sed super hoc attẽde: quia
2 gl. ordi. *a* in auth. ut non fiãt pignorationes. §. fin. col. v. dicit, quòd iudex donationem debet confirmare, per ueram suam authoritatem, ac decretum debet ĩterponere. Quid dicẽdum? Crederem, quòd iudex debet esse competens uel respectu rerum, quæ donantur, uel respectu donantis. Et est ratio, quia insinua-
2 tio* requiritur propter duo, primò ut nõ fiat donatio clausa, sed publicè, ne donãs fraudetur. l. data. C. de dona. Et ideò in talibus summis ccccc. aureos excedentibus, requiritur maior solennitas. arg. l. fi. iũcta glo. ibidem posita. C. si certũ pet. Secũdo ꝙ fiat ĩsinuatio apud iudicem, quia in his quæ coram eo fiunt metus & dolus abesse præsumũtur, proptereà ibi iudex decretum interponit. l. i. C. de prædiis mino. l. si quis spontaneis. lo i. C. de decurio. lib. x. & propterea dicit Bal. in l. pacta nouissima. C. de pac. quòd si testamentũ uel donatio causa mortis coram iudice, scilicet apud acta insinuentur, ualent, licet duo testes dũtaxat existãt, & hoc determinat, per l. omniũ. C. de testa. quod est notabile: sed ꝙ talis iudex debeat esse competens, probatur in l. secundum. C. de dona. & ideo si fieret talis insinuatio ꝑ episcopum, uel coram eo ipso nõ ualeret. l. repetita. C. de test. & facit quod ibi not. per Bal. Sed si iudex super talibus insinuationibus fiendis fuerit deputatus per partes, in alium nõ possunt consentire: ut l. secundum. & l. repetita. suprà alleg. Et ita determinat per dictas ll. d. Bal. ĩ l. illud. C. de sac. san. &c. ubi autem non esset alius talis iudex deputatus; tunc in dubio iudex ordinarius respectu donãtis uel rerum donatarum esset competens. l. præsidium. C. de prædiis min. facit bene l. i. & ii. C. si nõ à competen. iudi. Modò sic est, quòd si talis insinuatio posset fieri corã quocunque iudice, & ita coram alio, quàm corã ordinario, nulla esset prouisio legis ordinantis fieri insinuationẽ. patet, quia ipse talis iudex ignorat cõditionem donantis. & non inquire-

quireret uel posset inquirere,
utrũ donans fuerit deceptus,
ĩductus, uel seductus, & quid
ex tali donatione consequit̃,
aut consequi potest. imò nec
de inquirendo curat. & ideo
nimirum si iudex ordinarius
debeat esse ille, coram quo fit
talis insinuatio; aliàs uolẽs do
nationem excessiuam sibi fie
ri uel eam etiã uolens facere
legem de facili fraudaret, eli
gendo aliquem iudicem igno
notum, ignorantem, & incõ-
petentem. & istius opinionis
uidetur esse Bal. in l. illud. &
pro tãto dicit ibidem Guliel
3 mus de Cug. quod quia* insi
nuatio nihil aliud est, nisi de
scriptio in actis facta decre-
to uel authoritate iudicis
competentis. & hanc par-
tem credo fore uerã & tutio
rem, quicquid dixerit Bar-
tol. & ita uidi determinari in
pluribus & diuersis causis
quas uidi temporibus meis
in hac curia parlamenti Del
phi. diffiniri. Sed an insinua-
tioni possit cũ iuro renũcia-
ri? uide quæ dixi infrà q. 350.
4 Sed* an insinuatio possit fie-
ri post donationem? dic ꝙ sic.
l. fi. §. pen. C. đ don. ante nup.
Et sicut donatio propter nu-
ptias respectu mulieris & in
eius fauorem, non indiget in
sinuatione, sic nec pactũ de
donatione lucri factum etiã
insinuatione, non indiget. gl.
in l. i. §. fi. in fi. C. de don. ante
nup. Itẽ Azo. & Cyn. in d. §.
fi. & est alia gl. in auth. ut spó.
largi. in prin. col. ix. An in do
na. cã mortis requiratur insi-
5 nuatio?* credo quod nõ quia
olim donatio cã mortis ad in
star donationis ĩter uiuos e-
rat generaliter insinuanda: ut
C. de dona. l. donatio. hodie ta
men si quinque testibus exti-
tit uallata, non requirit solẽ
nitatem insinuationis. Est ho
die expressum. C. de donatio.
causa mortis. l. fi. & not. glo.
in l. si quis pro redemptione.
§. fin. C. de don. Specu. in tit.
de instrumen. edi. §. porrò. q̃a
in l. si quis pro redemptione.
§. fin. C. de don. fit mentio de
solidis, respectu ĩsinuationis.
Quæro quantum ualent illi
solidi. Dic quòd solidus ibi
accipitur pro aureo, quorum
lxxii. faciunt libram. ita dicit
Cy. in d. l. si quis pro redem-
ptione. & ĩ l. illud. C. de sacro
sanct. eccle. Idem uidetur te
nere gl. in. §. fin. instit. de pœ
na. temere litigantiũ. Vtrũ in
donatione ob causam requi
ratur insinuatio: uide Barto.
in l. Aquilius Regulus. ff. de
donati. De materia insinua-
tionis tetigi infrà q. 16.
a Gl. ordin.] *Posita in uer. illud*
quo

quoque gestis monumentorum. & ad glo. sequen.

SVMMARIVM.

1 *Compositio facta per incarceratũ, iustè detentum, ualet.*

QVAEST. CCCXXVI.

a DE iure iudex potest ĩducere partẽ *a* ad cõpositionẽ: ut no. Spe. in tit. de offi. omn. iud. in §. deseruit. in uersi. & generaliter.* ibi, partes ad cõpositionem. & ualet compositio fa-
1
b cta per incarceratũ *b* iustè detentũ: ut tenet Bar. in l. qui à
c latronibus. ff. de testa. *c* Tamẽ de stylo & cõsuetudine præsentis curiæ parlamẽti Delphi. ipsa curia nõ tolerat cõpositiões, quas faciunt banneretis aut eorũ officiarii, cõtra quæstiones ĩ eorũ iurisdi. sed grauati conquerentes in hac curia parlamẽti Delphi. audiuntur, & uocatis talib. bãneretis & eorum officiariis, reuocantur tales compositiones summariæ, absque processus inuolutione. Et inde remittũtur tales componentes corã iudicibus taliũ banneretorũ, pro iustitiá, de casu, pro quo dicuntur composuisse debitè ministranda, quandoque tamen ex iusta causa mouente curiam, ipsa curia aduocat ad se causas, pro quibus compositiones dicuntur factæ: prout & ita factũ fuit die iii. mensis Nouẽbris, M.ccccl ix. qua die fuit aduocata causa inquisitionis coram iudice Bresiaci inchoata super prętense occultatione limitũ bressini & de roybonis: quia officiarii bresiaci inquestatos componi fecerũt ad certas magnas pecuniarũ sumas, quæ cõpositiones dicta die etiã fuerunt reuocatæ. & recepit inter dictas partes factas Ioannes Albi secretarius Delphi.

a Inducere partẽ.] *Vide sup hoc d. Fely. in c. super questione. de offi. deleg. Quoniam etiam debet iudex prius concordare partes, quàm ad iudicium ueniant, si potest. v. q. 2. si primates. et xc. di. studendum. xxiii. q. ulti. si quis membrorum. & de simonia. c. querelam.*

b Per incarceratum.] *Vide s̃. q. 253. et Adde quæ ibi dixi in uerbo, non subsistit uiribus.*

c ff. de test.] *Et per eundem in l. qui in carcere. ff. quod metus causa.*

SVMMARIVM.

1 *Minores & reliqui fratres, an possint hæredes institui. Et an ualeat testamentum. uide & nu. 2.*

3 *Conuentus Prædicatorum, an possint hæredes institui.*

QVAEST.

QVAEST. CCCXXVII.

AN fratres minores possint hæredes institui, & ualeat testamētū?
1 *uidetur ꝙ nō. *a* per c.i. de re
a li. domib. li. vi. & ita ibidē aliqui tenēt: qa ipsi nō possunt habere propriū in cōi, nec in particulari: ut not. Bar. in l.i. ff. de test. Credo tamē contrariū. ar. l. si qs ad declinādam. circa prin. in uer. si quidā captiuos &c. C. de epi. & cle. nā si captiui, qui sunt serui, ut §. serui. lo ii. instit. de iure ꝑso: possunt hæredes institui. ut in d.l. si quis ad declinādam. Pari rōne & tales mēdicātes. & hāc partē tenet Bar. in l. ciuitatibus. ff. de le. i. licet enim ipsi sint incapaces proprietatū, utpotè domorum & possessionum: ut d.c.i. & cle. exiui de paradiso. non tamē prohibētur hęredes īstitui, adeò ꝙ tales res hæreditariæ ꝑ episcopū
b uēdenť, & ꝑtiū eisdē tradeť: *b* ut d.l. si qs ad declinādā. & l. fideicom. §. si seruo. ff. đ le. iii.
2 Et ita ibi tenebať. Et * ꝙ possint hęredes institui, uř casus expressus in l.i.C. de sac. san; ecc. cōsiderato ꝙ eorū religio est approbata. ut d. c. i. & cle. i. de regula. & trans. ad reli. & id quod eis relinquitur in dubio, censetur relictū ecclesię suę, ut l. ciuibus. ff. de re. dub. & c. requisisti. in prin. extrà de test. ꝓ quo uide Bar. in l. seruos. ff. de ali. lega. & ita seruatur ī iudicādo in hac curia parlamēti, & tolerātur institutiones, de ipsis fratrib. minoribus factæ: sed de stylo &
cōmuni obseruātia præfigit eis annus, infra quē habeant bona hereditaria, uēdere, & in manibus capitibus ponere, ita semꝑ uidi obseruari. Sed
3 an *cōuentus prædicatorum possunt hæredes institui? credo ꝙ sic: quia licet prædicatores non possint in particulari aliquid: tamē ī cōi possunt habere, ut dicit Bar. ī tractatu suo minoricarū. in §. de hæreditatibus, quæ ab intestato defe. tamen quæ bona dicunt ad manus mortuas deuenire, qui ut plurimū mouentur de directo dńio alterius. dictacuria parlamenti consueuit statuere terminū arbritrio ipsius curię, infra quem ipsi habeant bona hæreditaria uendere, & extra manus suas ponere, ne domini directi fraudentur eorum laudimiis & uenditionibus. Et de materia prædicatorum & aliorū: uide c.i. de relig. do. lib. vi. & Spec. in ti. de statu monac. in uer. tertiò quęro. uide ēt omnino Io. And. qui loquiť de præ-

prædicatorib. & minorib. in c.nimis praua.extrà.de priui legiis.& ibi tex.De hac materia,uide quę scripsi in notabilib.meis in §.secundũ cõem doctrinam doct.&c.fol.lxiiii uerso.

a Quod nõ.] *Ista est ueritas:iure tamen legati,eis aliquid de hæreditate relinqui potest:dummodo non tantum, quòd præsumi possit in fraudem:extrà de uer. sig.cle.exiui de paradiso.§.proinde.et ibi do.Car.in ii.q.*

b Per episcopum uendentur & eisdẽ preciũ tradetur.] *Istud uidetur fieri de æqtate: sed hoc nõ potest bene probari iure:ut dicit do.Car. in præ.§.proinde.v. colũ.ibi,et per hoc de æquitatẽ.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex an possit extraneum delinquentem in suo territorio punire.*

2 *Episcopus an possit suum Archiepiscopum excommunicare, delinquentem in sua diæcesi.*

QVAES. CCCXXVIII.

SEruiẽs curiæ Delph. de buxo,deliquit in territorio meo sancti Albani baronis, an iudex meus sancti Albani possit eum puni-
1 re? * Videtur ꝙ sic. dũmodo hoc notum faciat iudici maiori Delph.buti. per tex.in l. in officiales.C. de officio re-
a cto.prouinciæ.& ibi Bar. *a* facit l.cõtra. C.de excep.& ex a&t.lib.xii. & super hoc uide, quæ plenè nota.Pet.iac.ti.de arbore succes. regni Franciæ. §.est & aliud.uer.sed quid e-
2 rit. ubi idẽ tenet. * Sed nunquid eps suũ Archiepiscopũ excõmunicare possit,si ĩ sua diœcesi delinquat?dic ꝙ nõ: quia inferior est,ut dicit Inn. in c. statuimus.extrà de maio.& obe.sed extraneũ Arch. sic : quia in suo territorio est maior.& hæc hic duxi inferẽda:quia die herina tertia huius mẽsis Nouemb. M. cccclix.audiui casum euenisse de facto in personã ministralis Delphi.de uiro,qui in territorio Varciæ citauit quendã hominem, & qui ministralis fuit inquestatus in curia Varciæ per iudicem loci:quia absque requirẽdo officiarios dicti loci Varciæ,exercuit officiũ magistratus in territorio alieno.&c.

a Ibi Bar.] *Qui ita no.formaliter. et hoc sentit do.Azo in sum.e.ti. de off.re.prouin.in uer.sunt autẽ multa ibi,delinquentes præsentiat etiã si extranei sint &c.*

SVMMARIVM.

1 *Creditor debet facere citari debitorem,uisurum uenditionem*

pigno-

pignoris.

2 *Executor non tenetur seruare ordinem iudiciorũ in citationibus et aliis.*

3 *Excommunicatus an possit petere executionem sententiæ.*

QVAES. CCCXXIX.

1 DE iure creditor*debet facere citari debitorẽ uisurum uenditionẽ pignoris,aliter non ualet executio.hoc probatur in l. creditor.C.de distra.pi.ibi,notũ debitori facere &c.Quod ita seruatur in ciuitate Aueniois & in Sabaudia, prout uidi:& in multis aliis curiis, ꝑ ut audiui : sed in hac patria Delphi. de stylo & consuetudine ac ex tacita mẽte statutorum huius patriæ seruatur cõtrariũ:quia in tali executione,uenditione pignorum, in incantibus pignorũ nõ uocatur debitor,donec factis incãtibus debitor citatur:dicturus cur pignora incãtata emptori expediri nõ debeant.debet tamẽ aduertere creditor, ꝙ nõ capiat bona plus ualentia,quàm ascendat debitũ: ut dicit gl.in l.quandiu.C.de distrac.pign.Sed propter hoc, si cõtrariũ facit,pignoratio nõ est nulla:sed uenit reuocãda: ut dicit Bar. in l. à diuo Pio. a §.in uẽditione.a ff.de re iud. Quod ita etiã disponũt statuta Delph.quæ prohibẽt bona capi in duplo plus ualentia: quæ statuta in hoc seruantur in hac curia parlamenti & ceteris curiis Delph.Et sup hac 2 materia uide* Inn.in c.ex ratione extrà de appe.ubi dicit, ꝙ executor in citationibus & aliis,nõ tenet̃ seruare ordinẽ iudiciorum.qui do.Inno.ibidẽ subiũgit,ꝙ executori nullus ordo præfigit̃, nec uitiat, quod fit ab executore,ratione ordinis nõ seruati:& ideo secundum eundẽ ibidẽ non habet citare partes:attamẽ quo ad citationem contrarium uidet̃.per ca.licet episcopus.extra de prebẽ.li.vi.in fi.Sed de stylo omniũ curiarũ Delph. nõ uocatur pars rea in executiõe sentẽtiæ:nisi pars uictrix tardauerit facere exequi suã sentẽtiã,per duos uel tres annos:quo casu cõsueuit de stylo pars rea citari dictura cur talis sentẽtia executioni demandari nõ debeat: & super hoc proceditur summariè absq; inuolutiõe processus.De materia executionis,uide quę dixi s̃.q.98.& q.215.& q.281. 3 Sed * an excõmunicatus possit petere executionẽ sententiæ?Inn.dicit ꝙ nõ,in capitulo,uenerabilẽ.extrà de exe.& idẽ tenet ibidẽ Host.& reci.

Arch.

Arch. quidẽ uidetur tenere in c. ſicut ſine iudicio. ii. q.i. An iudex requiſitus poſſit cognoſcere de uirib. ſñiæ? ui de quæ dixi ĩ.q.574.&c.

a Bar.in §.in uẽditione.] *In ver ſi.quæro,hic dicitur.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor antè, quàm accedat ad administrationem, quinque ſunt neceſſaria, quæ uide per diſcurſum.nu.2.3.4.5.& 6.*

2 *Tutor, qui daĩ ex inquiſitione, debet pronũciari idoneus, antè, quã ſibi decernatur tutela.*

QVAEST. CCCXXX.

Qvinque ſunt neceſſaria, antequam tu-
1 tor*accedere debeat ad adminiſtrationem.primò,
2 ꝙ recipiat* res cũ decreto *a*
a l.iij.ff.de auth. tu. & eſt tex. expreſſus in l.naturali.in fi. ff.de cõfirmando tu. Et iſtud decretũ nihil aliud eſt, quàm præſtare tutori quaſi poſſeſſionem adminiſtrationis, ſicut dicũt cano. ꝙ aliquis ſit inſtitutus in beneficio;nõ ta mẽ accepit adminiſtrationẽ: niſi ponaĩ in quaſi poſſeſſione adminiſtrationis.extrà de inſtitu. c.ii.in princ.per Inn. de conceſſione præbendæ. c. propoſuit.in i.glo.& iſtud decretũ conſueuit omitti: quia ſemper in decretatione tutelarũ iudices interponũt eorũ decreta.& hoc non omittunt ꝑ ꝑ emolumẽta ſigilli.Secũdò,
3 requiritur,*quòd tutor faciat inuẽtarium de bonis pupilli: ut probatur in l.fi.C.arbitriũ tutelæ.Iſtud & ſecundum extremum nõ obſeruatur: quia de ſtylo curiarũ tolerant geſta taliũ tutorum in iudiciis, & extrà,pro & contra pupillos,poſito, quòd non conſtet de confectione inuentarij.
4 * Tertiò requiritur,quod iuret. in auth. quæ obligari res minorũ prohibentur.§.fi.col. v. Et iſtud ſeruatur . quia in omnibus decretationibus tutelarũ iudices faciunt iurare
5 tutores. Quarto*requiritur, quòd ſatiſdet: ut nota.glo.in l.legitimos. C.de legi.tu.Sed contrariũ huius,etiã de ſtylo curiarũ præſentis patriȩ Delphina. ſeruatur & toleratur, quòd tutores admittuntur ad adminiſtrationem etiam ſine
6 ſatiſdatione.*Quintò , quòd expreſſè promittat defenſio-
b nem *b* pro pupillo ſuſcipere: per tex . in l. fi. §. ſancimus. C. de adminiſt. tuto. & iſtud ſeruatur.quia notarij qui recipiunt inſtrumenta tutelarum,hoc non omittunt ponere in eorũ inſtrumentis. Aduertendum tamen, quia licet

de iure præmissa requirãtur, tamen in his, quę ad cõmodũ pupilli simpliciter spectarẽt, ualent gesta per tutorẽ etiam præmissis quinq; nõ interuenientibus. ut ff. de administratione tutorũ. lege, tutor qui repertorium. & C. de tut. uel cu. qui satis non dederũt. lege fin. ita dicit Bartol. in lege prætor. ff. de noui operis nuntiatio. Cynus uerò circa dictũ paragraphũ, sancimus, in lege finali. C. de administratione tutorum dicit, quòd dicta quinq; requiruntur: ueruntamen dicit ipse circa ultimũ, quòd tutor debet cũ satisdatione promittere pupillũ indefensum non relinquere: sed de stylo curiarũ præsentis patriæ Delphinæ tolerantur gesta per tutorẽ, etiã si nõ satisdederit; ut suprà dixi. tamen a ipsi semper promittunt pupil 1 lũ indefensum nõ relinquere.
7 re.*Vnum etiam aliud addo, quod de iure tutor, qui datur ex inquisitione, debet pronũciari idoneus, antè, quàm sibi b decernatur tutela, l. tutores. in fin. & ibi hoc tenet Bartol, ff. de confirmando tuto. Sed istud ultimũ etiã de stylo curiarũ huius patriæ non seruatur. quia iudex cõstituto sibi ex inquisitiõe, ꝙ sit idoneus, consueuit eum decernere tutorem, absque eo quòd pronuncietur idoneus &c.

a Cũ decreto.] *Quod autẽ iudex interponit in huiusmodi actu legitimo suam authoritatẽ & decretũ: & de forma instrumẽti, uide Spec. in tit. de tut. in § i. & ij. sed q. in uersi. instrumentũ autẽ. & in uersic. in datiua authẽ.*

b Defensionem.] *An autẽ tutor, curator, & similes possint dimittere administrationẽ, & nõ esse defendere, cum opus est. uide in Specul. de actore uersic. sed quæritur. & dicit ibi, ꝙ est in arbitrio iudicis, an uelit eos remouere, an cogere, ut administrent.*

SVMMARIVM.

1 *Testamentum an possit probari per instrumentum.*

QVAEST. CCCXXXI.

AN testamentũ possit probari a per* instrumentum? glos. disputat hanc quęstionem in l. ij. C. de fideicommissis. & ibi uide Bartolum, & plenius in l. hæredis. in princip. ff. de testamen. qui tenet opini. Ioan. b quam dixit de cõsuetudine seruari. & quæ cõsuetudo seruatur in tota hac patria Delphina. & ubique &c.

1 Possit probari.] *Vide do. Alex. cõsilio à secundo uol. ubi dicit, ꝙ testatris uoluntas debet probari per vij. testes. & illa probari testa-*

testamenti solennitas potest probari per duos testes.

b Opinio Ioan.] *Vide Specu. in titu. de probat. §. uidendum. in uersiculo, an testamentum, qui remittit ad d. l. fina. C. de fideicommis. & sic concor. cum præsenti authore.*

SVMMARIVM.

1 *Hæres institutus, potest perpetuò hæreditatem adire.*

QVAEST. CCCXXXII.

1 a HAEres* institutus. perpetuò *a* potest hęreditatem adire. ut uult glossa, in lege cum antiquioribus in glo. super uerbo, beneficio. in princip. C. de iure deliberã. siue sit suus, siue extraneus, quod sic etiam tenet & plenius in lege, quandiu le ge prima. & in lege, quandiu. lo tertio. ff. de acquiren. hęredita. & ibi Bartó. & plenius ipse Bartol. in l. si quis suus. ff. de iure deliberãd. quod uerum est, nisi tẽpus esset à iudice ad instãtiã substituti uel aliorũ quorũ interest, pręfixũ adeũdi: qm̃ tunc lapso tẽpore non potest postea adiri. ut dicta lege, quandiu. lo tertio. & facit etiã quod not. Bartolús, in dicta lege cum antiquioribus. Nec obstat dicta lex. cũ ubi ius deliberandi est annale: quoniam hoc est uerum respectu iuris transmittendi: sed non respectu succedendi, quin possit semper adhuc is, cui delata est hæreditas, si uiuat, adire. ita uidi determinari, &c.

a Perpetuò.] *Hoc ad xxx. annos Aditio enim post xxx. annos fieri non potest. lege, licet. & ibi doct. & do. Bal. in uersi. iij. quæro. C. de iure delib. do. Bald. in l. recusari. ff. de acquir. hæret. & ista est causa doc. opin. secundũ do. Alex. de Imol. in præ. l. licet. iij. uer. an autem. & ibi consultat opi. do. Saly. tenentis contrarium.*

SVMMARIVM.

1 *Fiscus hæres institutus, non patitur pœnas statutas contra nõ conficientes inuentarium.*

QVAES. CCCXXXIII.

1 a FIscus * hæres institutus non patitur *a* pœnas statutas contra non conficientes inuentarium. de quibus in l. sancimus. C. de iu. deli. per l. j. §. an bona. & l. nõ possunt. ff. de iur. fis. & ita uidi iudicari, ut etiã dixi in q. cccccclxxj. i uers. an fiscus &c. Sed qd de ecclesijs, uel ecclesiasticis ꝑsonis, aut pijs locis, ut sunt hospitalia, si hęredes instituãt, patiẽtur pœnas? de qui-

quibus in d.l.sancimus.Et uidet quòd sic,per auth.de hæred.& Falci.in §.fin. & ita tenet Iac. de Bel. uisu in fine suæ lræ.idē d.Ray. de Sabanaco in rep.sua.§.si uerò postquàm.in d.l.sancimus.sed potest restitui.p cle. i.de in integrū resti.facit c.quia contingit.§.illi ēt.de relig.do. ī cle. Bar.super hoc ultimo dubitauit,ut refert ipse in auth. sed cum testator.C.ad l.Fal.&c.

a Non patitur.] *Quia fiscus non tenetur conficere inuentarium, cum nō teneatur ultra uires hæreditatis, secundum do. Barto. in l. i. §. an bona ff. de acqui. hæredi.*

SVMMARIVM.

1 *Responsio ad positiones,per, credit,uel,non credit.*

QVAES. CCCXXXIIII.

Debet de iure responderi positioni,per uerbū credit,uel non credit, iuxta quod quero: in positione deducitur aliquod instru-
1 mentum,reus respōdit* & dicit,respōdeo & dico prout in instrumento super hoc confecto continet:an sit sufficiēter responsum? credo ꝙ sic.quia perinde habetur ac si expressè expresſisset id, quod in instrumento continetur, per text.in l.fin. C. de fal.causa adiecta legato. cum ipsa,sint paria,expressè exprimere,uel per relationem a ad aliud. pro quo l.edicta. glos. prout. C.de eden.& quę ibi no.Bar. facit bene lex ait prætor.§. fin.ff.de re iud. Et hoc etiam similiter scripsi ī.q. 459. Et ita dum practicabam, obtinui. & uidi etiam in hac curia parlamēti tales respōsiones tolerari etiam in contradictorio iudicio.

a Per relationem.] *An par sit aliquid fieri expreſſè uel per relationem certam? do.Felyn.de re iudi.c.inter cæteras.in i.conclusio.Et adde dicta authoris,quod in simili dicit do. Panor. uo.ii. consi.iiy.i.co'um. uers. quia per relationem. in fi.*

SVMMARIVM.

1 *Substitutis duobus,quorū unus decedit antè, quā hæres,an eius portio remaneat hæredi hæredis uel deueniat ad consubstitutum.*

QVAEST. CCCXXXV.

Quæro, duo dati sunt substituti: unus decessit prius, quàm hęres: deinde ipse hæres decessit altero substitutorum superstite. Vtrū talis superstes possit petere tam portionem suam,quàm portionem alteri sub-

substituto defuncto relictam.
a text. vñ q sic, *a* in l.una.§. in primo itaque. ibi uel ibi coniũctus fuerat. & in §.is itaq;. C.de cadu.tol. nec cedit lucro hæredũ hæredis instituti, nec est differentia fiẽda, utrũ tales substituti sint re & uerbis, aut uerbis tantum cõiuncti. ut d.§. in primo itaque. & §.is itaq;.de cadu.tol. Et quæ sit ratio. dic ut ibi per Bar.

a Quòd sic.] *Hoc non uidetur procedere, quando dictio taxatiua scienter uerbis expressis à testatore posita esset: per text. singul. in l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebelli. & nihil ad rẽ, licet loquatũ de institutione: quia ius accrescendi habet locum in substitutione. d. Bal. & Ioan. de Imo. in l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de uulga. & pupilla.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio an dicatur deserta, si nõ introducatur a termino a Iudice præfixo: et uide nu. 2*

QVAEST. CCCXXXVI.

1 AN iudex a quo, possit præfigere* terminum appellãti, ad introducendum suam appellationẽ coram iudice ad quem? dic q sic, adeò q si tempore præfixo nõ introducatur, erit appellatio deserta: quia tale tempus est in arbitrio iudicis, à quo: a ut tenet gl. in l. præses. *a* C. de appella. & tex. facit in c. cum sit Romana. extrà de appel. Et ita seruant stylus & statuta presentis curiæ parlamenti, & alrarum curiarum præ
2 sentis patriæ Delphi. Sed* pone, quòd appellans ante tempus sibi præfixum introducit suam appellationẽ. uerbi gratia, iudex a quo, dixit appellãti: introducas appellationem tuam decima instantis mẽsis Maii. si talis appellans dictã die non introducat eius appellationem, sed ante dictam diem, an dicta appellatio censeri debeat deserta? Videtur q sic, per clẽ. quamuis. rigor. de appellationibus. Sed credo, quòd non: per tex. in l. cũ antiquioribus. §. in his autẽ. ibi, & præmaturæ. C. de tẽp. appel. ita tenet gl. in authen. ei qui. super uerbo, unius mẽsis &c. C. eo. nec obstat dicta clemẽ. quãuis. quia ibi tẽpus est concessum in fauorẽ iudicis a quo, hic in fauorem partis, quare secus. Pro quo l. quod fauore. C. de legi. & l. pe. C. de pact. tamẽ ut tollatũ ista difficultas, iudices Delphi. consueuerunt dicere, & interim quandocunque. De mã ista & apostolorum concessione et tetigi s. q. 25. in fi.

a L.preses.] *De hoc uide do. Alex. Bart. in d. l. præses.*

SVMMARIVM.

1 *Emptionis uel uēditionis titulū accipiens, uel ex quolibet alio contractu, rem litigiosam sciēs pretio etiam punitur.*

2 *Venditor puniaturne in plus, quia rem litigiosam uendit emptori ignoranti.*

3 *Supplicatio an faciat rem litigiosam.*

4 *Litigiosi uitium an duret perempta instantia.*

5 *Litigiosa res an possit hipothecari.*

6 *Litigiosi uitium qualiter contrahatur.*

7 *Lis quando dicatur pendere.*

QVAEST. CCCXXXVII.

PRo declaratione & summario l. censemus. C. de litigiosis. 1 * scias ꝙ ille, qꝫ accepit emptionis uel donationis titulū, uel ex quolibet alio cōtractu, rem litigiosam siquidem sciens, nō tm̄ teneť rem reddere uenditori: sed ēt puniť pretio, quod applicať fisco: nec cedit lucro alienantis: sed de suo ipse alienans tantū teneť fisco dare. si aūt ille, qui accepit, ut ignorās, fit restitutio rei uēditori, & pretiū eidē restituiť, per uēditorē, aut ab eodē liberatur, si nō soluerit, & amplius habebit emptor a uēditore tertiā partem pretii. b Et idem est in donatione rei, uel contractu, exceptis tamē excipiēdis in d. l. cēsemus. sed a qui sunt casus excipiendi a in quibus non contrahitur uitium litigiosi? Dic, ꝙ datum pro dote uł propter nuptias, uel qn̄ fit in causa transactionis uel diuisione bonorū, in legatis, & alis relictis in testamēto. Ita dicit tex. in d. l. iubemus, in fine. Et præmissa omnia probanť in dicta l. censemus. Sed an * uēditor puniat 2 in plus, quia rē litigiosam uēdit emptori ignorāti? dicunt quidam, quòd nō: quia nō puniť, nisi tm̄ in illa tertia parte pretii, quā debet dare emptori ignoranti: & sic tūc fiscus nihil habebit: quia l. cautū non reperiť, & pœnæ sunt moliēdę. l. interpretatione. ff. de pœnis. Sed do. Azo (tuba ueritatis) in tit. de litigio. in summa dicit, ꝙ ipse uēditor tūc dabit fisco alias duas partes pretii, & in hoc sequitur Host. eū in sūma sua in ti. de alie. iud. mu. cau. sed Placētinus dicit in summa in tit. de liti. ꝙ tunc uēditor dabit de suo ꝑprio ipsi fisco integrū pretiū, ultra tertiā partē pretii, quā ēt dabit emptori bonefid. quē decepit tn̄. media opinio placet Pe. Iaco. in tit. de re litigiosa. circa fi. b Item

quòd

ꝙ in prædictis dictũ est de p̄-
tio rei litigitiosæ, ubi fuit uē
ditio, idē dēt dici de eius æsti
matione, quãdo ex alio titulo
facta est alienatio, exceptis q̄
busdã alienationib. de quib.
in d.l. censemus. ita dicit Pe.
Iac. ubi s̃. itē ē alia pœna seu
uitiũ litigiosi cõtractus, q̄a si
q̄s emat rē litigiosã & cadat
a possessione, & uelit illã pe-
tere, ipse repellet̄ exceptione
rei litigiosæ: ut dicit Pe. Iac.
ubi s̃. itē pœna rei litigiosæ
alienatę nõ est: ꝙ debeat fisco
applicari: sed dēt reddi alienã
ti, ut s̃. dictũ est. ita dicit Pe.
3 Iac. ubi s̃. in fin. ĩ tit. *Sed an
supplicatio faciat rē litigio-
sã? Henr. Bohic. in c. cãm. ex-
trà de testib. tenet ꝙ sic. sed
an p̄ citationē dicat̄ res liti-
giosa? dicã ĩ. in fi. in uer. sed
4 qualiter &c. Sed* an perēpta
instãtia duret uitiũ litigiosi?
dic ꝙ sic. sed cõtractus ualet,
& tenet. ut l. i. C. de lõgi tēpo
ris præscriptione. & ita tenet
Bar. in l. i. in fi. ff. eo. tit. potest
tñ cõsiliũ dari de re litigio.
uēdita sine uitio & pœna liti
giosi, uidelicet ꝙ res ipsa uen
dat̄ sub hac forma, quãdocũ
que res esse desierit litigiosa:
uēdo ea tibi ex tũc, prout ex
nũc. ita ponit text. ĩ simili, in
l. quod sæpe. §. si quis amico.
ff. de contrahe. emp. & uend.
iũcta l. in fuga. ff. ad legē Fal.
de pla. & ita tenet ibi Bar. &
recitat dominum Andreã de
Pisis. alium modum posuisse,
5 quē ēt ibidē ponit. Vtrũ* res
litigiosa possit hypothecari?
Bar. quòd non. in l. i. ff. de liti
giosis. Et ibi plenè de hac ma
teria, per Bar. ubi inter cæte-
ra dicit, ꝙ hodie alienatio rei
litigiosæ, est ipso iure nulla.
De materia rei litigiosæ, ui-
c de c plenè p̄ Pe. Iac. ubi s̃. per
Bar. in d. l. q̄d sæpe. §. si q̄s a-
mico. Et quæ res dicat̄ litigio
sa, uide in l. quãquã. §. Iulia-
nus. ff. de aqua plu. arcē. & in
§. i. de litigiosis. p̄ Bar. Sed an
p̄ hypothecariam actionem
in iudicio intentatam dica-
tur res litigiosa: uide quæ di
xi ĩ. q. 432. De materia rei li
tigiosæ, tetigi in notabili.
meis. in §. uenditio. fo. xviii.
An in actiõe reali in iudicio
deducta locũ habeat uitiũ li-
tigiosi, si pendēte lite cedat̄,
uel remitat̄ alteri, uide quæ
6 dixi q. 479.* Sed qualiter cõ
d trahatur uitiũ litigiosi? *d* dic
quòd de iure canonico cõtra
hitur p̄ solam citationem: in
clementina i. ut lite penden-
te. de iure autem ciuili & au
thenticorum contrahitur in
actione reali, in qua de domi
nio quasi, uel utili, uel dire-
cto agitur, per solam libelli

oblationem.ut in authē.litigiosa.C.de litigiosis. licet olī per litis contestationem tantum:ut l.ij.C.eod.imò & hodie requiritur litis contestatio: ut tenet Ioan. And.in c. j.ut lite pendente. libr.vj. in glo.litigantibus. in personali autem contrahitur per litem conte.cum in ea nihil sit immutatum:secundū Cy.& Iaco.de But.
7 * Quando dicitur lis pendere? Ioan.Ferra.ponit quinq; modos. Videlicet per libelli oblationē. Secūdò,per appellationē.Tertiò,per relationē seu consultationē factā Principi,per iudicē.Quartò, per iudicis recusationem. Quintò, per in integrū restitu.postulationem. illa ponit Ioannes Ferrarij doctor nouissimus in forma responsionis rei,super uerbo,exceptionem litis pendentiæ,&c.

a Casusexcipiendi.] *Vide et addit.Spec.in tit.de cessi.actio.§.i. uer.si autem fit cessio.*

b Circa finē.] *Voluit allegare circa mediū.in uersi.sed an uēditor.*

c Vide.] *Adde dom.Azo.in summa.C.de litigio.*

d Vitium litigiosi.] *Vide do.Bar. col.v.uers.quæro dicitur hic do. Cy.in authen.litigiosa.in uersic. breuiter dicendū est.quæ ibi tenet, quod quādo quæritur de actione reali, per quam mouetur quæstio de dn̄io rei, tūc efficitur res litiosa per solā cōuētionē,sine libello: in cæteris uerò uitiū litigiosi cōtrahitur demū lit.cōtesta.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator an admittatur in causis criminalibus, ad media causæ.*

2 *Procurator an admittatur ad declinatoriā fori,uel dilationē causæ, opponendam.*

3 *Iuramentum calumniæ, an exigetur à procuratore,allegante causas absentiæ domini.*

4 *Procurator num admittatur ad probandas causas absentiæ, quas allegat.*

5 *Procurator num interueniat, si statuto pro pœna corporali debeat imponi pœna pecuniaria.*

6 *Procurator generalis ad omnes causas,an possit comparere in causa criminali sine speciali mandato.*

QVAES. CCCXXXVIII.

Aliquis accusatur de crimine : uel contra eum denunciatur: ipse respondit & cauit, & petit
1 * se admitti ad media causę p pcuratorē.an debeat admitti? credo q sic.a arg. l.ij.C.de accusat.Et ita etiā seruat stylus & cōsuetudo curiarū præsentis patriæ Delphi. nisi esset crimen capitale. iuxta l. reos.eod.tit.* Sed iuxta præmissa 3

missa quæro, quidã accusatus de crimine capitali constituit procuratoré ad exceptiones declinatorias apponẽdas, uel (quod fortius est) ad dilationé petẽdam: uel ad testes producendos: uel ad testes partis aduersę iurare uidendũ. Erit ne hoc permissum? dominus Guido de Suza dicit ꝙ sibi ui detur, ꝙ nõ: quia talia allegare, uidet aliqua defensio proponi. l. ij. ff. de except. unde putat ipse dominus Guido de sudarijs, ꝙ ad exceptioné declinatoriã opponẽdã bene possit cõstitui procurator, ut ueniat ꝓcura. & dicat iste accusatus nõ est de foro isto: qa in isto territorio nõ fuit illud delictũ perpetratũ. Sicut allegans causas absentiæ auditor: sic & iste: quia extra territoriũ &c. ff. de iurisd. om. iu. l. fi. Quia opponẽs exceptioné declinatoriã non se defendit: cum nõ suscipiat iudiciũ. Et cùm defendere sit iudicium suscipere, imò declinat iudiciũ. Sed quo ad testes producẽdos, dicit ipse do. Guido de Sudarijs, uideri sibi quòd nõ debeat admitti procurator: quia lex dicit, ꝙ accusatus de crimine capitali, debet causam ex uinculis dicere. ff. de custo. reo. l. ij. Sed certè ad testes partis aduersæ iurare uidẽdũ: dicit ipse posse admitti procuratoré. Sed nũquid à ꝓcuratore q allegat causas absentię, exigetur iuramentum calũniæ, nec calũniosè alleget. dic quòd sic, secũdũ uerã opi. C. de iura. calũ. l. ij.

3 * Sed nũquid admittitur ad ꝓbandas causas, quas allegat esse ueras? dic ꝙ sic: quia oĩa uidẽtur esse cõcessa &c. ff. de iur. om. iu. l. ij. & de procur. l. ad legatũ. & l. ad rẽ.

4 *Sed quid si ꝑ statutũ ciuitatis pro pœna corporali debeat pœna pecuniaria imponi, nũquid interueniat procurator? Videtur ꝙ sic: *b* quia sublata est causa ꝓhibitiõis. Sed tu dic quod nõ: quia origo debet inspici. ar. ff. de dona. l. qui id, ꝙ cũ multis si. Ista sunt uerba d. Guido. de suda. in d. l. reos. C. de accus.

5 * An procurator generalis ad oẽs causas possit cõparere in causa criminali, sine speciali mãdato? Dic ꝙ nõ, *c* iuxta ea, quæ legũtur & no. in l. cũ clericis. & auth. clericus. C. de epis. & cler. quia in illis requiritur speciale mãdatum: & quibus pœna domino applicatur: ut tenet Spe. in tit. de procu. §. i. uer. sed nũquid.

6 a Credo ꝙ sic.] *Vide do. Bal. qui pulchre respõdẽdo distinguit, in l. seruum quoq; §. publicè. in ij. col. in uersi. sed iuxta hoc quæro.*

b c

ibi,

ibi, ego sic dico. ff. de procura.

b Quòd sic.] *Et istud tene: quia debet cõsiderari effectus iudicii, nõ titulus criminis. Itẽ, quia nõ genus criminis, sed sentẽtia spectãda est. Bal post d. Cy. in prae. §. publicè. in v. colũ. uersi. & circa istud primũ. & horũ dictum intelligendũ cũ illa distin. l. an pro aliquo delicto corporali imponitur paena pecuniaria. purè & simpliciter, et tũc admittitur procurator: aut sub cõditione, & tũc secus. d. Io. Pet. de Ferra. in practica sua in forma inqsitiõis, in glo. in uer. sed quid si p statu.*

c Dic quòd non.] *Et est ratio: qa ubi de crimine speciali disputatur, mandatum speciale requiritur. dominus Bal. in alleg. §. publicè. in ii. col. in prae. uers. sed iuxta hoc quaero. ibi, item excipe contra testes &c.*

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in criminali, statim non praeiudicat: nec plenã facit probationem.*

2 *Reus apud quem locũ debeat adduci ad perseuerandum in cõfessione facta in tormentis.*

3 *Confessio facta, tormentis paratis, an ualeat.*

QVAEST. CCCXXXIX.

QVidã inculpatus de crimine, ultrò, idem absq; formidine tormentorũ confessus fuit se deliquisse. nũquid statim sit cõdẽnãdus? aliqui doct. antiqui & Moderni dixerunt eũ non esse statim cõdemnandũ. Sed quod debeat iudex post certos dies uel tẽpus iterũ corã se facere duci reũ, & interrogare eũ iterum de maleficio. a
1 qui dixerunt dicti docto. † q confessio facta in criminali, statĩ nõ praeiudicat, nec facit plenam probationẽ. ut in l. ii. C. de custo. & exhib. reo. secũdum dictos doctores: quã sic intelligunt, qui nõ distinguũt, an sit facta cõfessio formidine tormentorũ, uel sine. Intelligũt etiã ita l. i. §. diuus. & §. si quis ultro. ff. de quaestionibus. Et ita dixerũt esse locum perseuerationi, dicẽtes quòd in hoc est differẽtia inter confessionẽ in causa ciuili, & in causa criminali. arg. inst. de pub. iud. in prin. Dñs tamen Dy. est in cõtra. opi. quã dicit esse cõmunem opi. Nam cum quis confitetur se crimẽ cõmisisse, q statim captus incarcerandus est, & absq; alia perseueratione & cõfessione condẽnandus. ut ff. de custo. & exhib. reo. l. fi. i. respon. C. de paenis. l. cũ. reis. & ita intelligit. l. si cõfessus. ff. de custod. & exhib. reo. nec obst. dicit ipse do. Dyn. dictus §. diuus. & §. si quis ultrò. quia intelliguntur in con-

in cõfessionib. hominis ĩ tormẽtis. Itẽ non obst. dicit ipse do. Dyn. ĩ d. l. ii. C. de cust. & exhib. reo. qa intelligit̃ similiter in cõfessione facta ĩ tormẽtis: ut patet ĩ fi. ubi dicit, ꝙ iudicib. &c. Et hæc est uera lectura, & cõmunis opi. *a* ſm Dy. Si autẽ confiteat̃ qs ĩ tormẽtis, uel formidine tormẽtorũ, tũc cõfessioni nõ statur, nec ꝑ cõfessionẽ probat̃. ut d. §. diuus. & C. quorũ appella. nõ recipiunt. l. ii. Et est rõ: qa quæstio, res fragilis ẽ. ut l. i. ff. de q̃stio. & tunc locũ habet dicta. l. ii. C. ď custo. & exhibit. reo. ut iudex faciat corã se uenire criminosũ, & quærat ab eo utrũ uelit ꝑseuerare ĩ sua cõfessione: an uelit tractare uel cõtrariũ dicere. Et si ꝑseuerauerit, tenet cõfessio: aliàs nõ, ut d. §. si qs ultrò. ita dicit, & tenet d. Dy. Et hoc uerũ in cõfessione facta in tormẽtis sine indiciis, ſm Bar. ĩ l. qõnib. ff. de quęst.

2 *Sed iuxta hoc quæro apud quẽ locũ debeat reus adduci ad ꝑseuerãdũ ĩ cõfessione facta in tormẽtis? respõdeo ꝙ apud acta, uel apud aliũ locũ publicũ, & nõ ĩ cõspectu torturę: ut probat̃ in d. l. ii. C. de custo. & exhib. reo. ibi, sed publico testimonio, &c. ſm Dy. in d. §. diuus.

3 *Sed quid si cõfiteat̃ quis tormẽtis sibi paratis, nunquid ualebit cõfessio? Dic, ꝙ nõ, nisi ꝑseuerauerit: quia ꝑinde hr̃ ac si in tormẽtis fecisset. l. i. §. sed & si suspicio. & §. si ex incẽdio. ff. de incedio, ruina, naufra. & ita no. in d. §. diuus. in gl. ſm Iacob. Sed qd si quis cõfiteat̃ hominẽ se occidisse, & nõ constet quis homo sit occisus, an ex tali cõfessione sit dãnandus? Ang. hãc qõnem mouet in l. certũ. in prin. ff. de cõfessi. & ibi dicit ꝙ nõ, nec obstat, dicit ipse Ang. gl. *b* ĩ l. inde Nerat. §. fi. ad l. Aquil. quia loqtur ibi gl. dicit Ang. qñ cõfessio erat de certo homine, de quo contrarium confessionis poterat faciliter probari, &c.

a Et cõmunis opinio.] *Pro hac opi. quæ distinguit. aut quis cõfitetur spõte aut metu tormentorũ. adde et uide omnino dominũ Ioãnẽ. Petr. de Ferr. in practica sua, in forma inquisitionis. in gl. i. in viii. col. in uer. circa primũ.*

b Glo.] *Videlicet uer. confessoriã. Adde do. Guid. de suda. & do. Ang. et do. Albertũ de Gãdino, in eorũ tractatibus qõnum, & tormentorum. in quibus de hac materia ad satietatẽ inuenies.*

SVMMARIVM.

1 *Iussus iudicis an excuset a pœna.*

2 *Delphinalium castellanorum potestas*

testas non latè patet.

3 *Iudex arrestauit debitum meũ in manibus debitoris mei, ad supplicationem cuiusdam, cui tenebrar: an durante eo arresto possim agere contra debitorem meum.*

QVAEST. CCCXL.

a NOn debet quis obedire iudici, *a* * in his,
1 quæ à iure fieri prohibentur: alias punit. tex. est ad literam in authen. sed no uo iure. in fine. C. de custodia reorũ. Et facit, pro causa quã de hoc anno currente domini, M.cccclix. habeo in curia parlaméti contra tres homines, de sancta Euphemia, quę de præcepto Castellani sanctæ Euphemiæ (ut dicũt) plãtauerunt quandã pillonẽ infra territoriũ meũ, sancti Albani pro limite. contra quos homines ago ad damnũ, interesse, & iniuriã, quod facere possum, nec excusãtur iussu castellani: quia imò, nec ex-
b cusati fuissent iussu iudicis, *b* per tex. in d. authe. sed nouo iure. in fine, ibi, obediẽtes ue-
2 rò, &c. Castellani * enim in hac patria sũt sicut duumuiri, & nõ habẽt iurisdictionẽ: nisi usque ad sexaginta solidos, secundum statuta præsẽtis patriæ Delphi. ideo tanto minus sunt excusati dicti homines sãctæ Euphemiæ obtẽperãtes iussui dicti castellani, licet ueritas fuerit, q dicti homines ita fieri instigauerint. p d. Castella. ppter pasqueragia eorum ampliãda, super dicto mãdamento
3 meo sancti Albani. * Iuxta hoc quæro, iudex arrestauit debitũ meũ in manibus debitoris mei, ad requisitioné cuiusdã cui tenebar, quod arrestũ seisina appellat, an durãte illa seisina potero agere contra debitorem meũ? Bar. quòd non, in l. mulier. ff. de leg. commissoria. Et ibi uide plenẽ, de arresto & præcepto, per iudicem facto.

a Obedire iudici.] *Quando iussus iudicis ordinarij, uel delegati excuset, uide Bar. et Paul. de Cast. in l. furti. §. qui iussu. ff. de his qui no. infam. & ibi Alex. post Bar. ĩ c. qđ quis. de reg. iur. li. sexto. et do. Ioannem in mer.*

b Iussu iudicis.] *De iussu iudicis, & an excuset à pœna uide istum, consiliũ xxxi. incipiẽ. in Iesu Christi. ad finem. numero ix. uersicu. & alibi probatur.*

SVMMARIVM.

1 *Bonæ committentis crimen læsæ maiestatis, eaq; sita sub diuersis dominis, utrum & cui confiscabuntur.*

2

2 *Bonorum publicatione facta, an intelligantur publicata nomina debitorum.*
3 *Bonis publicatis fisco, an intelligatur publicatũ ius patronatus.*

QVAEST. CCCXLI.

SVprà quæst. 76. tetigi cui applicari debeant bona damnatorum, de hæresi; sed quia bona committentis crimẽ læse maiestatis ẽt confiscantur, in l. quisquis. C. ad l. Iuliã maiestatis, quæro si talia
1 lia* cõmittẽs bona habet sub
2 diuersis dominis: a utrũ & cui confiscabũtur talia bona? respondetur ꝙ principi, in quẽ tale crimẽ est cõmissum, siue ab eodẽ bona teneãtur immediatè. & hic, nullũ est dubiũ. l. donationes. ff. de do. & d. l. quisquis. & l. fi. ff. ad l. Iuliã. maiestatis. siue immediatè, ut quia ab alio immediatè domino, puta Comite, uel Barone, illi principi subdito tenentur in feudũ, uel aliàs, ut de prohibita feudi aliena. per Feder. ca. Imperialẽ. §. illud. collat. x. ut per hoc habeat suæ iniuriẹ ultionẽ, arg. in c. i. §. denique. quæ sit prima cã beneficii amittẽdi. Pro hoc tamen ipsi domino immediato nõ præiudicat, qui alieni criminis infortunio ius suũ perdere nõ dẽt. l. res uxoris. C. de dona. inter uirũ & uxorẽ. & in l. si quis presbyter. C. de episcopis & clericis. & C. de bonis dãnatorũ. l. i. & l. si filius. Nã & liberti bonis publicatis iura patronatus nõ intelligũtur esse publicata. ff. de bonis libertorũ. l. si in libertatẽ. & ff. de bonis dãnatorũ. in l. fi. §. i. ita dicit Hẽric. Bohic. in c. uergentis. extrà de hæreticis. Et præmissa uera, in bonis nõ feudalib. sicut probãt iura allegata. Et hẹc iura seruari iubentur in authen. ut nulli iudicũ. §. fi. col. ix. Nec prodest cõtra hoc aliqđ priuilegiũ ad importunã instantiã ciuitatis uel alterius impetrãdũ. C. de bonis ua. l. i. & l. iii. & de petitio. bon. subla. l. i. li. x. Nec licet alicui cõfiscare sine licentia principis speciali, & ex certa sciẽtia data. C. de iure fisci. l. ꝓhibitũ. & l. una. C. ne sine iussu principis certis iudicib. liceat confiscare. ubi uerò essent feudalia, illa domino immediato feudi cõmittunť. Sed si maiori dño satisfieri non fecerit, feudo priuabiť, ẜm qđ legiť in c. i. §. penulti. de prohi. feud. alie. per Fede. col. x. Alii dicunt, ꝙ in isto crimine ẽt feudalia cõfiscanť. Nec obstat dictũ c. §. pe. quia intelligiť, tã de offẽsa contra alium dñm, quàm cõtra principem commissa.

cõmiſſa. & hanc partẽ tenet Spe.in tit.de feudis.C. qm̃ ſuper homagiis.uer.xl. quærit. ita dicit & ponit Henr.Bohic in c.i.in quibuſdam.extrà,de priuilegiis.Sed iuxta hoc quęro,an crimen læſæ maieſtatis committat in aliũ dñm, quã Imperatorem. uide quæ dixi
a j̃.q.cccxliiii.* Sed an publicatione bonorum facta intelligant eſſe publicata nomina debitorũ? Vr ꝙ ſic, per l. ſi cõſtãte.§.ſi bona.ff.ſol. ma. ſed hoc uerũ,qñ illud uerbũ profert ſimpliciter,ſi aũt proferetur nomine bonorũ,cũ adiectione mobilium tñ,uel adiectione immobiliũ,uel ſimile, & ſemel mobiliũ & immobiliũ nõ cõtinent nomina debi
b torũ : *b* quia eſt tertia ſpecies ſeparata.l.qui tabernas.§.fin. ff.de pec.Bar.poſt gl.in l.mouentiũ.ff.de uerb.ſigni.Ita refert d.Ia.de puteo.ĩ §.ſi bona. de quo uide quæ dixi s̃.q.291
3 & j̃.q.584.Sed * an bonis publicatis fiſco,cẽſeat ius patronatus publicatũ?Sali.ꝙ non, in l.i.C.de bonis libert.& de mã auth.bona dãnatorũ. C. de bonis damnat.uide plenè, per Bald.in feud.in tit. de pace tenenda, & eius uiolatoribus.Sed cui applicent bona illius,qui ſeipſum interficit:uide Cy. & doct. in l.ii. C. qui teſt.fa.poſſ. An dicta auth.bona damnatorũ. ſit hodie correcta,uel in quibus habet locum:uide quæ dixi j̃.q. 437. uerſi.ſed quod dixi,&c.

a D[i]uerſis dominis.] *Vide omnino do. Angel.in tracta.maleficiorum. in gl.& eius bona publicamus.in i.col.in uer. quæro bona expreſſe.*

b Nomina debitorum.] *Vide iſtum,infrà dec.ccccclxxxiiii et quod ibi poſui in addi.in uer.in appellatione bonorum.*

SVMMARIVM.

1 *Productio teſtium per partem priuatam facta, non prodeſt, neque nocet parti fiſcali.*

2 *Teſtes producti a falſo procuratore, alia parte præſente, an ualeant.*

3 *Pronuntiari an poſſit in criminali, ex probatione habita in cauſa ciuili.*

QVAEST. CCCXLII.

1 VTrum teſtes in cauſa * inquiſitionali, per partẽ priuatã producti proſint parti fiſcali,quę ipſos nõ produxitur ꝙ nõ, per tex.in l.ſi quãdo. C.de teſta. circa finẽ.ibi, quæ eos introduxit,&c.Et facit ca.ii. extrà de teſt.ſicut enim res inter alios acta,aliis nõ prodeſt, neque nocet, ẽt in ſimili negocio. a 2 3

ciō.l.ii.& l.fi.C. qui.res iudi. nō nocet.sic nec productio ꝑ partē priuatā facta non prodest neque nocet parti fiscali. ut dicto c.secundo.cū not.per Inn.in c.cōstit.extrà, de test. ubi dicit, ꝙ testes producti respectu unius personę,nō ualent respectu alterius. & facit bene quod no.per Bar. inl. i. §.fi.ff. de qō. & in l. denuntiasse.§.fi.de adulter.Sed quicquid sit de iure,hæc curia parlamenti Delphi.seruat cōtrariū:prout uidi in multis & diuersis causis inquisitionalib. obseruari,nam de stylo dictę curiæ fit cōdēnatio cōtra delatū ex informationib.sumptis tantūmodo per partē pri
2 uatā.* Sed an testes producti a falso procuratore,parte alia pñte,ualeāt? Vr̄ ꝙ sic,per tex. in d.l.si quando ibi alterutra parte pñte, &c. in contrariū vr̄ per l.licet.C.de procurato. & facit l.cum minor.§.falsus procurator.ff.rē ratā haberi. Et hanc quæstionē relinquo
a pro utraque parte dubiam : *a* quia non recordor uidisse in hac curia parlamenti determinatione fieri de iure,& de
3 stylo.* Sed an ex probatione habita in causa ciuili possit pronuntiari in criminali cā? Dic,quòd non, per gl.in l. si quis ad se fundum. super uerbo,destinatus.ff.al.l.Iulia. de ui publ.ibi Bar. & idem Bart. in l.secunda.§.primo.ff.ui bonorum raptorum.

a Dubiam.] *Prima opi. uidetur probabilior : Nam procuratoris falsi factum potest tacitè uel expressè ratificari, per do.utentem illo.ut per do.Bar.& doct.in l.si tutor.C.in quibus cau.rest.in integr.non est necess.& in l.licet. ff.de in.*

SVMMARIVM.

1 *Cedens bonis, non liberatur, quin soluat ad pinguiorem fortunam euectus.*

2 *Lugduni, cessio bonorū liberat, etiam in futurum.*

QVAES. CCCXLIII.

1 CEdens* bonis, *a* non liberatur,quin soluat si
a perueniat ad pinguio
2 rē fortunā.l.qui bonis* C. q. bo.ced.possūt. quod uerū itelligo,nisi uituperosa fieret cessio:ut qa remotis familiarib. de culo percussit supra lapidem,iuxta consuetudinē curiarū ciuitatis Lugduni, & aliorum diuersorū locorū:quoniam tunc liberatur, etiam si perueniat ad pinguiorem fortunam.ut est glo.in ca. sicut dignū.in §.primo. super uer-
b bo,si hūc, *b* &c.extra,de homicidio.in antiquis. Et de hac

materia

materia cessionis bonorum, uide quæ dixi plenè suprà quæst. ccxj.

a Ccdens bonis.] *Tu uide de notatis super hoc, plenè per istum. consil. cxxiiij. incip. circa materiã. num. vij. uersi. ad septimum.*

b Gl. in §. j. super uer. hũc.] *Voluit allegare §. iiij. qui incipit hi quoq;. & gloß. in uersic. si habent. ibi, nisi pro eo iam sustinuisset pœnas corporales.*

SVMMARIVM.

1 *Machinans mortem alterius, quàm Imperatoris, an incidat in crimen læsæ maiestatis. disting. num. 2.*

3 *Machinans mortem unius ex dominis Parlamenti Delphinalis, an incidat in crimen læsæ maiestatis.*

QVAEST. CCCXLIIII.

1 POne aliquis machinatur necẽ alterius domini, quã Imperatoris,* a an habeat locum titulus ad l. Iul. maiestatis? & uidet̃, ꝗ nõ: quia dictus titulus loquitur de principe, hoc est, de Imperatore, ergo non est extendendus. l. cùm quidam. ff. de liberis, & posthum. & capitu. odia. de regulis iuris. libro vj. in cõtrarium uidetur per l. iij. §. reus etiã. C. de epi.

2 aud. Circa* hoc puto distinguendũ: quia aut loquimur de maioribus Baronibus, ut de Rege Franciæ, de domino nostro Delphino, de Duce Burgundię, & similibus, tunc locũ habet pœna dictæ l. aut nos loquimur de inferioribus Baronibus existẽtibus subtalibus maioribus, & tunc non habet locũ pœna dictæ legis. aut nos loquimur de talibus Baronibus, qui superiorẽ nõ recognoscũt, saltim de facto: & tũc habet locũ pœna dictæ l. sic intelligitur l. iij. C. de epis. audi. Nã licet l. locum nõ habeat, attamẽ mens l. locum habet, & hoc sufficit, sicut dicimus in l. hæc actio. quæ est pen. ff. si quad. paupe. fecisse dicatur. & ita tenet Paul. de Cast. in l. j. ff. ad l. Iul. maie. & ita etiam uidetur tenere Archi. in c. felicis. de pœnis. li. vj. & facit bene. ij. q. j. si quis. ij. q. v. c. iij. Sed quicqd sit de iure, obseruatur in hac patria Delph. quod cõspirãtes in talles principes uel mortẽ ipsorũ machinantes siue recognoscãt superiorẽ siue nõ, puniũtur pœna dictæ l. & ita de tẽpore meo fuit obseruatum in patria Sabaudiæ, in persona domini Io. lagireti. legũ doc. qui propter cõspirationẽ per eum factam in personam domini Amedei ducis Sabaud.

fuit

fuit decapitatus, & bona sua confiscata, de anno domini M.ccccv. licet ipse dñs Sabau. recognoscat superiorẽ, uidelicet imperatorem.* An machinans mortem alterius ex dominis parlamen. Delph. incidat in crimẽ læsæ maiestatis.
3

b Saly. ꝙ non *b*. in l. quisquis. ibi tertio quæro. ad l. Iul. maiest. sed tales puniuntur tanquam delinquentes in magistratum ut ibidem di. Salycetus.

a Quàm Imperatoris.] *Vide do. Car. in cle. ii. de re iud. & d. Bar. & doc. in l. cuiusq;. ff. ad l. Iul. maie. & d. Alex. in l. i. eod. ti. & Spec. de feud. §. ii.*

b Quod non.] *Secus tamen in his, qui militãt circa latus, principis, siue in militia armata, siue inermi. sexta. quæstio. i. si qs et ibi dom. Archi. Et uide loca ad quæ ipse remittit.*

SVMMARIVM.

1 *Supplicare secundò non licet a sententia Præfecti Prætoris Delphinalis. limita. nu. 2.*

QVAEST. CCCXLV.

1 A Sententia* præfecti p̄toris nõ licet secũdò supplicare. *a* per text. in l. i. quis aduersus. C. de precib. impera. offerẽ. & no. Inn. in c. ex literis. extra de in integr. restit. Et ita dom. noster
a

b Delph. *b* in sequẽdo hãc iuris dispositionẽ, per suas patẽtes literas concessas Romæ, M. cccclii. prohibuit supplicari bina uice a sentẽtiis ex ordinationibus curiæ parlamẽti. & nisi semel uidi. tñ in hac curia parlamen. quæ uicẽ præfecti prætoris obtinet, admittit secundã supplicationẽ ab alia parte emissam de anno domini. Mil. cccli. in cã dominorũ Bachagii, & Meolani, super facto castri ornaceui. Sed ubi secũda supplicatio ab eadẽ parte emitteretur, non admitteretur, per dictã l. si quis aduersus. prout uidi fieri in hac curia parlamenti. iõ* credo ꝙ dictũ rescriptũ Delphinale debet intelligi ꝙ non supplicetur nisi semel: uidelicet ab eadẽ parte. Et de materia huius supplicationis: uideque dixi in, alio tamẽ casu, suprà quæstio. clxxxix. & Spe. in ti. de supplicatiõe. Et an hæc curia parlamenti obtineat uicem præfecti prętoris: uide quæ dixi s̃. q. cxcvii.
2

a Secundò supplicare.] *Semel tã tũ a sñia supplicatur, sed appellatur bis post sñiam. Spe. de sup. §. i. & per hoc patet. et §. ii. uer. item semel tantùm.*

b Dominus noster Delph.] *Tu uide de hoc per istũ cons. cxxxix. incip. literæ Delphinales. nu. iii.*

uers.iii.quia.cũ. ii.uersi. sequẽ.

SVMMARIVM.

1 *Barones & Bãnereti an debeãt requiri ĩ exequẽdis literis Parlamenti Delphinalis.et num.2.*

QVAEST. CCCXLVI.

DIE duodecima mẽsis Nouemb.M. ccccliх. magnificũ delphinale parlamẽ. quo erãt dñi Io. copperii,locũ tenẽs, Ioã. bauilli, præsidẽs, Matthæ. thomassini,gulielmus guillonis, Ioã. de sancto Germa. aduocatus fiscalis,legũ doc. Io. de morallio,Io.de orgniaco,auditores computorũ,Pe. bauili,legũ doc. procurator generalis Delphina.& ego Guido Papæ habita deliberatione super mõ dirigendi literas à curiis Delphi.ad curias,& contra subditos Baronum,& Banneretorũ & ecclesiarũ iurisdi
1 ctionẽ obtinẽtiũ fuit*ordinatũ & statutũ,ꝙ amodo in antea literæ iudiciales citatoriæ q̃ emittũtur à curia parlamẽti,exequẽdo in territoriis dictorũ bonorũ & bãneretorũ,
a fiãt sine requisitione *a*,& exequãtur sine difficultate p officiarios taliũ Baronũ & Bãneretorũ,iuxta etiam ordinationes dudũ factas per dominũ Hũbertũ Delph. de qbus tetigi.ꝗ.q. cccclіііі. Aliæ uerò literæ citatoriæ ab inferioribus iudicibus Delphi. emittendo exequendæ in terris taliũ Baronũ,& Banneretorũ,fiãt cũ illa clausula,requisitis requirẽdis,&c. Et executores ipsarũ eas exhibere & præsentare debeant officiariis dictorũ locorũ ipsos requirendo, iuxta mẽtẽ & tenorẽ libertatũ Delphi.in xxiii.ca. Sed quid si iudex Graysuodani condemnauerit aliquẽ subditum Bannereti, q deliquerit in territorio Graysuodani,uel aliàs si-
2 bi submissum,*an ipse iudex Graysuo.in literis suis executoriis debeat requirere officiarios talis Bannereti? fuit die xxii.mensis Nouemb.per dic. dominos meos determinatũ, & cõclusum,ꝙ nõ, & q̃ pmissa tunc fuerũt in deliberatione cõsilii posita ad quærimoniã magistri Io.Poytier, pcuratoris fiscalis, & exactoris expletorũ dictę curiæ Graysuodani cõtra iudicẽ, & officiarios curię Thesii ei petere p do.de dunois:tunc dño & possessore dict.locorũ. qui officiarii, nõ permittebant exequi sententiam iudicis Graysuodani,contra quendã eorũ subditũ latã, super quadã inquesta:qa ipsi officiarii nõ requirebãtur in literis executoriis iudicis Graysuodani: iõ tunc

tũc fuit cõclusum, ꝙ nõ reqrebat̃ requisitio in iuris subditũ ꝓ iudicato curię Graysuo.

a Sine requisitiõe.] *Et pro hoc facit, quia inferior nõ potest imponere legẽ superiori. de iureiur. c. uenietes, et do. Bar. in authẽ. sed nouo iure. C. de ser. fugit. Nec enĩ potest inferior limitare iurisdictionẽ superioris. d. Bal. ubi supra, ergo frustra fieret reqsitio, ubi requisitus nil potest agere iurisdictionem seu potestatem requirentis, seu eius uicẽ gerẽtis.*

SVMMARIVM.

1 *Depositiones testium super impertinentibus articulis examinatorum, an ualeant.*

2 *Testes producti ab aduocato, in causa appellationis, super eisdem articulis, quibus in prima instantia, an ualeant.*

QVAEST. CCCXLVII.

TAM de stylo huius curiæ parlamenti, quàm uigore statutorũ Delphinaliũ sup articulis qui traduntur in causis, nõ disputat̃ per partes sup admissiõe uel

1 non admissione ipsorũ. * Sed oĩa admittũtur, saluo iure impertinentiũ, & non admittẽdorũ, modo iuxta hoc quæro an depositiones testiũ super talibus articulis impertinẽtibus examinatorũ ualeãt. do. b Innoc. in c. per tuas. extrà de test. dicit, ꝙ nõ. Tamẽ de cõmuni obseruãtia in iudicãdo tolerãtur tales ꝓbationes, si curiæ ęquũ uideat̃, & faciant

a ad decisionẽ causę. a Et ita fiẽdũ esse uidet̃ sentire Bar. in l.

b si duo. §. idẽ Iulianus. b ff. de iureiu. ubi facit mẽtionẽ Bar. de illa clausula saluo iure impertinẽtiũ, & nõ admittendo

2 rũ. * Sed iuxta hoc q̃ro, sæpe hoc cõtingit, ꝙ in cã appellationis aduocati tradũt articulos, super q̃bus testes fuerant iã examinati in prima instantia, tñ curia parlamenti ex inaduertẽtia admittit tales articulos, ad probandũ per testes, contra cle. si. de testib. & eorũ quę scripsi suprà q. xiiii. an tales testes probent: dico, ꝙ non cũ pręsumãtur subornati. in c. fraternitatis. extrà de testib. licet eorũ depositiones faciãt ad decisionẽ causę. Et hoc ẽt operatur clausula, quę additur saluo iure impertinentiũ, & non admittendorum.

a Ad decisionẽ causæ.] *Tũc. n. uidentur tales articuli nõ oĩno impertinẽtes, cũ uideãtur suffragari ꝓposito. et tũc sic pertinẽtes, et admittẽdi. & sup hoc uide d. Io. And. in addi. ad Spe. ĩ tit. de testib. infrà, nunc uidẽdũ in addi. quæ inci. quando in articulo.*

b Bar. §. idẽ Iulia.] *Et hoc uerũ cũ de terminatione illa, quã ibi ponit ĩ uer. quæro iuxta literã.*

SVMMARIVM.

1 *Creditor ſi egerit contra principalem, an poſteà poterit redire ad fideiuſſorem.*

2 *Creditor qui in cauſa iudicati pignus accepit, non poteſt, eo relicto ad aliud tranſire.*

QVAEST. CCCXLVIII.

a NObilis Petrus *a* de bella comba, pro octo centum florenis dotalibus eius uxoris compulit principalem debitorẽ in patria Sabaudiæ, cõtra quẽ obtinuit ſnĩam, & inde capi fecit de pignore certa bona, quæ inde fuerũt incãtata, & eidẽ Petro creditori liberata pro dicto debito in ultimo incantu, tãquã plus offerenti. Quibus ſic peractis ipſe Petrus relicta proſecutione dicti proceſſus, fecit citari nobilẽ Frãciſcũ de orliaco, fideiuſſorẽ dictæ dotis in hac curia parlaméti uigore ſubmiſsionis, ad ipsã curiã a quo petiit dictã ſummã dotalẽ, pro qua pignorari fecerat dictũ principalẽ dicto fideiuſſore replicãte, & opponẽte de dictis incãtib. & liberatione, quos ẽt in cã producit. Et ſuper hoc fuit groſſus exorſus proceſſus, in manibus magiſtri Cathalani Chanterelli: in cuius diffinitione fuit dubitatũ pro quo deberet ſnĩa ferri, an pro dicto Petro creditore, uel ꝓ dicto fideiuſſore. & uidebaẽ ꝙ eſſet ferẽda ſnĩa pro dicto Petro creditore, ex eo, quia poſito, ꝙ liceat creditori eligere, quẽ uoluerit aut principalẽ aut fideiuſſorẽ, propter renũtiationem iuri de prius cõueniendo principalem, quàm fideiuſſorẽ. Et elegerit dictus Petrus debitorẽ principalem potùit nihilominus redire ad fideiuſsorẽ. tex. ſunt. in l. nõ recte. & in l. iure noſtro. & in l. reos. ibi, uel ſatis non facienti eo, cõtra quẽ egeras, quod poteſt ad aliã reuerti, &c. C. de
1 fideiuſ. * Vnde licet ipſe Petrus elegerit principalẽ debitorẽ, licuit ſibi redire ad fideiuſsorẽ, propterea, quòd fortius eſt ubi creditor capit pignus, non ideo impedit proſequi contra fideiuſsorẽ, licet teneatur cedere ius pignoris. tex. ſunt in l. ii. & in l. omiſsis pignori. C. eo. ti. & no. Bart. l. inter reos. ff. de fideiuſ. In contrariũ uř: quia creditor, cui ꝑ ſubhaſtationẽ liberanť bona debitoris, pro debito hř loco emptoris, & uocatur emptor. l. ii. & iii. C. ſi in cauſa iu. pi. c. ſit. & l. ſi eo tpe. C. de diſtra. pig. & emit pro eodem pretio ad quod aſcẽdit debitũ. poſtquàm

quàm ergo emit, & habet ius ad ré consequendã, sicut emptor, & qui iam soluit pretiũ siue hr̃ pro soluto. unde sicut emptor qui soluit pretiũ uenditori, nõ auditur uolẽdo præ tium recuperare, sic nec in casu isto uolendo a fideiussore petere, cum exceptiones quæ cõpetunt etiam principali, cõpetant fideiussori. iura sunt
2 uulgata. Prætereà * creditor qui in causa iudicati pignus accepit, non potest ab eo discedere, & ad aliud pignus transire, l. a diuo Pio. ff. de re iudi. Vnde postquam Petrus creditor accepit pignus, & nedum accepit, sed fuit sibi liberatum, quomodo ergo potest ad aliud trãsire, & ad fideiussorem recurrere, non uideo. Nec obstat si dictus Petrus creditor non habuit possessionem realẽ dictorũ bonorum incantatorum, & sibi liberatorũ: quia stat per eũ: quia realẽ possessionẽ obtinuisset, si prosecutus fuisset, quod non facit, igitur, &c. Et ita pro ista parte fuit iudicatũ, M.cccclix Decembris, in manibus dicti magistri Cathalani.

a Nobilis Petrus.] *Tu qui in practica curiarũ uersaris, nota hãc quæstionẽ: quia multa uolumina Iuris perscrutaberis, antè, quã hãc materiã absolutã inuenias.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier nobilis, nupta plebeio, an mortuo uiro debeat conferre in subsidiis Delphinalibus, unà cum plebeiis.*

2 *Mulier nobilis nubens plebeio, an retineat paternã dignitatẽ.*

3 *Vidua ignobilis, relicta uiri nobilis, uel qui foret immunis à subsidiis an debeat contribuere cum plebeiis in subsidiis.*

QVAES. CCCXLIX.

IN hac curia parlamenti Delphin. fuit lis mota inter cõsulesciuitatis Dieñ. ex una parte, & nobilem Mariã de cizerino, filiã nobil. Ioan. de cizerino, quondam ciuis Grationo. uiduam relictã honorabilis uiri Stephani nigri, ciuis quondã dictæ ciuitatis Dieñ. super eo. quod dicti cõsules petebãt, ꝙ ipsa nobilis Maria cõtribueret ĩ subsidiis Delphi. cum plebeiis dictæ ciuitatis Dieñ. sicut faciebat dictus Nigri quondã eius maritus. dicta nobilis Maria de cizerino, dicente & replicãte se esse nobilem, & de nobili genere procreatã, quod & probauit in ꝓcessu dictę cau
1 sę. *Modò dubitatũ fuit, si ipsa debeat in dictis subsidiis cõtribuere. Et ur̃ ꝙ nõ, cum ipsa Maria sit nobilis, & de nobili

genere precreata. nam in confessione trium statuum præsentis patriæ in cõfessione dictorum subsidiorũ exceptantur nobiles nobiliter uiuẽtes &c. In cõtrarium uidet, quòd mulier retinet dignitatẽ, quã habet à patre, donec nubat
a plebeio. in l. fœminę. a §.i. ibi. parentes uero. ff. de senatoribus. Et ita etiam summat dictum tex. Alberi. de rosate.
2 * Ergo à cõtrario sensu, si nubat plebeio, nõ retinet paternã dignitatem. Et licet maritus moriatur muliere stante in tali statu, retinet talem cõditionem uiri. per l. filius. §. uidua. ff. ad municipales. Nam uidua abstinens à secundis nuptiis, uidetur in præteriti uiri coniugio perdurare, & in prioribus consistere nuptiis. in authen. de nup §. soluto. & no. Archidia. in c. si quis. de sepul. libro vj. & alibi dicitur, quòd mulier sequit uirũ siue in uita, siue ĩ morte. xiii. q. ii. c. unaquæque mulier. & debet sepiliri, cum suo ultimo uiro, ubi de eius sepultura uerteretur dubium. in dicto
b c. si quis. b de sepult. libro vi. & ideo mense Decembris die sñiarum, M. cccclix. in diffinitione processus dictæ causæ in manibus Ioannis de uouray secretarii Delphi. fuit cõdemnata dicta nobilis Maria ad cõtribuendũ in dictis subsidiis, pro eius bonis a dicto eius uiro sibi euẽtis. Sed aduertẽdũ: q̃a quãdocũque ipsa nobilis Maria in futurũ nubat cũ uiro nobili, ipsa gaudebit nobilitate sua. & nõ tenebit cõtribuere in dictis subsidiis cũ plebeiis. ita dicit Bar. in repeti. l. primæ. C. de dignita. libro decimosecundo. & in l. incolas. C. de incolis. libro
3 x. Sed * quid de uidua ignobili relicta uiri nobilis uel alterius, quæ non contribuebat in dictis subsidijs, an debeat contribuere cum plebeiis in dictis subsidiis? uidetur quòd non, per præmissa a contrario sensu. Et uide quæ circa hoc dixi suprà, quæst. cclxxx. &c.

a L. fœminæ.] *Omnino ibi d. Bar. & in l. fin. uersi. sed quid si est effecta uidua. C. de uerbo. significationibus.*

b C. si quis.] *Voluit allega. c. ii qui. in fin. & ibi dicit Archi. quod uidua priuilegium, & domicilium uiri retinet. & de hoc legitur & no. per docto. in l. fin. §. uidua. ff. ad munici. si ergo illud priuilegium, qualiscunque uiri, scilicet nobilis seu ignobilis, illud sortitur, & retinet, ut d. l. fæminæ. per d. Bar. in pradi. l. fin.*

SVMMARIVM.

1 *Iuri quod introducit insinuationem, an renunciari possit cum iuramēto. uide et nu.2.et 5*
3 *Lex ubi prohibet contractū praecepto directo ad personam, talis contractus iuramento non firmatur.*
4 *Renunciatio super fundi dotalis alienatione, aut pacto de non succedendo patri, non ualet.*
6 *Insinuatio an poßit fieri coram quocunque, etiam incompetēti.*

QVAEST. CCCL.

VTrum renunciatio facta iusdicēti, donatio
1 nē ccccc.aureorū *excedētē nō ualere, & iurō firmatā, ualeat, adeò, ꝙ donatio talem summā excedentē sit ualida? Dicēdum uidetur quòd sic: nam licet maiores nostri praesertim Cyn.in l. si quis pro redemptione, in questione fi.C.de dona.& Bar.in l.Modestinus. in antep. q.ff. eo.tit.& in l.nemo potest.ff. de leg. i.dicere uideantur,
2 *quòd non possit renunciari iuri, quod introduxit insinuationem, hoc tamē intelligendum est cessante iuramento. Sed ubi interuenit iuramētū, ualet & tenet renunciatio. in c.cum contingat. extrà de iureiur.& in c.licet.eo. tit.li.vi. Et hoc tenet Bar.si eius uerba bene intelligantur, in l.si quis pro eo.ff.de fideiusso.dū ibi dicit, quòd ubi cōtractus non ualet rōne publicae utilitatis secūdariò, tunc si lex ꝓhibet cōtractū nullo ꝑcepto directo ad personam talem contractum faciētem, contractus ipsequannis nullus existat, bene firmatur iurō. sicut uidemus in l. Iulia. de fundo dotali, quae alienationes fundi dotalis prohibet ꝑꝑ publicā utilitatē secūdariò, licet talis prohibitio principaliter & primò ī fauorē mulierū cōseruet, ne suis priuentur dotibus.l.i.ff.solu. matri. Idē in pacto facto, de nō succedēdo patri, qn̄ pactū lex ꝓhibet.l.pactū.C. de collationib.q̄ tn̄ alienatio & pactū si iuramēto firmentur, ualēt & tenēt.ut c.cū cōtingat. & l.licet s̄.alle. & c.quāuis.de pac. li.vi.
3 Vbi*uerò lex ꝓhibet cōtractū ꝑcepto directo ad personā, tūc talis cōtractus iura
a mento nō firmat̄.*a* Et est rō: quia qui facit cōtra praeceptū legis factae ab habēte authoritatē, peccat mortaliter. Qm̄ scriptū est: qui non obedierit principi, morte moriatur.c.ii. extrà de maiori.& obedi. in antiquis. iō si fideiussor pro dote soluēda detur cōtrà titu

lum,ne fideiussores dotiũ dẽ-
tur:talis fideiussio iuramẽto
nõ firmatur.Et est ratio,quia
ibi fit prohibitio præcepto di
recto ad personã,uidelicet ne
mulier det,& ne uir accipiat.
Ideo si contrarium fieret,fa-
ctum esset contra præceptum
legis.& ita iuramentum esset
interpositũ sup peccati mor-
talis obseruatione: & sic per
cõsequens nullũ : quia iura-
mẽto firmato,nõ debet sic ser
uari ubi in salutis æternę uer
geret dispendiũ:ita dicit Bar.
in d.l.si quis pro eo.in uersi.
iij.&c.Sed sic est,licet textus
dicat donationẽ excedentem
ccccc. aureos non ualere,in
eo,quòd excedit dictos ccccc.
aureos, ut l.sancimus. ibi dũ
dicitur,Si quid autẽ ultra le-
gitimã diffinitionem donatũ
fuerit, hoc quod superfluum
est,tantummodo non ualere,
&c.C.de don. Non tamẽ pro
pterea reperitur aliquod præ
ceptum prohibitum,quod di
rigitur ad personã donantis.
qa lex nõ prohibet,quod nõ
posit donare ultra quinq; cẽ
tũ.Sed si donet lex ipsa illud,
quòd excedit,uult nõ ualere,
sicut ex tenore dictę legis,san
cimus. clarè potest uideri.
Ideò si renuncietur,& cũ iu-
ramẽto tali iuri, ualet & te-
b net renuntiatio, *b* sicut dici-
4 mus*in alienatione fundi do
talis,& in pacto facto de non
succedẽdo patri,super quibus
facta renũtiatio nõ ualet; tñ
bene firmatur iuramento,&
firmata ualet & tenet,uti iu-
ribus allegatis.Prouisio enim
à iure facta, ꝙ donatio ultra
ccccc. aureos non ualeat sine
insinuatione,principaliter cõ
cernit fauorẽ donantiũ,& se
cũdariò utilitatẽ publicã,ne
donãtes domesticis fraudibus
præsertim necessariorũ & cõ
iunctarũ personarũ suis pri-
uẽtur bonis,ipsa prodigaliter
donãdo. Et ideò renũtiatione
facta cum iuramẽto iuris in-
sinuationẽ requirenti, tenet
renuntiatio & firmatur dona
tio,secundũ Bart.& dicta per
eũ in d.uer.iii.dixi,&c. Licet
hæc opi.Bar. in hoc,ꝙ uoluit
facere differentiã quãdo præ
ceptũ legis dirigitur in perso
nã contrahentẽ,reprobetur p
doctores nouissimos, uideli-
cet per dominos Raphaelem
cumanũ, Ant.de But.& Io.
de Imo.dicentes non esse fiẽ
dã differentiam,prohibeatur
cõtractus uel persona,ut dixi
5 s̃.q.exc.Tamẽ*pro illa parte,
quòd renuntiatio insinuatio
nis confirmetur iuramento,
uidetur gl.expressa in authẽ-
ti.sacramẽta. super uerbo,cõ
tractibus. C.si aduersus uen-
ditio-

ditionē. dum ibi dicitur, contractibus etiā, si ipso iure non ualeant. in eis enim maximè iuramētum firmat. l. quoniā. ff. de leg. j. l. j. ff. ad municipales. & l. j. C. de thesauris. lib. x. &c. Et hāc partem. ꝙ ualeat renūtiatio insinuationis cum iuramēto, tenēt expressè Ioā. de Imo. in c. cùm cōtingat. de iureiu. & Io. And. in addi. Specu. de instru. edi. prope finē. super §. nūc uerò aliqua. in uersi. item no. ꝙ donationes ultra summā ccccc. aureorum excedentes, &c. in uersi. fin. dicti
c §. c De hac materia etiā uide, quæ scripsi in notabilib. meis in §. donatio sine insinuatione, &c. fo. xlix. uerso. & fo. xviij. Tum etiā quia donatio sine insinuatione non est penitus inimica iuri, ꝙ patet: qa tenet infrà summā ccccc. aureo. d. l. sancimus. C. de dona. præstito tali iuramēto, nō ui, non dolo, neq; metu, super tali renūtiatione facta, iuramētū ipsum est seruandū: sicut probant dicta iura. Istā partē etiā tenet do. Humbertus de bouēco, in sua repetitione dictæ authenticæ, sacramēta. in materia causæ fina. in uersi. v. infertur, quòd si fiat renūtiatio, &c. Et pro hac parte, ꝙ ualeat talis renuntiatio, cū iuramento, recordor fuisse iudicatū in hac curia parlamenti, de anno dom. ccccxxxiij. in causa tunc ibi diffinitiua ad causam castri illiui, inter dominū Humbertū de grolea, tunc balliuū Matiscon. & Senescal. Lugdun. ex una parte, & dominā Helynorgiā, dominā Turnionis ex altera: in cuius causę diffinitione ego Guido Papæ tunc fui adiunctus dominis meis de parlamēto, cū tunc de numero cōsiliariorū non existerem, sed practicarē. Posteà ēt de anno dñi M. ccccxlj. & de mēse Iunij in causa reuisionis castri Rupischinardi fuit hæc quęstio posita in mediū, & determinatū posse renuntiari insi-
6 nuatiōi cū iuramēto. *Sed an insinuatio possit fieri coram quocūq; iudice etiā incompe-
d tenti? d uide quę dixi supra q. cccxxvj. Sed an in donatione causa mortis requiratur insinuatio: uide quæ dixi s̃. qō. ccccxxv. in fine, &c.

a Non firmatur.] *Vide quo adhoc omnino do. Pan. extra de iureiu. in c. cum contingat. in iij. colum. in uersi. circa primum.*

b Tenet renuntiatio.] *Contrà uidetur sentire d. Bald. in l. illud iij. col. uersi. v. quæro. iuncto uersic. sequen. C. de sacros. eccl. & aperte d. Paul. de cast. i. parte consi. not. xci. in uer. nec habet obstare. ubi*

re. ubi tenet expreße, quod insinuationi etiam cum iuramento renuntiari non poteſt.

c In uerſi. fi. dicti §.] *Vbi ipſe dominus Ioã. and. nõ uidetur reſolutiuè loqui: ſed allegãdo pro & cõtrà, uidetur dare in terminis.*

d Incompetẽti.] *Vide quod not. do. Bal. in præal. l. illud in iij. col. in uerſi. illud eſt notandum. C. de ſacroſan. eccle.*

SVMMARIVM.

1 *Hæres rogatus an poſſit cogi facere inuentarium de rebus reſtitutioni ſubiacentibus, ad ſubſtituti poſtulationem. Et quid ita? nu. 2. 3. & 5.*

4 *Bonorum hæreditariorum deſcriptio per quem fiet.*

QVAEST. CCCLI.

1 VTrum hæres rogatus reſtituere* hæreditatẽ, ſi ſine liberis deceſſerit, uel poſt eius obitum, poſſit ſubſtituto poſtulãte cogi bona ponere in inuẽtario? & uideretur dicendum, quòd nõ, propter rationẽ poſitã in l. ij. dũ in ea dicit quid enim tã durũ, &c. C. quando & quibus quarta pars. libr. x. Conſiderato maximè, ſi quæ incõueniẽtia reſpectu hæredis uel hæreditatis, quæ inde ſequi poſſent, ex tali inuẽtarizatione, ſicut dicit tex. in l. fi. ibi dũ in ea dicitur. Interdũ etiã neceſſe eſt fieri, ne ſecreta patrimonij, &c. C. de ali. pupil. præſtandis. Attamẽ iſta ratione nõ obſtãte, credo hęreditarias res ad poſtulationẽ ſubſtituti debere pro ſui iuris cõſeruatiõe deſcribi. Pro hoc uidetur text. in l. j. §. ſeruus. in uerbo, curatore autẽ, &c. ff. de uentre in poſſeſſionẽ mittendo. & hæc deſcriptio nihil aliud eſt, quàm quędã quaſi inuẽtarizatio, ita dicit text. in l. ſi quis intra. iuncta gloſ. poſita ſup uerbo, deſcriptio. C. de bonis damn. Et poteſt* duplex aſſignari ratio: quia mediante tali deſcriptione auffertur uia malignãdi hęredi, qui aliàs ceſſante deſcriptiõe poſſet de facili res hæreditarias diſſipare, aut furari in præiudiciũ ſubſtituti. Ita dicit tex. ad literã in d. l. ſi quis intra. dum in ea dicitur, ne quid rei priuatę cõmodis per gratiam atq; colludiũ furto ſubducatur. & pro tanto talis deſcriptio uidetur promiſſa, ut malitijs hominũ obuiet. l. in fundo. ff. de rei uẽ. Alia* eſt ratio, quia cũ talis deſcriptio proſit ſubſtituto, nec eſt hæredi nociua, ideo ad poſtulationem ſubſtituti debet fieri. l. j. §. itẽ aiunt. ff. de aqua plu. arc. & l. creditorẽ. ff. de euictio. Præterea,

a b 2 3

tereà, hæres rogatus restituere sub certa die, uel cōditione, aduenięte die, uel cōditio
a ne, tenetur rationē a de rebus hæreditarijs reddere. l. cū tale. §. Titius. ff. de condi. & demō. & l. mulier. §. sed enim. ff. ad Treb. Quā tamen reddere non posset rationē cōmode, nisi sciretur quæ sunt res hæreditariæ: quod tamen cōmodè nō posset sciri, nisi mediāte descriptione. ergo descriptio ipsa ad postulationē substitu
b ti est fiēda. Et istā partē b tenet Pet. Ia. in titu. de fideicō. hęre. pet. uer. item interim pēdente conditione, &c. & pro hac parte uidi determinari in dicta curia parlamenti in extraneo hærede. Et pro hoc facit ēt ratio, quia licet de iure sequestratio sit prohibita. ut l. j. C. de prohibita sequestra. nisi in certis casibus, ibidē per glo. not. attamen potest fieri creditore postulante descriptio rerū, quę sequestrari petūtur: ita dicit & tenet Bart. in d. l. j. §. seruus. ff. de uen. in pos. mittendo. ubi etiā dicit, ꝙ descriptio bene potest fieri, & est permissa: ut sciatur quæ & quot sunt res, sicut habet in l. si quis. s̃. allega. Idem posuit in l. mādatis. ff. de requi. reis
4 & fiet* ista descriptio per notariū, in præsentia hæredis & substituti uocatis duobus uel tribus ex cognatis uel amicis eorundem, qui talem descriptionem tenebunt secretam. Et ita cessare potuerūt rationes in contrarium factæ: quæ descriptio sic facta, licet non faciat fidē respectu, creditorum legatariorum, tamē faciet fidē respectu hæredis, &
5 substituti. Ad* quem finē propterea, ne res hęreditariæ subtrahantur aut dissipētur, fuit talis descriptio iure introducta, iuxta dictam l. si quos. suprà allega. Et istam partē, uidelicet, quòd nō facit fidē respectu creditorū, & legatorū, sed solū respectu hæredum & substituti. tenet Bar. in l. qui repertoriū. in quæstione, quæ rō qualiter inuentarium debeat fieri &c. ff. de administra. tutō. & fiet talis descriptio sumptibus substituti, cū ad ipsius fiat utilitatem, argumen. l. fina. §. in cōputatione. C. de iure delib. l. j. §. idem tutor. ff. de tute. & rationibus distrahen. & l. tutoribus. §. fina. ff. de administra. tuto. Sed an fideicommissarius possit sibi cautionem petere præstari ab hærede rogato suo uel extraneo ante conditionis euentum? uide l. cum Archimedoram. C. ut in posses. lega. &c.

Ratio-

a Rationem.] *Hæc est potissima rõ Spe.de instr.edi.§.si.uer.quid in patre.ubi dicit, q licet pater habens usũfructũ in aduẽtitiis filii,nõ teneatur reddere rõnem administrationis:tamẽ qa posset alienare bona filii, tenetur facere inuẽtariũ,ut sciri possit,si aliquid alienauerit. Et rõ eius concor.cũ authore nostro.Et secundũ hoc,ego Ioã.de gradibus. utriusque iuris professor,iudicaui in curia appellationũ uenerabiliũ et egregiorũ dominorũ Decani & Capituli ecclesiæ Lugdunen.in quadã cã sancti Genesii, ubi pater qui habebat usumfructũ bonorũ aduẽtitiorũ filii sui, nolebat facere inuentariũ,et erat timendũ de alienatione bonorum,& ideò iudicaui debere fieri inuẽtarium ab ipso patre. secundum opin.Spec. ubi suprà.*

b Et istam partem.] *Pro hoc facere uidetur,quod dicit d.Panor. ii.uol.consi. iiii. penul. in uersi. formatur & sextum.*

SVMMARIVM.

1 *Inuentarii confectio potest remitti à testatore,uel Iudice.*

QVAES. CCCLII.

a 1 b CONfectio inuẽtarii *a* ĩ tutorẽ*põt remitti *b* p testatorem.l.fin.C.de arbi.tute.tenet glo. in l.tuto. C.de administ.tuto.Et nõ a- c liàs nisi aliud iudici uideret l.in confirmãdo. ff.de confir. tut.& l.utilitatẽ.eo. tit.itẽ & si cõsuetudo esset de nullo inuentario conficiendo,non cõficeret. l.an in totum.C.quæ sit longa consue.& l.de quib. §.inueterata.ff.de legibus.itẽ si expediat pupillo nõ habere tutorẽ,potest remitti à iudice confectio inuertarii. Idem si expediat pupillo quantitatẽ sui patrimonii non manifestari, potest etiam isto casu à iudice remitti inuentarizatio. l. secunda. §. tractari.uersic. ergo si mater.&c. C. ad Tertul.& l. fi.C.de ali.pupil.præstan. ita dicit Bar. in l. tutor qui repertorium. in quæstione quæro quare dicatur iustissima causa. ff. de admini.tutor.De materia inuentarii iuxta dispositionem legis finalis.C.de iur.delibe.uide quæ dixi.infrà q.571. 1 2 3

a Confectio inuẽtarii.] *Vide de hac materia in deci. Tho.q.46.*

b Potest remitti.] *Adde do.Bar. & docto. in l. tutor qui repertoriũ.ff.de administra.tuto.et in l. nemo potest.ff.de leg.i.& domi. Cy.& Bald.in l.fi.C.de arbi.tut. & do..Alex.y.uolu.consi.lxxxii. in ulti.col. & non potest intelligere illud uerum,quòd tutor nõ tenetur conficere inuentarium, quãdo testator confectionẽ inuẽtarii*

tarii remiserit, nisi iudicialiter uideatur, ut q pupillo expediat fieri inuentariũ, quia tunc fieri debet non obstante remissione inuentarii, per ipsum testatorem facta. domi. Barto. in l. in confirmando ff. de confirm. tuto.

c Aliud iudici.] *Potest index ex causa confectionẽ inuentarii remittere tutori, sed quando expedit pupillo, non tetigit eius facultatem, secundum do. Bar. in præd. l. tutor. & d. Abb. in c. ex parte. ii. extrà de app.*

SVMMARIVM.

1 *Filii ex filia, an dicantur ex alio corpore nati, ut faciant deficere fideicommissum.*

2 *Neptis, an dicatur ex proprio corpore nata.*

3 *Testatoris uoluntas maximè debet attendi.*

QVAEST. CCCLIII.

TEstator tres habẽs masculos, & tres fœmellas, quas hæredes instituit particulares, & masculos uniuersales, & alterũ altri sine liberis & ꝓprio corpore & legitimo matrimonio ꝓcreatis, ex decedenti substituit, & si omnes sine liberis ex ꝓprio corpore ꝓcreati decederent, filias suas & eorũ liberos masculos substituit: moriunt duo masculi sine liberis, tertius inde morit̃, relicta nepte quadã ex filia sua præ defuncta, inter quã neptẽ & filias iã dictas est quæstio,* in 1 quas seu quẽ locũ habeat substitutio nepte dicente in ipsius personã locũ habere, per l. i. C. de condi. inser. & l. iubemus. §. pe. & fi. C. ad Treb. dictis sororibus contrariũ dicẽtibus & asserẽtibus in personas suas locũ habere, ꝓ eo ꝙ conditio sub qua fuerunt substitutæ, euenit, qa fratres sui nullos liberos ex proprio corpore procreatos reliquerunt,
2 *quoniam neptis ex proprio corpore non processit, & conditio in forma specifica debet impleri. l. qui hæredi. & l. Meuius. ff. de condit. & demõ. insurgit qõ, quæ dictarũ partiũ
a bene dicat. do. Bal. in d. l. i. *a* C. de cõdi. in ser. uidet̃ moue
b re istam qõnem, *b* & ibi te-
c net, ꝙ neptis dr̃ ex proprio *c* corpore nata: quia dicit ipse, in nepote est sanguinis cõtinuatio, qñ immediatè dicit̃, quicq̃d per rerũ naturã cõtinuatiauẽ ẽ unũ & idẽ. l. cũ acutissimi. C. de fideicõ. & facit bene pro hac parte, ultra eũ. l. fi. de polli. Tñ qcquid dixerit in hoc do. Bal. ego Guido sup hoc dixi & consului, dũ practicabam contrarium pluribus rationibus subscriptis,

quia

qa certũ est, ꝙ pater testator
ad ei⁹ hæreditatẽ admitti uo
luit primò filios suos mascu-
los,quos uř prędilexisse.l.Pu
blius.§.i.de cõdi.& demõ. &
l.Iuli.ff.ad Tre. & ibi ẽt not.
ꝑ Bar. Et post dictos mascu-
los inuitauit ad eius hæredi-
tatẽ liberos ipsorũ nulla diffe
rẽtia, utrũ essent masculi uel
fœmellæ, dũ tñ essent de suo
proprio corpore procreati,de
legitimo matrimonio existẽ
te,& si nulli esset tales liberi,
ipse inuitauit suas filias, &
post ipsas liberos masculos ea
3 rũdem.& ista fuit*uolũtas te
statoris expressa, quæ multũ
d dẽt attẽdi d.l.ĩ cõditionib. ff.
de cõdi.& demõ.& l.fideicõ-
missa.§.itẽ si qs.ff.de leg. iii.
Vlterius est ꝑmittẽdũ,ꝙ testa
tor adiiciẽdo in substitutione
uerbũ,ꝓprio corpore,uř exclu
sisse liberos filiarũ, utpotè ne
potes & ꝓnepotes, si q forẽt
tẽpore obitus earũ,quãuis ta
les appellatione liberorũ cõti
neanť.l.cognoscere.§. libero
rũ.& l.liberorũ.ff.de uerb.si-
gni.sicut dicimus in simili de
uerbo,masculos,ĩ substitutio
ne adiecto,cui⁹ uirtute fœmel
læ excluduntř:q alias exclude
renť.l.cũ ita legatũ.ff.de cõd.
& demõ.in c.Raynaldus. iun
cta gl.suꝑ uerbo,masculis.ex
trà de testa.& tenet Bar. in l.
cũ auus.ff.de cõd.& demõ.&
tetigi š.q.174.Nõ ergo sine cã
adiecit testator in substitutio
ne hoc uerbũ, proprio corpo
re.uolẽs intelligere de liberis
ĩmediatis suorũ liberorũ.ali-
ter hoc uerbũ proprio,de ni-
hilo operareť.quod tñ nõ est
dicẽdũ.l.si quãdo.§.i.ff.de le.
i.l.si stipulat⁹.ff.de usur.Inde
dř, ꝙ in dubio recurrere debe
mus ad cõmunem uerbi intel
lectum,& illũ seruare.c.ex li
teris.lo i.ibi,ad cõmunẽ uer-
bi intelligentiã &c. extrà de
spõsalib.ĩ antiquis. Et est rõ,
qa uti debemus uerbo ad id,
quod fuit institutũ:ut legitur
& not.xxii.q.ii.c. is autẽ.i.re
spõso.nec ab eodẽ dẽt recedi.
l.non aliter.in prin.ff.de leg.
iii.& l.i.§.institorũ.uer.in re
igitur dubia melius est uerba
edicti seruare &c. ff. de exer-
ci. nisi tñ de mẽte disponẽtis
aliter & aliud nõ appareret u
ut ĩ d.l.non aliter hř. Et cũ si
gnificatũ huius uerbi,ꝓprio,
se habeat ĩmediatè respectu
corporis filiorũ, qui hæredes
fuerunt instituti.ut de hoc uř
text. satis expressus in c.nul-
li.uerb.proprio iuramẽto &c.
c.ut circa.§.fi.de ele.li.vi.in-
sti.de patria pote.§. i. Et fa-
cit quod not.per.gl.in l.i.§.q
mandatum.ff.de offi.eius,cui
est manda.iurisdict.quòd iu-
men-

4 sariū uerò * subsidiū dicitur esse illud,quod imponitur alicui homini, uel populo, & ita coactè quodāmodo subditur lege, more,imperio, uel eius qui iubēdi habet potestatē, & tale appellatur indictū uel superindictū, id est,impositum seu superimpositū: de quo habetur in l. j. C.de superindictis.lib.x.et l.indictiones. C. de an. & tribut. eod. lib.x. Istam differentiam seu distinctionem subsidij uolūtarij,hoc est, gratis concessi, subsidii necessarii,hoc est,indicti seu impositi,facere uidetur iurisconsultus Vlpianus in l.manus propriæ.ff.de uer. sign. De materia ipsorū subsidiorū, & quis in eis teneatur cōtribuere, uideas plenè, quæ dixi infrà q.ccclvi.usque ad quæstionem cccc. inclusiuè,&c.

a Etymologia.] *Est enim etymologia origo uocabuli, cum uim nominis uel uerbi,per interpretationem colligimus, ut inquit Isidorus.i.lib.etymologiarum.*

b Argumētatio.] *Qualiter formetur argumētū ab etymologia seu allusione uocabuli,traditur ĩ l.ij.§.appellata. ff.si cert.peta.*

SVMMARIVM.

1 *Vintenium an sit soluendum nomine prædiorum in alieno territorio sitorū,licet ibi non habitem.uide nu.2.*

3 *Habitantes in mandamento,& ibi habētes res & possessiones, soluant integrum Vintenium.*

4 *Vintenium,unde dicatur.*

QVAEST. CCCLXXII.

DE uintenio *a* quod soluitur in pluribus castris & territoriis pręsentis patriæ Delphi. de blado,aut uino, pro uillis ædificādis ac muris seu mœniis cō
1 struendis:*dubitatū fuit,utrū si quis in aliquo territorio talis uillæ uel castri prędia possideat,non tamen habitet,utrum tale uintenium ibi præ
b stare teneat. & dixi q̃ sic *b* *,
2 ut uidetur text. in l. ii. C de mu.patrimo. li. x.ubi tex.dixit munera,quæ patrimoniis publicæ utilitatis gratia inducūtur, ab omnibus subeunda sunt &c.Sed sic est,quod tale Vintenium possessoribus imponitur gratia publicæ utilitatis,& pro mœniis construēdis,

dis, ac ipsorũ reparatiõe, quæ publicã utilitatẽ respiciũt. l. ad portas. l. ædificia. & l. oẽs. lo ii. C. de operibus publicis. igitur sequitur, quòd ipsum præstari debet à possessoribus prædiorum in territorio talis uillæ uel castri situatorũ, licet possessores, ibi non habitẽt. l. rescripto. §. sciẽdũ. uerũ quidã sunt &c. ff. de mu. & hono. ideò notantur, in d. l. ii. de mu. patri. dicitur ab omnibus. Quia qui omne dicit, nihil excludit. l. a procuratore. C. mãd. l. Iulia in prĩ. ff. de leg. iii. istud dicere uoluit gl. super uerbo, ab omnibus. in l. fi. C. de mu. patrimo. li. x. Item dicere uoluit gl. in rub. eo. ti. in fi. ibi. dũ dicit, & hoc ẽt alienigenis &c. Istud idẽ cõprobari potest, maximè, si ita se habeat cõsuetudo, quia tũc ratione cõsuetudinis esset fiẽda præstatio. l. libertus. §. sola. ff. ad munic. l. de quib. ff. de legib. l. an totũ C. de ædifi. priua. quia si hoc facere potest priuilegiũ principis, prout potest, eti tex. not. in l. munerũ. §. prætereà. ff. de mu. & hon. idẽ potest & consuetudo, in c. super quibusdã §. pretereà. extrà de uer. sig. l. nõ solent. & l. fi. C. noua. uec. imp. nõ posse. & l. i. in fi. cum l. sequenti. ff. de aqua plu. arcẽ. Et præmissa uera sunt tam in nobilib. quã ignobilib. ideò tex. dicit ab omnibus &c. pro hoc bene facit l. munerum. §. patrimoniũ. in fin. ibi dũ dicitur, neque ueteranus, aut miles, aliusùe qui priuilegio aliquo subnixus est, licet põtifex excusetẽ, &c. ff. de muneri. & honor.

3 *Sed iuxta premissa quæro, Vtrũ illi q habitãt in mandamẽto: sed solũ ibi habẽt res possessiones, soluãt integrũ uinteniũ. dic ꝙ nõ, nisi medium, ut dixi s̃. q. vii.

4 *Sed quæro unde dicatẽ uinteniũ. dic ꝙ dicitẽ de uinco uincis: quia ꝑ uinteniũ inimici uincũtur. arg. l. pupillus. §. oppidũ. ff. de uer. signifi. uel dicitẽ à xx. quia xx. pars fructuũ pro uintenio, hoc est muris construẽdis seu raparãdis datur. Et uinteniũ, mœnia & muri, sunt idẽ, & pro uno, & eodẽ habẽtur, cõsiderato, ꝙ secũdũ cõmunẽ modũ & usum loquẽdi muri alicuius loci Vinteniũ appellãtur: q cõmunis usus loquẽdi in talibus debet attẽdi. l. i. & ibi Bart. in l. Labeo. ff. de supel. leg. &c.

a De uintenio.] *Scripsit de uintenio suprà quæst. vii. & melius consi. suo i. inci. in actione negatoria. & per eo in uersic. quo ad primum num. i uolu. i.*

b Quod sic.] *Istud etiam tenet Azo*

Azo in sum.in ti. de muneri.patri.in y.col.in uersi. munera subire coguntur.ibi,excipitur,nisi sit tale munus.

SVMMARIVM.

1 *Delphinale edictũ,ne blada extrahantur è prouincia,extendaturne ad Lugdunenses, Sabaudienses,& prouinciales habentes terras in ea patria.*

QVAEST. CCCLXXIII.

VTrum uetitũ de bladis nõ extrahẽdis ab hac patria Delph. fieri possit de iure? Cyn. quòd sic,in l.i.in fi. C. quæ sit lon.
1 cõsue.*Sed an tale uetitũ extẽdat̃ ad Lugdunẽses,Sabaudiẽses & ꝓuinciales habẽtes terras in hac patria, in q̃bus blada seminata fuerũt: adeò ꝙ ibi extrà Delph. extrahere nõ possint? dic ut no.per Cy.
a ubi. s̃. *a* Sed utrũ tale uetitũ extẽdat̃ ad farinã, uel panes factos, de blado, seu farina bladi, ꝙ excreuit ĩ hac patria Delphi. Quo ad farinã dicit
b Dyn.ꝙ nõ *b*,secundũ propriã significationẽ. Bart.tenet oppositũ. per l.si cui lana. ff. de leg.iii.quia sicut lana,siue filata siue nõ, cõtinet̃ appellatiõe lanæ:ut ibidẽ dicit̃:sic ẽt farina, donec sit in panes cõuersa,cõtinetur appellatione bladi seu frumẽti.Ita dicit & exponit ipse Bar. in l.quæsitũ.§. illud.ff.de leg. iii. Quo uerò ad panes factos,uidetur tale edictũ nõ extendi, ut patet per iã dicta.Quicquid sit, licet à uerbis edicti nõ sit recedendũ.l.nõ aliter.in princ. ff.de leg. iii.& l.si serui. ff. de nox.attamẽ eadẽ ratio prohibitiõis quę est in blado,ne annona carior efficiat̃,& ne subditi fame pereãt, est in farina & pane, quæ extrahi possent à patria:ideò idẽ ius est statuẽdũ.l.istud. ff. ad l. Aquil.& l. fi.ff.ad l.Fal. Et q̃a ubi mens legis,idẽ uel plus habet q̃ uerba,attẽdi debet ad mẽtẽ,sicut ad uerba.l.ut gradatĩ.§.sed si le.ff.de mu. & ho.& l.aut facta.in fi.ff.ad Treb.& ita pluries in iudicando uidi in hac curia parlamẽti determinari & appunctari puniẽdo portãtes panes extra patriã durãte uetito. De hac materia uetiti de bladis non extrahendis extra patriam, etiam tetigi j. quæstione ccccclxxii.

a Per Cy.ubi s̃.] *Ipse Cy.in præ. l.i.in ul.uersi.arguit pro & cõtra.& uidetur uergere in partẽ affirmatiuam, uidelicet quòd extrahere possint.*

b Quod non.] *Aut si per statutũ sit prohibitum extrahi bladum, possit extrahens deportare pro suo usu, uide Ioan. de porta.*

porta. in l. cętera. §. sed quis ad opus. ubi etiam Bar. & alios. ff. deleg. i. & ibi. Alexand. in fin. ver. item no.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium an possit conferri per ordinarium, irrequisito patroni laici consensu.*
2 *Consensus Capituli superueniẽs post collationẽ, an eã ualidet.*
3 *Ordinarius an poßit beneficium conferre irrequisito patrono ecclesiastico.*
4 *Papa, uel delegatus poßit conferre beneficium inconsulto patrono laico.*
5 *Vicarius generalis Episcopi, an poßit beneficia conferre, sine speciali mandato.*
6 *Vicarius Episcopi, an poßit aliũ substituere uicarium.*
7 *Electio facta sine consensu patroni laici, an ualeat.*
8 *Clericus patronus præsentando indignum, priuetur ipso iure.*

QVAEST. CCCLXXIIII.

PErmutatio facta per ordinariũ de beneficio spectante ad præsentationẽ patroni laici, ipso contem-
1 pto * & non uocato, non est ipso iure nulla, sed uenit annullanda per sententiã, si talis laicus patronus eius contemptũ prosequatur infra tẽpus, infra quod præsentare poterat & debebat. & ita decisum fuit per dominos de ro-
a ta quæstio. ccciii. *a* quæ incipit itẽ quod permutatio facta
b &c. alii habent in ordine *b.* quæstione iii. & vii. per rationes ibidem plenè deductas. Et ita etiam fuit conclusum super processu causæ uertentis in hac curia parlamenti, inter dominum procuratorẽ fiscalem Delphi. ex una parte, & dominum Antoniũ pellissonis in manibus Antonii de mollena secretarii Delph. ad causam curæ sancti Georgii sperenchiæ: quam curam uacantem per resignationem causa permutationis tunc factæ, dominus archiepiscopus Viennensis seu eius uicarius de anno domini Mil. ccclix. & die pe. mensis Septẽbris, cõtulit di. domino Ant. pellissonis, contempto, & non uocato domino nostro Delphi. patrono dictæ curæ. Et quia dictus dominus procurator fiscalis nomine Delph. infra tẽpus iuris, uidelicet quatuor mensium prosecutus fuit contemptum pręfati domini nostri Delphi. patroni, ideo in diffinitiua dicti processus leuata fuit manus Delphinalis ad utilitatẽ d. Iacobi bouis, quẽ do. gubernator Delphi. nomine Delphi. præsentauerat

rat d.do.archiepiscopo.Et qđ s̃.dixi,collationẽ factam non esse ipso iure nullam,si fiat in cõtemptum patroni laici, est uerum in collatione necessaria,quæ fit ex causa permuta
c tionis,c iuxta cle.unã,de rerum permu.Aliud autem est in collatione uoluntaria,quę erit per mortem uel resignationem simplicem.tunc enim collatio esset ipso iure nulla, si fieret sine consensu patroni laici, per c. decernimus.xvi. quæst.vii.& gl.in c.cum dilectus. extrà de iure patronatus.in gl.super uerbo præsenti.ita ẽt ibi fuit decisum in sequendo etiam decisionẽ Ro-
2 tæ,ubi s̃. An autem*consensus patroni posteà superueniens ualidet collationem uo
d luntariam?d domini de Rota ubi s̃.dicunt quòd sic,per ra-
3 tionem ibidẽ declaratã.* An autem ordinarius possit beneficiũ conferre inconsulto pa-
e trono ecclesiastico?e dic quòd non:& si fiat,uenit irritanda. in ca.illud.extrà de iure patro. Et dicit Panor. in d.c.illud.circa princ.Item nota,episcopum non posse beneficiũ patronatũ alicui conferre sine præsentatione patroni, etiã ecclesiastici. Et quòd institutio facta sine præsentatione talis patroni, est de rigore iuris irritanda, notãter dicit ipse bene hæc uerba.Nã ideò dicitur de rigore, quia de æquitate non esset irritanda, cum ius patroni dependeat de gratia: ut no. de iure patro.c.quoniam. hic tamen rigor præfertur æquitati patrono instante,ut in c.decernimus.xvi.q.vii.Et per illum tex.potest dici, quòd institutio sit ipso iure irrita, quod etiam sentit Io. And. in c.ii. de officio uicarii.li. vi. Et tũc expone, uerbum irritanda,id est,irrita nũcianda, uel est irritanda quo ad factum, sicut de facto processit. ista sunt uerba Pan.in d.c.illud.Et ita fuit declaratũ in camera consilii die xv. Septembris. Mil. ccccl x.super facto curę prioratus mõtesaugiasii.quod secus est in legato de latere:qui potest inconsulto patrono ecclesiastico beneficiũ cõferre: sed alii legati, qui non sunt de latere, ita facere non possunt.Et hæc habentur per gl. in c. dilectus. de offic. deleg.
4 in antiquis glos.fi.* Sed quid de patrono laico,an Papa uel delegatus possit conferre inconsulto patrono laico? dic
f quòd non.f in d.ca.dilectus. extrà de offi.leg.& in ca.cum dilectus.extrà de iure pat. Et ibi glo. super uerbo,præsentare.

re. Et quia est speciale in legato de latere, quòd possit beneficiũ cõferre incõsulto patrono clerico: ut dicit gl. in d.c. dilectus. super uer. præsentare. ibi, sed hoc uidetur speciale. ergo in cõtrariũ est ius cõmune. uidelicet, ut episcopus incõsulto patrono ecclesiastico nõ possit beneficiũ conferre: l. i. ff. ad muni. cum similibus. & si faciat, eius collatio irritabitur per dictũ c. illud. cum ibi notatis per Panorm.
5 * An uicarius gñalis episcopi possit beneficia conferre sine speciali mãdato? dic ꝙ nõ, nisi sit sibi specialiter cõcessum. in c. fi. de offi. uicarii. li.
6 vi. Sed * an uicarius episcopi possit alium uicarium substituere? dic ꝙ nõ: ut in c. clericos. de offi. uicarii. in antiqs. nisi ex causa necessaria, ut ibi dicit Io. de lig. ut quia uicarius est infirmus uel uicarius de licẽtia episcopi se absentat pro modico tẽpore, tũc ad modicum potest alium substituere, ut ibi dicit Io. de lig.
7 *Sed quid de electione facta sine cõsensu patroni laici? dic ꝙ nõ ualet, nec debet confirmari, ut uidet gl. in c. de hoc. super uerbo, regẽ aũt, & prin
g cipes. g extrà de simo. & ibi loquitur gl. de rege uel prin-
8 cipe patrono. * Sed an clericus patronus h præsentãdo indignũ, priuet ipso iure? dic ꝙ sic. & est ratio: quia præsentatio clerici patroni uim electionis habet: ut not. per Io. An. in c. cũ autẽ. in fi. extrà de iure pat. Sed sic est in electione, ꝙ eligẽtes indignũ, priuẽtur ipso iure c. cũ in cunctis. in fi. de elect. quare, & c. maximè etiã appellatione electionis cõtinetur præsentatio. c. quærelã. de elect. no. per Io. An. ĩ rub. de elect. li. vi. priuatur tñ pro illa uice in c. inter dilectos. de excessibus prælatorũ. De materia iurispatronatus etiam scripsi infrà q. cccccvii. Et uide etiã in singularibus meis in folio ccxxix. uerso. Et ẽt de hac materia iurispatronus, in lxxi. cõsiliorũ meorũ. uide ẽt de sancto Gemi. in c. cũ in illis. in §. cũ autẽ. de præbẽdis. li. vi. itẽ dicit Iac. de Puteo. in l. si cõstante. ff. sol. mat. ꝙ iuspatronatus est inæstimabile, & nullius precii reputaẽ. l. naturalis. in fi. ff. de præscrip. uer. l. planè. la ii. in §. fi. ff. de leg. An permutatio possit fieri de beneficio per episcopũ sine cõsensu patroni? uide in singularibus meis, folio 249. uerso.

a Quæstione.] *Voluit dicere decisione seu conclusione, cum stylus uoluminis Rotæ nõ per uiã quæ-*

quæstionũ, sed per modũ decisio nũ seu conclusionum aut determinationũ progreditur.cccii.alias cccvii .in nouis.

b Quę incipit, itẽ quòd permutatio facta.] *Alias incipit, permutatio facta per ordinarium.*

c Ex causa permutatiõis.] *Istud intellige uerum, quando permutatio fit propter ecclesiæ necessitatẽ uel utilitatẽ: secùs si nõ propter necessitatẽ, uel utilitatem ecclesiarum, sed propter fauorem personarum: uel aliàs uoluntariè fieret permutatio: quia tunc permutatio facta contempto patrono seu iis, quorum interest, esset nulla ipso iure: ut tenet Egidius de bella mera in tractatu permut.benefi.eccl.parte prima, quæstio.ii.& in fi.iii.q.*

d Validet collationem uolũtariam.] *Istud uidetur etiã sentire Egidius de bellamera, ubi suprà, in prin.iuncto uersic. Lap. primò dicit.*

e Patrono ecclesiastico.] *Quo ad hoc, uidetur non esse facienda differentia inter patronum ecclesiasticũ, & laicũ patronũ: quia utrobique est identitas rationis. & licet Papa quandoque pũctationes clericis, & nũquam consueuerit auferre laicis, iuxta le cta & nota.de iur.patro.c.cum dilectus. & de præbend.c.ii.lib. 6.tamen Episcopus non plus potest auferre patrono clerico, quã laico: ut dicit Egidius de bellamera ubi supra. in iij.q in uersic.ad quintum.*

f Dic q nõ.] *Papa enim patronis laicis præiudicare nõ intẽdit, ut eos a fundationibus ecclesiarũ non retrahat. ubi supra in præuersi ad quintum. in fin.ita inquit ipse Egidius de bellamera. Vide tractatũ.ca.fi de iure patron. qui est amplissimus in materia iurispatronatus: in quo omnia ad hanc materiam pertinentia ad satietatem inuenies.*

g Glo. super uer. regem aũt & principes.] *Aliàs super uers.& principes: Istud quod hic dicitur à parte sentit glo. i. sed intellige hoc uerũ, si patronus laicus prætendat aliquã causam legitimã contradicendi: aliàs secus, nisi hoc haberet de iure speciali, & à solo Papa ibi dicit Pano. super glo.in uersi.regem.*

h Sed an clericus patronus.] *Tu uide de hoc istũ cõsi. lxxi.incip. pro decisione præsentis processus. num.i.uersi.i. quòd non ualuit.*

SVMMARIVM.

1 *Actio de dote consequẽda an cõpetat uxori, cui non fuit promissa dos solut, sed uiro: uide & nume. 2.*

3 *Filia an petere possit ambas dotes, si pater eam secundo nubẽtem dotet, non facta mentione de prima dote.*

QVAE-

QVAEST. CCCLXXV.

1 MAter pro filia quam nuptui tradebat, *cõstituit in dotem quinquecentũ florenos: quos quinquecentum florenos soluere promisit uiro: contingit quòd mortuo uiro filia agit contra hæredẽ ad sibi soluẽdum dictam dotem: cùm pater eam soluisset marito, opponit hæres patris constituẽtis, quòd dicta dos fuit promissa solui marito, & nõ ipsi filię: & quòd propterea sibi filiæ non competit actio: iuxta l. si pro te pater. C. de dot. promis. circa hoc fuit inter nos dubitatũ, an dictus hęres patris constituentis benè dicat. ego dixi, quòd malè dicit dictus hæres constituentis, et ꝙ dicta filia bene petit: quia d. l. si pro te pater. procedit ubi maritus uiueret: sed ipso defuncto subest æquitas, ꝙ ipsa
a filia sua dotem petere possit: a de qua æquitate uidetur tex. in l. i. §. uideamus. ibi æquissimũ nobis uisum &c. & in §. accedit. ibi tunc præsumatur & mulierẽ ipsam stipulationem fecisse &c. C. de rei uxo. act. iuncto c. dilecti filii. dum in eo dicitur, prouideatur attentius, ne ita subtiliter sicut & multis fieri solet, cuiusmodi actio intẽtetur iniquitatis: sed simpliciter & pure factũ ipsum & rei ueritatẽ secũdũ formam canonũ & sanctorũ patrũ instituta inuestigare curetis, &c. de iudiciis. in anti- 3
quis. et ꝓ hac parte uidetur una glo. in l. si socer. §. Lucius. ibi, uel melius etiã nõ legata dote &c. ff. sol. mat. Et maxime iudicis officio nobili implorato, cui congruit, ut dos mulieri conseruetur, nec ea destituatur. l. i. ff. so. ma. Pro hac parte etiã uidetur facere tex. in l. in rebus. in princip. C. de iur. do. & ita inter dños meos de parlamẽto fuit cõclusum, M.ccccix. de mense Aprilis, super processus dominæ Antoniæ uxoris domini Hũberti Achardi in legibus licenti. quæ petebat Ioãni lætitię dotẽ claudio florensac eius primo uiro, posteà constitutã, & eidem uiro solui promissam.
2 *Tamen tẽpore quo practicabã, consului pluries ex abundãti ad omnẽ cautelã, quod uxor procuraret sibi cedi actiões per hęredes uiri: iuxta a
l. fi. §. i. uer. & si debitor. & l. legatum. lo i. ff. de leg. i. ut cessaret ille obiectus, qui fieri poterat de d. l. si pro te pater. & quod dicta l. si pro te pater, intelligitur etiam soluto matrimonio: ita quod actio de

de dote non competat uxori cui dos nõ est solui promissa: sed marito: nisi actiones per hæredes uiri cedãtur uxori. tex.est in l.si socer. §.Lucius.
3 ff.sol.mat. * Sed quæro, si pater secũdò maritet filiã, & sibi dotem constituat, nõ facta mẽtione de prima dote filiæ, an petere poterit ambas dotes? dic quod non poterit petere, nisi dotẽ secundò constitutã in secundo cõtractu matrimonii, per tex.in l.dotẽ.ff. de iure dot. & tenet Cyn. in auth. sed quamuis. C.de rei uxo. act. Istã quæstionẽ uidi in terminis de anno domini M.ccclx.in manibus Ioãnis rossati secretarii Delph.in dicta causa uxoris domini Hũberti Archi.in legibus licentiati.sed non fuit hęc questio terminata, quia ante diffinitionẽ processus ipsi amicabiliter cõcordauerũt: quia ego ostendi d.l.dotem. dicto dño Humberto. cuius timore ipse fuit contentus cum parte cõcordare &c.

a Petere posit.] *Quia dos est proprium patrimonium filiæ. l. denique.§.sed utrum.ff. de mino. Itẽ, quia mulier habet actiones, ex stipulatu ad exigendum dotem sol.matr.uel etiam eo cõstante, si maritus uergat ad inopiam. Quinetiã habet in rebus dotalibus inæstimatis exigendis rei uen. saltem utilem: Azo. in sum. C. de iure dot.in §.sit autem exactio do.*

SVMMARIVM.

1 Consiliarij an teneãtur cõtribuere in subsidiis Delphinalibus.

QVAEST. CCCLXXVI.

IN generali reuisione focorum præsentis patrię Delphi.inchoata fuere in hac ciuitate Grationo.per dominos meos de parlamento de anno dñi M.ccccl x. ego Guido papæ cogitaui & scripsi in iure circa xxviii. casus infrà proximè descriptos, qui in ipsa reuisione occurrere poterant, in iure determinandos, circa illos. quia cõtributione subsidiorũ Delphinalium se eximere intendebant. qui casus durãte dicta reuisiõe per diuersa interualla fuerunt decisi & determinati in camera consilii, prout infra in fine cuiuslibet casus seu quæstionis
1 describã. * Et primò an domini mei consiliarii in dicta curia parlamenti quæ in administratione iustitię & regiminis huius prouinciæ instituti sunt, debeãt esse immunes cõtribuendo in dictis subsidiis
a Delphi.& certum est, ꝙ sic.*a* Primo de iure scripto. quia

talia

talia imponũtur perſonis ple
beiis pro modo ſuarũ faculta
tum.l.i. C.de muneri.patri.
li. x.& l.i.C.de anno. eo.li.ſe
cundũ etiã obſeruantiã præ-
ſentis patriæ Delph. Sed ipſi
dñi de parlaméto eo ipſo, ꝙ
ibi in officiis aſſumuntur,de-
ſinũt eſſe plebeii, cũ antea eſ-
b ſent,ꝑ tex.in l.iudices *b* C.de
dig.li.xij.& debẽt dici nobi-
c les.ut ibi dicit Bar. *c* ꝑ tex.d.
d l.*d* igit̃ &c.Secundò ſi de iure
nõ forẽt exẽpti, ſunt tñ ex in
dulto principis, uidelicet dñi
nr̃i Frãcorũ Regis, nũc Del-
phini Viẽnenſis eis cõceſſo de
anno dñi 1434. in quo mãdã
tur teneri franci & immunes
à cõtributione dictorũ ſubſi-
diorũ ut latius in literis paté
tibꝰ,in camera cõputorũ Del
phinaliũ regiſtratis cõtinet̃.
Tertiò iure conſuetudinario
tanti tẽporis ſpacio introdu-
cto,quòd de cõtrario memo-
ria hominis non exiſtit, ipſi
dñi cõſiliarii dictæ curiæ par
lamenti à talibus ſunt & eſſe
cõſueuerunt exẽpti, & ſunt in
illa quaſi poſſeſſione nõ cõtri
buendi, nec in hoc aliqua cõ
trouerſia eiſdem per cõſules
preſentis ciuitatis infert̃. Sed
hęc duxi premittẽda,pro deci
ſione q̃ſtionis proximè ſequẽ
tis. De etymologia uocabuli
ſubſidii,uide s̃.q.ccclxxj.

a Quòd ſic.] *Vide l. curiales om
niũ.C de decur. lib.x.& l.maxi
marũ.C.de excuſa. mune.eod.li.*
b L. iudic.] *Adde propriũ tex.in
materia.ff.de decur.l.honores §.
is,qui non ſit.*
c Dicit Bar.] *In uer. ex hoc.&
idem ſentit de doctoribus.*
d Per text.dictæ legis.] *Scilicet
ibi & honore exuti, inter peſſi-
mos quoſq; & plebeios habeant.*

SVMMARIVM.

1 *Cõſiliarius loco motus, gaudeat
ne eiſdem priuilegijs & immu
nitatibus, quibus in conſulatu
exercendo. Et quid ita.num.2.*

QVAEST. CCCLXXVII.

1 QVid* ergo ſi quis ex
dñis meis dictę cu-
riæ parlaméti uolũ-
tate pricipis priuet̃ ab officio,
an debeat gaudere eiſdé priui
legiis, immunitate, & præro-
gatiuis: de quib. s̃. tetigi, qui-
bus utebat̃ ante priuationẽ?
a Dico ꝙ ſic *a*, per tex. in l. una.
C.de comi.q. prouin.reg.lib.
2 xii. Nã habẽti * priuilegium
b immunitatis , durat *b* eidem
quãdiu uiuit: licet poſteà exu
atur tali dignitate: per tex.ad
literã in ꝓpria materia.i l.eã
legẽ.C. de excuſa. mun. li.x.
Hinc eſt, quod dicit Spec.i ti.
de leg.§.fi.uer. itẽ nota.pro-
pe fi.ꝙ qui ſemel fuit legatus,
debetur

debeť ei reuerẽtia in memoriã priſtinæ dignitatis. Ex his fuit concluſum, ꝙ dñs Frãciſcus porterii, olim præſidens præſentis curiæ parlamenti, non debet compelli ad cõtribuendum cum plebeiis in dictis ſubſidiis Delphinalibus per conſules præſentis ciuitatis Grationopo. &c.

a Quòd ſic.] *Quia beneficiũ per dignitatem quæſitũ, durat etiã deficiente dignitate. C. de dignitati. li. xij. maior dignitas.*

b Durat.] *Hoc uerum, dummodo non priuetur tali dignitate propter furta & ſcelera, ut in l. iudices. C. de digni. lib. xij. & ff. de ſena. l. ſenatorem. & ff. de decu. l. fi. iuncta gl. in uer. decurio.*

SVMMARIVM.

1 *Iudices Delphin. inferiores an cõpellantur contribuere in ſubſidijs patriæ.*

QVAES. CCCLXXVIII.

SEd quid de iudicibus curiarum Delphinaliũ cõ-
1 munis Grationo.* Grayſuodani, Viẽnenſij, & terræ turris Viẽnenſii & Velẽtinẽſii Criſtæ & Montilii, an debeãt in dictis ſubſidiis contribuere? credo ꝙ nõ, quia eo ipſo ꝙ talia officia eis cõferũt, deſinũt eſſe plebeii: per tex. in d. l. iudices. C. de digni. li. xii.

Et dicũtur uiuere nobiliter, cum uerſatur circa leges, ius dicendo legis miniſteria: quia idẽ eſt uerſari circa leges uel circa arma, cum æquiparentur. C. de Iuſti. Cod. cõfir. in
a prin. *a* Sed contrarium ſeruatur, quia compelluntur contribuere in eiſdẽ ſubdiis Delphinalibus.

a In princ.] *& ibi uide, quod dicit d. Odof.*

SVMMARIVM.

1 *Viduæ relictæ Conſiliariorum Delphinal. an compellantur cõferre quid in ſubſidiis. Et quid de cæteris. num. 2.*

QVAEST. CCCLXXIX.

1 QVæro quid, quo ad uiduas* relictas cõſiliariorũ parlamẽti, & auditorũ cameræ cõputorũ Delphi. & aliorũ nobiliũ, qui in dictis ſubſidiis Delphinalibus cõtribuere nõ debẽt, nec cõſueuerũt? credo ꝙ tales rectè durãte eorũ uiduitate, nõ debẽt cogi contribuere in dictis ſubſidiis cum plebeiis: quia tales uiduę retinent di-
2 gnitatem maritorũ. *a* iuxta l. cũ te. C. de nupt. facit l. fœmi-
b næ. *b* ff. de ſenato. facit benè l. mulieres. C. de dignita. libr. xii. l. fi. C. de incolis. li. x. Et ex his propterea dicerẽ, quòd

relicta

relicta magistri Io. de marolio quondam auditoris cōputorum Delphi. non debet cōpelli ad contribuendū cū plebeiis in dictis subsidiis Del-
2 phinalibus.* Et idem de similibus, dum tamē uiuant in uiduitate castè & honestè: aliàs secus. per tex. in l. quæ adulteriū. in fine. C. de adult. & ita fuit conclusum per dominos de parlamento in camera consilii de anno dñi M. ccccLxi. de mense Aprilis, in reuisione focorū generali præsentis patriæ Delphina. &c.

a Retinent dignitatem maritorum.] *Et eorū domiciliū. Nam uidua uidetur stare in primo matrimonio, dum est uidua, ut l. fin. C. de bo. mat. & l. i. §. exactio. C. de rei uxo. ac. secundum Pet. de anc. in ca. significauit. de paro. & ali. par. pro hoc alleg. tex. in l. i. C. de priui. scho. lib. x. Et an uidua ueniat appellatione uxoris, uide Alexan. in consi. clxii. inci. uiso processu. col. ii. uer. istud etiam. in uol. ii. Quæ autē dicatur propriè uidua, dic ut per Bal. post glos. in l. fin C. ad legē Falcid. de plagia. & an mortuo marito uidua retineat domicilium mariti, uide omnino Iaso. in l. cum quædam. in i. nota. ff. de iu. om. iudic.*

b L. fœminæ.] *Hæc lex melior in proposito, quæ uult quòd fœminæ nuptæ, coruscēt radiis maritorum, & uiduæ radiis relictorum. Et contra degenerant nuptæ quæ uilioribus nupserunt, secundùm Bald. ibi. Vel congruētiùs & clariùs ad materiā subiectam uxoris coruscant, radiis maritorum, & eorum dignitate & priuilegio gaudent, etiā post mortem ipsorum, donec nubent alii inferioris gradus, quo casu dignitatem amitterent secundū Bart. in præallegata. l. fœminæ.* 2

SVMMARIVM.

1 *Vidua nobilis, relicta plebeii an teneatur ad subsidia Delph.*
2 *Argumētum à contrario sensu, in iure ualidum est.*
3 *Vidua plebeia, relicta nobilis, aut aliàs exempti, an durante uiduitate gaudeat priuilegio immunitatis.*

QVAEST. CCCLXXX.

SEd quid de muliere nobili uidua, relicta * plebeii a, sicut est Felizia reynarde, quæ dicitur de nobili genere procreata, quæ fuit nupta plebeio, uidelicet Ioan. pic, ciue quondam Grationopolit. An debeat ipsa cōtribuere ī dictis subsidiis Delphin. Et uidetur ꝙ non: quia, quando fiunt cessiones trium statuū in hac patria Delphi. pro dictis subsidiis indicēdis, exci-

excipiũtur nobiles nobiliter uiuentes, qualis eſt dicta Felizia. In contrarium uidetur: quia mulier retinet dignitatem, quam habet à patre, donec nubat plebeio. l. fœminæ. §. i. ibi, parẽtes uero. & c. ff. de ſenatoribus. & ita etiam ſummat dictum textum Albe. de roſate. ergo a contrario ſen
2 ſu,* quod eſt fortiſſimum in iure, ſi nubat plebeio, nõ retinet talem dignitatem paternam, ſed eã amittit, per text. in l. fin. C. de dignita. lib. xii. ita dicit gl. in l. cum te. C. de nuptiis. licet talis maritus plebeius moriatur, mulier ſtans in tali uiduitate, retinet talẽ conditionẽ, uidelicet plebeii. l. filii. §. uidua. ff. ad municipa. nam uidua abſtinens à ſecundis nuptiis, uř in præteriti uiri coniugio perdurare, & in prioribus cõſiſtere nuptiis. ita dicit Archidiacon. in cap. ſi quis. de ſepultu. lib. vi. qui alleg. §. ſoluto. in authent. de nupt. facit benè. l. mulieres. de incolis. lib. x. & alibi dicitur, ꝙ mulier ſequitur uirũ ſiue in uita, ſiue in morte. xiii. q. ii. cap. unaquæque mulier. Et ita in ſimili caſu fuit iudicatum in hac curia parlamenti de mẽſe Decẽbris, M. ccccl ix. pro cõſulib. ciuitatis Dienſis cõtra nobilẽ Mariã de ceziri no, quæ ẽt fuit nupta plebeio ut ſcripſi ſuprà q. cccxlix. Sed aduertendum eſt, quia quandocũque ipſa Felizia nubet in futurũ cũ uiro nobili, ipſa gaudebit nobilitate ſua, & nõ tenebitur contribuere. ita dicit Bar. in d. l. i. de dignitatibus: in ſua repetitione. & facit d. l. mulieres. C. de incolis. lib. x. Et ita reſpectu dictæ Feliziæ fuit deciſum in generali reuiſione focorũ M. cccclxi. de mẽſe Aprilis, per dominos parlamẽti in camera conſilii.
3 Sed * quid de plebeia relicta nobilis, vel alterius priuilegiati, & exempti: an ipſa ſit exempta a contributione dictorum ſubſidiorum, durãte uiduitate? uide quæ dixi s. quæſtio. proximè præcedenti. quæ eſt quæſtio ccclxxix.

2 Relicta plebeii.] *Iſta quæſtio & ſequentes deciduntur per dicta in proxima apoſtilla quæſtionis præcedentis.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici clericaliter uiuentes, nõ tenentur ad ſubſidia Delphinalia.*

2 *Regiſtrum, quid remiſſiuè.*

QVAEST. CCCLXXXI.

1 DE clericis autem clericaliter * uiuẽtib. a ſicut
2 ſunt presbyteri, et alij

 eccle-

ecclesiastici, dixi aliàs suprà quæstio.lxxix.ꝙ ipsi debẽt cõ tribuere in dictis subsidiis in locis, in quib. consueuerunt esse registra, pro rebus regi-
b stratis, *b* quas ipsi acquirunt quoquo titulo. insequendo opi.Bart. in l. rescripto.§. fi. ff.de mune.& honor. Sed postea hic aliter ponderando hanc materiam, credo contrarium, quòd imò ipsi nõ debent cõtribuere. Primò, per textum, qui hoc dicit ad lite-
c ram in cap.clericis. *c* de immu.eccl.lib. vi. ubi Papa authoritate apostolica prohibet collectas siue tallias sub adiutorii, mutui, subuentionis, subsidii, uel doni nomine seu quouis alio ti. uel quæsito colore clericis & ecclesiasticis personis, & eorũ bonis imponi per principes uel potestates, & quòd contrariũ facientes & factores eorũ sententiam excommunicationis incurrunt, &c. Quòd etiam cõ probatur iure ciuili. in l.ii. & in authẽ.itẽ nulla communitas.C.de episc. & cleri. & ꝙ nõ obstãte registro ecclesiastici in talliis, siue collectis laicorũ contribuere nõ debeãt, ẽt pro reb.registratis, tenet expresse Bal.in l.placet.C.de sacrosan. eccles. qui ibi in hoc reprobat Bar.& credo, ꝙ bene: qa talia statuta & cõsuetudines cõtra libertates ecclesiæ cassæ et irritę esse debẽt.in authen.cassa.C.eo. tit. facit l. priuilegia.i §.i.eo.tit. Et istud ẽt est de mẽte triũ statuũ præsentis patriæ, dũ in donis quę faciunt, excipiũt a cõtributione eorundẽ clericos clericaliter uiuẽtes, & ita ẜm hãc opinionẽ fuit decisum & determinatũ ꝑ dominos meos parlamẽti die uigesima octaua mẽsis Ianuarii, anno domini M.cccclx.dũ in dicta reuisione generali fiebat uisio focorũ patrię Briãsonii: in qua patria esse cõsueuerũt registra, & suꝑ hoc uide pleni⁹ ꝑ Bal. ĩ lectura, q̃ fecit super l.de pace Const.quæ incipit, imperialis clementię. super uer. nos Romanorũ. ibi quid de colle-
2 ctis &c.*Quid dicaẽ registrũ et an scripturæ registri faciãt fidẽ: uide Inn.in c.i.de procu.

a Clericaliter uiuẽtib.] *Et nõ coniugatis ꝑ c.unicũ.de cle.coniug. li.vi.ꝙ solũ in duob.reseruat eis priuilegium, uidelicet, c.si quis suadẽte.xvii.q.iiii.& ne prodelictis ciuiliter aut criminaliter trahantur corã iudice seculari.*

b Pro reb.registratis.] *In æstimo seu catastro descriptis. et aduerte. ꝙ Bar. quẽ allegat author in præallega.l.rescripto.§.fi.loquitur in alio casu.uidelicet qñ per statu-*

ſtatutũ p̃dia ſunt facta tributaria ſub cẽſu collectarũ, et ꝑ talibus p̃diis eccleſia põt collectari. Et in hmõi ſpecie loquit̃ Bar. quẽ ſequitur Sal. in l. itẽ nulla. in i. col. ĩ i. q. C. de epiſ. et cle. Motiua tñ elegãtia Bal. in l. fi. in iii. col. in uerſi. alij ſuper hoc puncto. C. ſine cen. et rel. fune. cõpa. nõ poſ. uergentis. In cõtrariã ſñiam uide omnino, et adde ꝙ dicit Spec. in ti. de cle. coniug. in uerſi. ad huius aũt articuli euidentiam. & Archi. in c. i. uer. ſed certè. de immu. eccle. li. vi. Sed. Pe. de Ancha. ibi uр̃ inclinare ad Bar. dũ poſt recitatã opi. Arch. quærit an ſit dare remediũ, ꝙ clerici cõferant in iſtis collectis pro poſſeſſionibus ſuis: ut ĩ iam d. c. i. ĩ iii. col. in uer. quæro. poſt Io. And. in uer. ſed iuxta hoc q̃ro. et Pan. i. uol. cõſ. iii. in uerſ. probat̃ quarto. ibi enim et Pau. de Ca. ii. parte. conſ. ccccxx. in ult. col. in uer. dicendũ eſt. ibi, ſed nec etiã pro bonis propriis &c. et Bart. conſi. clxxx. quod incipit, ſi aliqua poſſeſ. æſtimata et allibrata ſeu appreciata in lib. cõis. et uide ꝙ dicit Bal. in additi. ad Spec. in tit. de cle. coniu. circa princi.

c Clericis.] *Hodie ẽ reuocatũ, et pro infecto hr̃, cũ omnib. ſuis declarationib. exinde ſecutis, ut in cle. i. et ibi Card. de immu. eccl.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtica perſona patri plebeio ſuccedens in bonis paternis, an teneatur ad ſubſidia Delphinalia.*

2 *Præsbyter an liberetur à patria poteſtate.*

QVAEST. CCCLXXXII.

SVpra dixi de bonis, quæ acquirunt clerici à plebe-
1 iis, *ſed quæro ſi lius eccleſiaſticus ſuccedit patri agnatis, uel cognatis, plebeiis: ex teſtamento, uel ab inteſtato: An debeant contribue-
a re *a* in dictis ſubſidiis pro bonis eis ſic obuentis? Dico ꝙ nõ: quia ex mutatione perſonę mutat̃ cõditio rei: ut dicit Bar. in l. Paulus reſpõdit per procuratorem. ff. de acq. hær. in fin. ſui cõmẽti. & cũ dominiũ taliũ rerũ ſit translatũ in perſonã eccleſiaſticã, ex tali ſucceſsione non debent tales perſonæ in talib. ſubſidiis collectari, pro dictis eorũ bonis, iuxta expoſitionem d. c. clericis. & auth. itẽ nulla cõmunitas. & ſuꝑ hoc uide l. fiſcus. in prin. ff. de iure fiſci. & Spe. in ti. de cleri. coniug. circa medi. ibi, ad euidentiã &c. & ita fuit deciſum in d. reuiſione generali focorũ. Et pro his faciunt quę dixi ſuprà queſtio. cclxi. An priuilegiatus, ſuccedẽs nõ priuilegiato, gaudere debeat ſuo priuilegio: uł ſi de-

beat, an ut iure priuati, uide plenè Bar. in l. cū filiusfamilias. in §. in stipulatione ff. de
b uerb. obl. & ī l. fiscus. *b* ff. de iure fisci. & Henr. Bohic. in c. di
2 lectus. de præbē.* An presbyter liberet à patria ptāte? Bar. dicit ꝙ sic. ī l. patre furioso. ff. de his qui sūt sui uł alię. iur.

a An debeant contribuere.] *Ista quæstio est expedita, per in superioribus inducta.*

b L. fiscus.] *La i. ubi dicit Bar. ꝙ priuilegiatus succedens non priuilegiato, pro tēpore futuro gaudet priuilegio suo: secus pro tempore preterito, quia utitur iure eius, cui successit, & quomodo istud sit intelligendū, et in quo casu, et quando uerificetur, uide theoricam Cyn. per uerba, & elegantia distinctionū mēbra in huiusmodi materia succedentis in auth. quas actiones. in ii. col. uers. quinto quæro. C. de sac. eccl.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici primæ tonsuræ non coniugati, studentes, non tenētur ad subsidia Delphinalia. Quid de coniugatis. nu. 2.*

QVAES. CCCLXXXIII.

1 Sed quid de clericis pri-
a mæ tōsuræ, *a* * non cōiugatis, existentib. in scho-
b lis, uel studiis? *b* An debēt cōtribuere ī dictis subsidiis? Credo ꝙ nō, per l. ii. C. de episc. & cle. & ita alias fuit decisum in hac curia, ut scripsi s. q.
2 lxxxiiii. Si* autem essent con-
c iugati, deberent cōtribuere *c* per ca. i. de cleri. coniuga. lib. vi. per tex. ibi, in cæteris &c. iuncta glo. Et per hoc dico, ꝙ filius Ioan. Pauioti quōdam, qui est coniugatus, debet contribuere in dictis subsidiis Delphinalibus, licet sit in scholis, & clericus primæ tonsuræ.

a Clericis primę tonsuræ.] *Ipsi enim gaudent priuilegio clericali, ēt in reb. suis: ut not. c. ex parte. in §. quidā etiā. de cle. coniug.*

b Studiis.] *Studentes collectam soluere non compelluntur in rebus propriis: ut in l. i. & ii. et ibi Bar. C. qui æta. & profes. se excu. lib. x.*

c Cōiugati deberēt contribuere.] *Quia tales clerici non gaudent in persona, nec in rebus priuilegio aliorū clericorum, ut legitur, & not. in præal. c. ex parte. & ibi Panor. in i. nota.*

SVMMARIVM.

1 *Nobiles, nobiliter uiuentes, ad subsidia non tenentur, nec quidem pro rebus registratis.*

2 *Collecta imposita pro solido & libra, utrum quis pro re, quam tenetur restituere, cogatur collectam soluere.*

QVAE-

QVAES. CCCLXXXIIII.

a Sed quid de nobilib.*a* nobiliter uiuẽtibus, qui acquisierunt & quotidie acquirũt à plebeiis res registratas,* an debeãt cõtribuere cũ plebeiis, pro talib. rebus? credo ꝙ nõ: q.a in cõfectione triũ stãtuũ pñtis patriæ, quæ fit ꝓ subsidiis incidẽdis, excipiuntur nobiles nobiliter uiuẽtes, prout etiã de iure excipi debẽt, per l.iii.§.i.ff.de mune.& hon. Et licet tales res registratæ sint cõtributariæ, quãdiu sunt in manibus plebeiorũ, tamen quãdo transeũt in personã nobilis, sequuntur eius conditionẽ: quia ex mutatione personæ mutatur cõditio rei, ut dixi suprà, q.ccclxxxii. & tenet Bar. in d.l. Paulus respõdit per procuratorẽ. in fi. ff.de acq.hær. Et ita secũdum hæc per me scripta, fuit decisum per dominos parlamẽti. die xxviii. mensis Ianua. anno domini M.ccclx. durante d. reuisione generali focorum in reuisione focorum patriæ Briãsonii, in qua patria sunt, & esse cõsueuerunt registra. Et hec uera credo, nisi in illis nobilibus, qui reperiũtur specialiter obligati cõtribuere in talibus pro rebus registratis; quia tenentur pro illis rebus contribuere prætextu obligationis, iuxta l.i.& ii.C. de act.& ob. cum multis similibus. & hoc dico propter aliquos nobiles de Ebreduno, qui (ut fertur) ad hoc se obligauerũt, ut audiui.* Quero iuxta hoc, si fiat collecta pro solido & libra, utrum pro re, quam quis tenetur restituere, teneatur soluere collectã? dic quòd non. l.nemo.ff.de in integ. rest. & ibi per Bart. Et est ratio, quia non uidetur talem rem habere. l.iii.§.*b* hoc edicto. ff. de neg. gest. l. Lucius. §. idem respondit. ff. ad muni.

Marginal numbers: 1 (at "tas,*"), 3 (at "ligauerũt"), b (at "lem rem").

a Nobilibus.] *Ipsi tamen nobiles non possunt collectas, nec angarias, aut perangarias subditis suis imponere: nisi ex consuetudine uel conuentione. Bald. in l. is quibus. C. de fideicom. hære. & uide quòd ipse Bart. dixit in l. cum multa. ulti. uersi. C. de bon. quæ libe.*

b L.iij.§.] *Adde & melius. ff. de uaca. mune. l. muneribus. Et l. fi. §. ulti. ff. de mune. & hono. & l. honorem. eod. tit. Et hæc iura faciũt pro opi. quia nobilis uel militat uel militauit, uel aptus natus est militare: præterea nobilis gerit honorem saltem dignitatis nobilitatis: omnis enim nobilitas est dignitas: ut notat Bart. in l. i. de dign lib. xii. sed nõ*

omnis armata militia est dignitas: est tamen principium nobilitatis prout & studium legalis scientiæ, ut not. in l. i. in prin. de Iusti. cod. confir. Militia autem cinguli aurati, de qua per glo. in l. pen. ff. ex quib. cau. maio. est dignitas: & similiter militia equitum Romanorum. Secùs est, ut dixi de simplici militia esse censendũ, ut in rubro & nigro. C. de aquædu. lib. xii. Si igitur simplex miles, qui tantùm est principiũ nobilitatis, est immunis à contributione subsidiorum Delphi. cum plebeiis, quantò magis immunis esse debet nobilis: qui uel iam militauit, & sic est ueteranus; uel de præsenti militat? et ita actu est miles uel saltem aptus natus est militare patriæ, paratusq; ad iussum principis militiam assumere: qui meritò militis loco habendus est. Sic itaq; patet hãc opinionẽ probari per locũ à maioritate ratiõis. de quo in l. i. C. de rei uxo. act. Quod autẽ nobilitas tribuat immunitatem: etiam, quo ad excusatione tutelæ probatur per tex. sing in l. non tantum. & ibi nota. Bald ff. de excus. tut.

SVMMARIVM.

1 *Plebeii habẽtes iurisdictionem in castra & homines an teneãtur ad subsidia Delphinalia.*

2 *Feudum natura nobilitat.*

QVAEST. CCCLXXXV.

QVid aũt de habitãtibus in pñti ciuitate Grationo. & aliis ciuita. & uillis * pſentis patriæ Delph. habitãtibus & tenẽtibus castra insolidũ, uel in parte, cũ territorio, et omnimoda iurisdictione, & homines iurisdictiõabiles cõtribuẽtes in dictis subsidiis, an debeãt esse exẽpti a dicta cõtributiõe dictorũ subsidiorũ Delphin. & credo ꝙ sic, etiã si tales ortũ nõ habuerint à nobili progenie; dummodo de talibus castris, quæ habẽt & tenẽt, fuerint inuestiti: & de ipsis homagiũ fecerint dño nřo Delphi. & uiuãt nobiliter. Quia feudũ * de sui natura nobilitat possessorẽ *a*, ut dicit And. de Yser. in lib. feud. in tit. de capitaneo, qui curiã uẽdidit. circa prin. ibi, itẽ propter dignitatẽ &c. Et alibi dicit ipse de Ysernia, in tit. per quos fiat inuestitura, ꝙ infeudatio cõfert nobilitatẽ &c. facit ẽt, ꝙ ipse not. in cap. i. quis dicatur dux. Et idẽ dicerem de homagiis præstitis in personã dñi gubernatoris *b* Delphin. qui repræsentat personam principis, cũ eadẽ potestate: maximè in hoc casu de homagiis recipiendis: & ex his dicerem quòd

quòd Petrus Rolandi ciuis Grationo.con dñs Argésoni, licet sit plebeius, & similes tenẽtes castra in hac patria, nõ teneantur in dictis subsidiis contribuere: & ita fuit cõclusum & determinatũ per dños parlamenti cameræ cõputorum Delphi. in camera consilii, de anno currente domini M.ccccIxi. de mense Aprilis, dum fiebat reuisio generalis focorum in hac patria Graysuodani: & tunc fuit per sententiã determinatum, quòd dictus Petrus Rolãdi nõ contribuat in dictis subsidiis: qa tenet di. castrum argensoni. recepit sententiã Ioannes Botuti secretarius Delphina.

a Nobilitat possessorem.] *Vide Bald. in usi. feudo. tit. quis dicatur dux. §. cæteri uerò.*

b In personam domini guberna.] *Et bene fa.*

SVMMARIVM.

1 *Plebeii non habẽtes castra, sed feuda particularia, tenentur ad subsidia Delphinalia.*

QVAES. CCCLXXXVI.

QVo uerò ad alios plebeios nõ habentes castra: sed habẽtes tantũmodo & tenẽtes feu
a da particularia, puta cẽsus, &
1 reditus *a* * de feudo Delphinal. dicerẽ quòd ipsi contribuant in dictis subsidiis: quia si pro uiginti uel triginta sestariis frumenti censualibus: uel pro una domo, uel aliquibus particularibus possessionibus de feudo nobili Delphini mouẽtibus, tales essent exempti, sequeretur inconueniẽs: quia multi plebeii tales modicas res feudales sibi acquirerẽt, ut ab ipsorũ contributione essent omnino exempti, ideò eisdẽ non debẽt suf-
b fragari *b*. in l. semper. §. diuus quoque. ff. de iure fisci. quia grauarentur alii plebeii, qui de tãtò plus onerarenť, quod nõ est tolerandũ. Ne etiã fiat fraus legi, iuxta ea quæ le. & not. in l. dubium. C. de lega. cum etiam talia feuda particularia, quæ non habent dignitatem, nõ nobilitant possessorem, quod secus esset in habẽtibus dignitatem. ita di-
c cit Bald. *c* post docto. in feudis. in tit. quis dicať Dux, uel Marchio. ĩ §. cæteri. Et ex his apparet, ꝙ Dreuonus sonnerii ciuis Grationopolitanus, & similes suæ conditionis li-
d cet habeant feuda nobilia, *d* contribuere debent in dictis subsidiis, attento maximè quòd de præsenti cessant armatæ, in quibus plebeii seruiebant ratione aliorum censuum,

suũ, quos à dño nostro Delphi. tenebant. Tum etiã, quia ipse Dreuonus non est nobilis: ut est notorium, licet dicatur uiuere nobiliter: quia ut quis eximaẽ à talibus subsidiis: ambo copulatiuè requntur: quòd sit nobilis, & uiuat nobiliter: nec alterum ipsorum sufficeret: quia ad uerificationẽ coniunctiuæ non sufficit alteram partem esse uerã, ut l. qui hæredi plures. ff. de condi. institut. & hoc tenet Bart. in l. i. C. de dignitatib. lib. xii. Prætereà etiã, quia si dicatur, ꝙ dominus Dreuonus seruierit in armis seu seruire fecerit, ob hoc ideò fuerit affranchiatus à contributione &c. patet in literis per eum productis. istud non obstat: qa tales nouitates sunt sublatæ per Regem seu eius commissum potestatem habentẽ, ut patet ex productis per consules huius ciuitatis: & ita fuit conclusum in camera per dominos parlamenti: & cameræ computorum Delphin. de anno domini, M. ccccli. in generali reuisione focorum præsentis patriæ Delphinal.

a Census & reditus.] *Ista propriè non dicuntur feuda, sed emphiteosis. ut institu. de loca. §. adeò autem. licet a feudo profluant: ut colligitur ex his quæ ib Ioan. Fab. in uer. sed qd. de uasal.*

b Non debent suffragari.] *Pro hoc bonus text. in l. cura. in §. fi. ff. de mu. & hono.*

c Ita dicit Bald.] *Caue, quia loquiẽ in alio casu, puta quo Valuasini accipiunt feudum a Valuasorib. quod quidem feudum si non est nouiter acquisitum, sed antiquitùs, nobilitat. ibi dicit Bald. & post eum Alua. quod non reperitur in casu præsentis quæstionis.*

d Feuda nobilia.] *Id est, census et reditus, qui mouentur de feudis nobilibus: alioqui implicaret contradictionem. Si enim essent feuda nobilia, utique nobilitarent. quod tamen negatur: uide in materia Alua. in prælu. lib. feud. in v. col. uer. ii. diuisio.*

SVMMARIVM.

1 *Nobilis nobiliter uiuẽs, an teneatur ad subsidia Delphinalia: licet bis aut ter ea soluerit.*

2 *Nobilitas quomodo probetur.*

QVAES. CCCLXXXVII.

Sed quid si nobilis nobiliter uiuẽs soluerit subsidia trib. uel quatuor annis, pro diuersis subsidiis, an præiudicet sibi, ut teneatur in futurum in talibus subsidiis cõtribuere.* & uidetur ꝙ sic, cũ ẽt unus actus &c. C. de episc. audi. l. nemo. & facit. C. de

de his qui spon.mu.l.i.li.x.& ff.de pactis.l.si unus.§.sed qđ in specie dotis. circa hoc puto dicendum, q cū iste actus reiterationem recipiat, non præiudicat tali nobili, nisi p uicibus, quibus soluit: nō aūt pro futuro tempore: iuxta auth. presbyteros.la ii.in fi. C.de epis.& cleri.& de excusa.tuto.l.uolūtariæ. In actib. uerò, qui reiterationem non recipiunt, pręiudicasset sibi dictus nobilis.ut l.ii.cum ibi no.C.de iure do. impe.& ita no.etiam per gl.in c.accessissent.extrà de consti. Vnde in cāsu isto, cum actus sit reiterabilis de sui natura, dicerem
a requiri xxx.annos *a* ad hoc, ut esset sibi generatum pręiudicium perpetuò: antè autem quandocunq; posset se opponere. & de hoc est tex.in c.accedēcibus.extrà de priuile. Et de hoc uide glo.in l.falsò.C. de diuer.rescrip. De hac materia uide, quæ scripsi suprà q.
a 316. * De modo articulandi super nobilitate ad probādū
b quem nobilem: *b* uide plenè per Bart.in l. si ut proponis. in sua repetitione.circa fi.C. de digni.lib.xii. & alibi dicit Bar.in l.prouidendum. C.de postu.quòd nobilitas probatur per famam.

a Xxx.annos.] *Vide Bart.in l.i. ī iij.no.C.de auro.corona.cui adde quòd dicit Panor. extra de consu.c.fi.in ix.col.uer.sed quæro.ibi, credo tamē &c.ex quorum quidem scriptis uidetur sufficere tempus x.anno.*

b * Ad probandū quē nobilē.] *Et quæ ueniant appellatione nobiliū: uide pulchre per Pau. de Cast.in consi.cvij.incip.quātum ad primū in prin. in ij.parte cō si.et adde, quòd si ex forma statuti aliquis perdidit nobilitatem, puta quia fuit de falsò condemnatus: intelligitur quo ad honores & utilitates: non autē quo ad onera: ut notat Bar.in l. i.per illum textum.C.de infa.li. x.& in repe.l.i.in penul.col.C. de digni.lib.xii. Sequitur Lud. Roma.in l.si quis in graui.§.de his.ff.ad Sillei. Ange.de Are.in tracta.malefi.in uersi.Sempronium.in ult.colum. refert & sequitur Ias.in rubri. ff.de iusti. & iure.*

SVMMARIVM.

1 *Aduocati quare immunes sint a subsidis Delphina. Et nu.2. 3.4.& 5.*
6 *Doctores legum, dicuntur uiuere nobiliter.*
7 *Sacerdotes sunt exempti a subsidiis Delphina.*
8 *Doctores legum, sacra ministrare dicuntur.*
9 *Doctores legū sunt in dignitate.*

Do-

10 *Doctores, aduocationis & procurationis officiũ passim usurpantes, non sunt exempti a subsidiis Delphina.*

11 *Doctoratus gradũ recipiens diplomate principis, an gaudeat insigniis doctoratus.*

QVAES. CCCLXXXVIII.

QVo uerò ad doctores legum qui aduocãt in causis ĩ curia parlamenti, dicerẽ ꝙ non teneãtur contribuere in dictis subsidiis: sed debeant censeri no-
1 biles nobiliter uiuentes.*Primò quia glo. in l. societatis. dicit argumentũ, pro bene literatis, ꝙ ita ut nobiles recipiantur &c. ff. pro soc. quia nõ refert an habeaẽ nobilitas naturaliter, uel ex accidẽti. ut ibi dicit Bar. facit l. ꝓximos. ibi, literataq; militia. C. de ꝓxi. sacro. scriñ. li. xii. ad idem gl. in l. prouidendũ. C. de postul. dicit ꝙ sciẽtia nobilitat.
2 Secundò, quia*aduocati non minus militant quã illi qui gladiis & clypeis nitũtur. in l. aduocati. C. de aduo. diuerso. iudi. ideò nullum personale munus neq; collecta eis debet imponi, neq; cum cæteris peræquari debẽt: ut in l. san-
a cim⁹. *a* ibi, nulla ingeraẽ peræquatio &c. C. eo. ti. Tertiò,
3 quia* ex quo doctores aduocati dicũtur militare, per d. l. aduocati. debẽt ergo à talib. eẽ exẽpti: ꝑ l. iii. §. i. ff. ad mu-
b ni. ubi militãtes, *b* à talibus eximũtur: licet fortè ibi tex loquaẽ de militãte in armis qa idem est dicẽdũ de aduocatis, cũ nõ minus militent quã qui gladiis &c. ut dicit d. l. aduocati. Ad istud propositũ alibi dicit Bar. ꝙ aduocati & milites nõ cõueniuntur nisi inquantũ facere possunt, & sic æquiparãtur. ut in l. milite. ff. de re iu. Quartò, quia
4 * militia nobilitat, ut dicit Bar. in l. ii. §. filiis. ff. de decuri. sed aduocati doctores nõ minus militãt &c. iuxta d. l. aduocati. ergo milites cẽseri debẽt, & si milites cẽseantur, debẽt à dictis muneribus eximi. iuxta l. iii. §. i. ff. de mu. & hono.*Quintò, ꝓ hoc facit,
5 qđ habeẽ expressè in l. medicos. C. de profes. & me. lib x. ibi, & doctores legũ una cũ uxoribus, & filiis, necnon rebus quas in ciuitatibus possidẽt, ab omni iunctione, & ab omnibus muneribus ciuilibus uel publicis immunes esse præcipimus. Et ista est uera de iure, licet Bar. ĩ d. l. medicos. & in l. i. C. de mu. & in quo lo. uoluerit dicere ꝙ d. l. 6
medicos. uoluerit loqui ĩ doctoribus actu legẽtibus. quia c
credo,

credo, ꝙ ipse in hoc malè dixerit ex quatuor motiuis sequentib. Primò q͠a tex.in l. medicos.loquit̃ ĩdiſtinctè:nõ diſtinguendo de doctorib. actu legentibus uel aliis aduocatis:ideò indiſtinctè eſt ĩtelligenda illa l.medicos. ut iuribus uulgatis.Secundò,quia ſi Imperator aliter uoluiſſet, ſtatuiſſet, & tã de doct. actu legẽtibus, quàm de aliis bene expreſſiſſet : ſic alibi dicit̃ ſi Imperator aliud uoluiſſet, bene dixiſſet,in l.una.§.ſi uerò.C.de cad.tol.Et idẽ de Papa,ſi aliter uoluiſſet,bene expreſſiſſet, in c.ad audiẽtiam. extrà de decimis.Tertiò,quia Bar.pro limitatione quam facit de dicta l. medicos. de actu legentibus,nõ adducit legẽ neq; rationẽ.ideò huius limitationi nõ ẽ ſtandũ,quia non ſufficit dicere,ſic eſt:niſi lege aut ratione probet̃. iuxta authentic.de triente & ſemiſſe.ĩ § cõſideremus.Quartò, quia doctoribus etiã actu non legentibus:ſed ſolùm aduocantibus,de iure concedit̃ talis immunitas in talib. nõ cõtribuẽdi, ut d.l.ſancimus. ibi, nulla ingeratur peræquatio &c.C.de adu.diuer.iudi. Et dicũtur doctores legum,
6 uiuere nobiliter.*quia ſecun
c dũ uulgi opinionẽ c uerſantes circa arma,dicũtur uiuere nobiliter, ob quod eximuntur à talibus muneribus. d.l. iii. §.i.ff.de muneri. & hon. Idem ergo dicamus de doctorib. uerſantib. circa leges, cũ leges armis æquiparentur.C. de Iuſti. C.confir. & in prin.& dicit ibi no.glo. ꝙ iſta duo brachia, arma & leges, fecerunt urbem Conſtantinopolitanam præ omni
7 bus aliis dominari.* Præterea ſacerdotes à talibus ſubſidiis eximũtur,per c. clericis. de imm.eccl.li.vi.etiã de conſuetudine:quia ſacra mini-
8 ſtrant. * Sed doctores legum ſimiliter ſacra miniſtrare dicuntur,iuxta ea,quæ legũtur & notantur in l.leges. C. de leg. & in l. i. ff. de iuſti. &
9 iur.igitur &c.*Præterea,doc. legum ſunt in dignitate:ut in cle.ii. de magi. & tenet Bart.
d in l. i. *d* C. de nouo C. compo. & ſic ſi ſint in dignitate non ſunt ergo plebeii, ut debeant in dictis ſubſidiis contribuere : ſed debent diuerſo
e iure cenſeri a plebeiis,*e* cùm ſeparatorum ſeparata eſſe debeat ratio : ut iuribus uulgatis. Nec obſtant dominis doctoribus contra eos oppoſita per conſules huius ciuitatis Grationop. allegantes, quod dicti domini doctores

res lucrãtur pecunias de eorũ aduocationibus: qa ipsi domini doc. hoc facere possũt iure eis pmittente: ut in l.i.§.in honorariis.& §.si cui.ff.de uariis, & extraor.cog. Ideò si iure permittẽte hoc faciãt, non debẽt dici eorũ immunitates & priuilegia perdidisse. argu. a in l.Gracchus. C.de adult.& hoc dico respectu doctorum pñtis ciuitatis, qui aduocant in curia parla. qui nõ exercẽt aliquod officiũ procuratiõis: quia tũc secus esset, cùm officiũ procuratiõis uile reputet: b ut in l. quia si procurationẽ. C.de decur.li.x. Iuxta ẽt decisionẽ aliàs factã, de quã s.scripsi, q.lxxxix.

10 * Et ideò dicerẽ ꝙ doc. in Auenione degẽtes, & alibi: qui exercẽt officium procurationis, cũ aduocatione hincinde per curias discurrẽdo, nõ à talibus esse exẽpti f dicũtur. & ita ꝙ dñi doct. aduocantes in d.curia parla. nõ debeãt contribuere in dictis c subsidiis, fuit cõclusum & determinatũ diffinitiuè per dominos parlamenti & cameræ cõputorũ Delphi. die ultima d mensis Aprilis, anno dñi, M. ccccl xi. dũ fiebat reuisio generalis focorum pñtis patriæ Delph. & recepit sententiam e Ioan. Botuti secretarius Delphi.

11 * Sed an recipiens gradum doctoratus per bullam uel rescriptũ principis, debeat gaudere insigniis doct. ꝙ non, per l.si ita quis.§.fi. de leg.ii.& ponit Io.Fabr. in stit. de iure natu.gen.& ciui. li. g Et de quibusdã aliis quæstionibus materiam doct. concernentibus tetigi s.q.88.

a L.sancimus.] *Puta la prima: adde omnino quod in summa lius tituli de aduocatione diuersorum iudicum dicit do. Azo. §.habent autem priuilegium uersi. item prouinciales. & seq.*

b Militantes.] *Adde quòd etiam ueterani ab huiusmodi muneribus excusantur: ut ff. de uac. mune. l. à muneribus. Quod facit in argumentum, quòd aduocatus qui cessauit ex aliqua legitima causa postulare, gaudere debet priuilegio aduocatorum quia immunitas nõ cũ dignitate, sed cũ persona extinguitur. etiã legũ. & ibi glo. in uer. qui diu. C. de excusat. mune. lib.*

c Secundum uulgi opinionẽ.] *Et quæ rectè arguitur. do. Bart. super rub. ff. ueter. in ij. col. in uersi. sed regulariter.*

d Tenet Bart. in l.i.] *In ij. col. in uersi. quæro circa hoc. ubi dicit, quòd doctoratus, est dignitas, & allegat c. quãtò. extra de mag.*

e A plebeiis.] *Et meritò: quia aduoca. sunt nobiles. ut C. de po[...] lat. l. prouidendum. in prin.*

Not

Non à talibus esse exempti.] *Bene facit gl.i.in l.uniuersos.C. de decur.lib.x.*

Ioãnes Fabri institu. de iure natu.gen.& ciui.] *§.respõsa.in uersi.item quomodo istud.tamẽ ibi dicit aperte, sed pro hoc facit:quia ad creandũ doctorẽ sex requiruntur. scilicet quòd promotores iurati deponant eum sufficientem.& quòd examinetur,quodq; examinatio approbetur. hoc ponitur in l.nemini. C.de aduoc. diuer. iud. itẽ quòd biretum in signum splendoris capiti imponatur,& quòd cathedra inuestitura possessionis tradatur. denique & sexto, quòd liber ueluti materia cõferatur. Traditio autem annuli,osculũ, & benedictio, non sunt de substantia:quia,ut inquit do.Bald. mulieres osculantur,desponsantur,& benedicuntur,& tamen non doctorantur.sic no.ipse Bal. in proœ. decre. ita referente do. Christofo.Por.instit.quibus modis ius pa.potest. solu. in §. filius familias. in ij.addit. super fin.glo.in uersic. militauerit.& uide etiam Bart.in l.magistros. C. de professo. & med. libro x. Ad præmissa autem facit,quòd legitur,et no.in l.nemo.C.de ad uoc.diuer.iudi.& ibi glo.fi.quæ notat, quòd doctor debet gradatim & non satyricè, id est, per saltus promoueri : aliàs non gaudet priuilegijs doctoralibus.*

SVMMARIVM.

1 *Filij doctorum an gaudeãt immunitate patrum.*

2 *Filij doctorum an retineant patrum dignitatem.*

QVAEST. CCCLXXXIX.

Sed quid de filiis doctorũ,sicut est Ioãnes Porterii ciuis Grationop.quid
1 dicemus? * crederẽ idẽ quòd excusetur à tali cõtributione subsidiorum Delphina. quia text.in l.medicos. C.de professo. & medic. clarè loquitur ibi,unà cum uxoribus,& filijs &c. à quibus uerbis legis non est recedendum.l.i.§. si is,qui matrem. in uer.in re igitur dubia &c.ff.de exercitoria.prætereà do.Ludouicus Porterij legum doctor pater dicti Ioãnis Porterii fuit aduocatus in dicta curia parlamẽti.Et licet deposuerit officium aduocationis dum fuit assumptus in præsidentẽ cameræ cõputorum Delphi. nihilominus retinuit dignitatẽ,qua antè præfulgebat prætextu aduocationis. l. i. C.de aduoca.diuer. iudi.& quibus dignitate & priuilegiis præfulgere debet dictus Ioãnes Porterii eius filius , cum etiã talia transeant ad liberos ,

a l.ii.C.eo.tit.*a* & ibi dicit Frãc.
a Accur.in* summario dictæ l.
b ꝙ filii nati, ante dignitatẽ *b* & post, sortiuntur ęquale priuilegiũ cũ parẽtib. prætereà ꝓ hoc bene facit. l. diuus. ff. de quæst. ubi filii gaudẽt priuilegio & prerogatiuis parentib. cõcessis. quæ l. diuus. ẽt locũ habet in consiliariis nostri tẽporis. ut ibi dicit Saly. facit l. milites. C. eo. tit. Prætereà dictus dominus Ludouicus tẽporib. eius uitæ & mortis: q a præsidens cameræ cõputorũ Delphina. erat immunis à dicta cõtributione subsidiorum Delphinalium; & si ipse reliquisset eius uxorem, ipsa ante in uiduitate gauisa fuisset eadẽ prærogatiua, per ea quæ dixi suprà, q.ccclxxix. multomagis gaudere debet eius fi
c lius: ut in auth. multomagis *c* uulgata. prçtereà, pro hoc uidetur bene facere l. fi. C. de fil. official. lib. xii. ubi habetur, ꝙ filii sequuntur paternã cõditionẽ. Prętereà dictus Ioãnes Porterii uiuit nobiliter se armãdo in guerris, dũ per principem cum aliis huius patriæ mandatur & aliàs more nobilium huius patrię. Prætereà, etiam ipse Ioannes Porterii tenet a domino nostro Delphin. multa feuda nobilia, de quibus ipse fecit homagium domino nostro Delph. no in personam domini ei[...] cancellarii, ut constat ex p[...] ductis per eum in process[...] nec ad hęc obstant quæ sup[...] dixi q.ccclxxxvi. de habẽti[...] aliqua particularia feuda, q[...] nihilominus debent contr[...] buere: quia multa alia cõc[...] runt in personam dicti Io[...] nis Porterii suprà declara[...] quæ omnia simul iũcta coad[...] iuuant, ut excusetur à tali c[...] tributione: quia quæ non p[...] sunt singula, multa iuuant. *d* sancimus. C. de testa. & l. ne[...] nõ. §. si quis sępius. ff. ex qui[...] cau. maio. & habetur in c. c[...] dilectus. extrà de succ. ab i[...] test. maximè, quando plu[...] tẽdunt ad eundem effectum ut plenè per Bart. in l. i. §. [...] ff. de quęst. ubi plenè dist[...] guit circa hoc brocardicu[...] & ita quòd dictus Io. Por[...] rii ex causis pręt actis non [...] beat contribuere in dict[...] subsidis Delphina. fuit di[...] finitiuè pronunciatum & de[...] claratum, die ultima mensis [...] Aprilis Millesimo, ccclxi. per dominos de parlamento & recepit sententiam Ioannes Botuti secretarius Delphinalis. Qualiter probetur
d nobilitas, *d* Bart. in l. prouidendum. C. de postula. dicit quod per famam,

L.ii.

a L.ii.C.eo.tit.] *Azo. in sum.C. de excu.mu.lib.x. in §.in summa illud.in uersic. personis. & quod legitur & notatur in l. emancipatum.ff.de sena.*

b Nati ante dignitatem.] *Quo ad hunc iuris articulum, uide l.si senator.et quod scribit Bar. C.de digni.lib.xij.*

c In auth.multomagis.] *C.de epis.& cle.& uult argumentari per argumentum sumptũ à minori. de quo in c.si dominus. de cle.& mo.C.de negot.gest.l.i.ff. de sena.l.qui indignus.*

d Probet̃ nobilitas.] *Vide Bart. in l.i.in pen.col.in uer.ex istis. & ibi traditur modus articulandi in probanda nobilitate.*

SVMMARIVM.

1 *Licentiati in legibus,an teneatur ab subsidia Delphinalia.*

QVAEST. CCCXC.

SEd quid de licentiatis in legibus? Bal.mouet hãc qõnem,& arguit pro & contrà.*finaliter determinat idé quod in doctoribus. in l. societas.§.fi.ff.pro soci. licet aliqui habeant dictam quæstionem in eorum libris, & alii non. Et istud posset dici uerum in licẽtiatis in hac curia parlamenti aduocantibus,iuxta l.sancimus.ibi,nulla ingeratur peræquatio &c. C.de aduo.diuer.iud.& secũdũ Bal.licentiatus in reb.fauorabilibus,pro doctore habetur.in l.i. ff. solu. matr. in fine. a licet cõtrarium uideatur.ar.l.cetera.§.fi.ff.de lega. i.& ibi per aliquos doctores tangitur. Sed contrariũ fuit decisum in curia parla. M. ccccxi. & die ultima mensis Aprilis, dum fiebat reuisio generalis focorum præsentis patriæ Delp.Considerato, ꝙ licentiati non habent illam dignitatem, quã habẽt doc. de qua in cle.ii.de magistris. & per Bar.ĩ l.i.C.de no.Co. comp. item etiam quia l. medicos.C.de prof.& med.quæ loquitur de doctoribus, non facit mentionem de licentiatis,de quib.tamen loqui potuisset,si uoluisset. Pro quo facit quod in simili dicitur, si imperator uoluisset, bene dixisset.in l.una. §. si uerò. C. de cadu.toll.sicut etiam dicimus de Papa, si uoluisset, bene expressisset. in c.ad audientiam.extrà de deci.& ideò nõ uidetur d.l.medicos. fore ultra casum suum extendenda. argu.l.si uerò. ff.solu. matri. cum simili.

a In fi.] *Voluit allegare Bald.in pen.col.in uer.quod si filius non*

est doctor: sed licentiatus. Et est ratio secundùm eundem Bald. ibi: quia est in potentia, et actu propinquo uidetur in actu.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles, exercentes mercaturam, astringuntur ad subsidia Delphinalia.*

QVAEST. CCCXCI.

QVid autē de nobilibus, qui exercēt mercimonia & mercan-
a tias? a dico* ꝙ debēt cōtribue-
1 re in dictis subsidiis: quia sicut clerici qui se immiscēt secularibus negociis, non gaudent priuilegiis clericorū cōcessis. ut in c. fi. extrà de uita & hone. cle. ita nec tales nobiles gaudere debent priuilegio seu immunitate, quibus gaudent nobiles nobiliter uiuentes. de qua l. iii. §. i. ff. de mune. & ho. nā sicut clericis non conuenit: imò quodammodo uidetur prohibitum, ne secularib. negociis se immisceāt: ut in d. c. fi. & in cle. i. eo. tit. ita non conuenit: imò quodā modo prohibitum est nobilibus ne talibus negociationibus, nec de his se intromittāt. l. nobiliores. C. de comm. & merca. iūcta l. milites. C. loc. Si enim non obstante charactere qui in clericis imprimitur, ut ponit gl. super uerbo, tonsuram. in c. fi. de temp. or din. lib. vi. ipsi propter negociationes seculares priuantu[r] priuilegio clericali, dum ea[s] exercent: ita & nobiles. cùm in uno non sit maior ratio quàm in alio. ergo idem iu[s] a statuendum. l. fi. ff. ad l. Fal. & l. fi. C. de consti. pecu. cum si-
b mili. & ista est ueritas. b Si e-nim tales nobiles uellent a b mercātiis desistere, gauderē sicut per antè priuilegiis nobilium. arg. dicti c. fi. de uit. & hone. cler. Et hęc faciunt casu Claudii Cocti, drapeꝛii 1 & mercatoris Gration. cu[ius] Claudii pater, erat apothecarius, prout uidi: qui licet prætendat se nobilem, prout tamen non est, tenebitur contribuere in dictis subsidiis Del- a phinal. per supradicta. Et id[em] de aliis eiusdem conditionis. 1 Et ita fuit conclusum inter dominos meos de parlamento ī camera cōsilii, M. cccclx & die ultima mensis Aprilis, dū fiebat reuisio generalis fo corum Delphina. Sed postea per requęstam commissariorum deputatorum pro reuisione prędicta, ac etiam cōsu- b lum præsentis ciuitatis, fuit dictū, quòd ipse Claudius C[o]cti, non contribuat in dictis subsidiis, donec aliter fuerit ordi-

ordinatum: attento etiã quòd ipse tunc exhibuit literas patẽtes a domino nostro Delph. eidem dudum concessas. tamen per aliqua, quę ipse produxerit in causa, non docuit se nobilem.

a Mercimonia & mercantias.] *Vide istum consi.ccxvii.inci.omissa facti narratione.nu.ii.uersic.ad secundum & tertium.*

b Et ista est ueritas.] *Facit gl. i. in l. uniuersos.ibi, aliàs deponit honorem.C.de decurio. lib.x.*

SVMMARIVM.

1 *Nobiles, laborantes suismet manibus in propriis possessionibus, nobilitatis priuilegio non priuantur.*

QVAEST. CCCXCII.

a SEd qd de nobilibus *a* laborantibus in eorũ proprijs possessionibus, & q

1 eas colũt propriis* manibus, an perdant priuilegia nobilitatis, ut debeant contribuere in dictis subsidiis Delph. cum plebeiis? Credo quòd non sicut in simili uidemus de clerico, qui licet exerceat opera rusticalia in suis propriis pos

b sessionibus *b*, non propterea perdit priuilegium clericale: ut dicit Specu.in tit.de clericis coniugatis. in §.i. in uersic.ueruntamẽ non prohibeo &c.& ita fuit etiam aliàs conclusum in hac curia, ut scripsi s.in q.xlj. An bastardi nobilium debeant contribuere in subsidiis Delphi.uide j.q. cccccIxxx.

a Nobilibus.] *Hoc tamen explorati iuris est, quòd nobilis esse non potest, qui exercet artes mechanicas.Bal. in l. nobiliores.C. de cõ. & mer. Aut qui uile exercet officium no.gl.in c.qui cõtra ecclesiæ pacem.xxiiii.q.i.& l.ne quis,C.de dig.lib.xii.*

b Propriis possessionibus.] *Hic attende cõtra quorundã opin.& præcipuè sacerdotũ, qui dicũt nõ esse honestum, ut sacerdos exerceat opus rusticũ, uel mechanicũ proprio corpore: tales nõ aduertũt ad uitã et conuersationẽ beati Pauli apostoli: qui laborabat propriis manibus funes cõponendo: ut inquit Lucas in actibus Apostolorum.clxx.ubi dicit ipsemet Apostolus. Quæ mihi et his opus fuere, manus istæ ministrauerunt. et alibi dicit Lucas, Sedẽs, scilicet Paulus operabať. erat enĩ artis zenofactoriæ, q̃ est ars cõponendi funes. itẽ hoc clarũ est uidere in c i.de celeb. missa.ubi dicit tex.exeat ad opus rusticũ.scilicet sacerdos. postquam diuinum officiũ cõpleuerit. imò (quod plus est) sacerdos potest emere coriũ & facere sotulares. xiiii.q.iiii.c.canonum.in glo.*

SVMMARIVM.

1 *Secretary supernumerarii curiæ parlamenti Delphinal. tenetur ad subsidia Delphina. Et quid ita. uide per discursum nume. 2. 3. 4. 5. & 6.*

QVAES. CCCXCIII.

SEd quid dicemus de secretariis supnumerariis curiæ parlamẽti nouiter
1 à sex annis citra per * dominũ nostrũ Delph. affrãchiatis à contributione subsidiorum Delph. an debeãt cõtribuere, non obstãte eorũ affranchiamẽto? & uidetur ꝙ sic, causis
2 & rationib. subscriptis. * Primò, quia secũdùm ordinationes regias publicatas in cessione triũ statuũ Viennæ, M. ccccl vii. dictæ exceptiones & aliæ nouitates fuerint sublatæ & reuocatæ. & conclusum ibidem, quòd nouiter affranchiati contribuãt ut cõsecretarii Delphin. Secundò, quia
3 *talis exẽptio fieri nõ potuit
a per principẽ *a* in præiudiciũ aliorum ciuiũ, ut tenet Henr. Bohic post Host. in c. peruenit. extrà de immu. eccle. quẽ sequitur Io. An. in c. non minus. eo. ti. & Spe. in ti. de censi. §. i. uersi. quid si uniuersitas. &c. quia priuilegia exemptiua debent intelligi, sine præiudicio aliorũ. l. ii. §. si quis à pricipe. ff. ne quid in loc. pub. Licet aliqui uoluerint dicere contrariũ. ar. l. ab omnib. ff. de lega. i. qa iudicio meo, d. l. minimè ad hoc inducit. nã ibi loquitur text. in dispositiõe testatoris, qui potest inter hæredes
4 suos prout uult, disponere, & unũ cohæredẽ exonerãdo: iuxta l. ab eo. cũ sua materia, C. de fideicõ. ꝙ nõ sic potest princeps, qui non potest ius tertii absorbere: iuxta l. bene à Zenone. C. de quadr. præscr. Et si dicatur, ꝙ nõ cædit in præiudiciũ dictorũ ciuiũ: quia dicti affrãchiati tollẽtur de nu-
5 mero focorũ solubilium. Ad hoc potest respõderi, ꝙ ubi esset cõsuetũ pro singulo foco certũ quid dare: puta quinque florenos pro foco, prout alias in hac patria Delph. uidi fieri, tũc resecãdo focũ secretariorũ, priuilegiũ ipsorũ non redũdaret in preiudicium aliorũ ciuiũ. sed quia modernis tẽporibus nõ cõsueuerũt dona siue subsidia illo modo
6 cõcedi: sed in uniuerso datur xxx. uel xl. millia florenorũ, dictũ priuilegiũ secretariorũ redũdat in preiudiciũ aliorũ ciuiũ, & totius patriæ: quia illa uniuersalis summa inter oẽs peræquatur, & sic quantò sunt plures foci, tantò minus ascen-

ascendit portio cuiuslibet. & sic nõ ualuit dicta exẽptio dictorũ secretariorũ, q̃a in praeiudiciũ aliorũ ciuiũ, per praedicta. & latè ponit Ange. in l. si se nõ obtulit §. actor. in iij. col. ff. de re iud. ubi plenissimè tractat hãc materiã.
4 * Tertiò, quia priuilegiũ nõ ualet, nec est seruandũ, quãdo per ambitionẽ petentiũ cõceditur. ita dicit Hen. Bohic ubi suprà, ibi, secus per ambitionẽ &c. Quod sic factũ fuit in dicta exẽptione secretariorũ, ut est notoriũ, & fatẽtur ipsi nouẽ cẽtũ scuta dedisse, igitur &c.
5 Quartò per * importunitatẽ ipsorũ secretariorũ fuerũt dictae exẽptiones cõcessae, ut est notorium, quae importunitas equiparatur metui: ut not. Inno. in c. petitio. extrà de iure iur. idẽ Bal. in suo repertorio super Inn. ideò talis impetratio nõ debet sortiri effectum. talis enim apparet de importunitate dictorũ secretariorũ, q̃ causantibus pecuniis dictas exẽptiones obtinuerũt.
6 Quintò, quia dictae * literae exẽptionis nõ fuerũt interinatae uocatis consulibus, & aliis quorũ intererat, & sic contra ius & stylũ p̃ntis curiae parl. Igitur &c. Et ita fuit cõclusum & determinatũ per dños de parlamento in praesentia domini locumtenentis & dominorũ cõputorum camerae Delph. de mẽse Aprilis, anno d. M. ccccl xi. Recepit acta Io. Botuti, secretarius Delph.

a Per principem.] *Not. tamen quòd princeps potest ex sola uoluntate contra ius positiuum dispensare, ut no. Inn. in c. cum ad monasterium. de sta. monach. ut in d. c. cum ex literis. de in intẽ. resti. Et est sciẽdum, quòd quãdo princeps actum gerit ex certa scientia, proinde est ac si diceret se uelle facere de plenitudine potestatis: si illa opus est in actu, quẽ gerit, in glo. c. ad haec. de rescrip. & not. per Abb. in c. cum inter. in prin. de exce.*

SVMMARIVM.

1 *Medici non tenentur ad subsidia Delph.*

2 *Medicus qui promisit aliquem curare a podagra, si ipsum curet, & postmodũ ille in eundẽ morbum reincidat, an medicus sit liberatus a promissione.*

3 *Medicus qualiter petet salariũ a curato.*

QVAES. CCCXCIIII.

a 1 DE medicis a doctoribus, etiã non est * dubium, quòd non debent in dictis subsidiis Delphin. contribuere, sicut nec doc. legum. per d. l. medicos. C. de profes. & medic. & ita

etiam semper uidi seruari in hac curia parlamenti Gratio. & ita fuit dudum temporibus meis iudicatum in parlamento Parisiis pro magistro Stephano Gicle, doct. in medicina, & tũc ciue Lugdu. sed aduerte, q.a si medicus doctor exerceat mercantias publicè, sicut facit magister Paulus de Violardis: qui tenet apothecã apothecariæ, tenetur cõtribuere in dictis subsidiis, iuxta ea, quæ s̃. dixi. q. cccxci. sed magister Bartholomeus doc. in medicina, qui practicat, & non exercet mercãtias, debet esse immunis à cõtributione dictorũ. Ita fuit determinatũ in camera cõsilii, M. ccccixi. die ultima Aprilis. sed dũ & quando ipse magister Paulus uoluit relinquere dictas mercancias, remanebit immunis à dicta cõtributione subsidiorum. Sed quia hic loquor de
2 medicis, * Quæro, medicus promisit quẽ curare à podagra, & fecit curã, sed curatus ex interuallo reincidit in illam infirmitatẽ, utrũ ipse sit liberatus à tali promissione? dic ut not. per glo. & Bar. in l. maritus. ff. locat. Standũ est relationi medicorum, quæ fit corã iudice; aliàs non ualet, probatur in l. semel. C. de re mili. lib. xij. Et aduertẽdum, quòd ubi possunt haberi plures medici, non debet stari iudicio unius: ut dicit Bart. in l. si in rixa. §. fi. ff. de sica. & Ange. de Aret. in trac. suo de maleficiis. super uerbo, una alia 1
3 persecutiõe. Qualiter * medicus debet petere suum salarium? & de forma libelli uide Cy. in authẽ. dos data. C. de donat. ante nupt. &c. 1
a De medicis.] *Ad hoc enim ut medici gaudere possint immuni. multa exiguntur. primò, quòd sint doc. l. reddatur. C. de profes. et medi. li. x. Secũdò ꝙ sint de archiatris, uel principibus medicorũ. uel ꝙ sint recepti in ciuitate à decurionibus, siue consiliariis, prout olim intra statutũ numerũ medicorũ eos deligi oportere, a retro principib. decretũ extat. ut C. eo. tit. l. cum te medicum. et Azo. in sum. illius ti. in §. iiẽ illud notandũ est. Tertiò, ꝙ ipsis specialiter immunitas cõcedatur ut l. nec intra numerũ. ti. alleg. de profes. & ibi glo. et Bar. medicina enĩ tradĩt esse sciẽtia artis mechanicæ: ut per magistrũ Hugonẽ in Didascoli cõs. ii. ubi tractat de discretione artiũ. c. de diuisiõe mechaniæ in vii. sciẽtias. medici aũt non sunt maioris authoritatis seu ualoris quã obstetrices. ut l. si duob. responso i. ibi, medicos aũt & obstetrices. & cõ mu. de lega. et in c. nõ sunt. in gl. in uer-* a 2 3

in uerbo, nec medico. xiiii. q. v. et Spec. in tit. de salariis. in §. postremo. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi astringũtur ad subsidia Delphin. Et quid ita. n. 2. et 3.*

QVAEST. CCCXCV.

1 DE Iudæis in hac patria Delphi.* quid dicemus? an debeãt contribuere in subsidiis Delphi. uidetur quòd non, cùm talia imponantur personis, pro rebus. in l. ii. C. de annonis & tribut. lib. x. sed ipsi Iudæi, ut est notoriũ, nulla bona immobilia habẽt in hac patria Delphi. nec alibi habere cõsueuerunt, igitur &c. Contrarium
a tamen credo. *a* Primò, quia*
2 ex priuilegio per dominũ nostrũ Delphi. eis à decem annis citra concesso, ipsi possunt sibi acquirere res immobiles, et (ut fertur) aliqui ex ipsis iã
3 aliqua acquisierũt. Secundò* quia & si nulla bona immobilia haberẽt, ipsi tamẽ notoriè habent bona mobilia, puta mercãtias, aurũ, & argentũ, quę publicè tradunt ad usuras, & quo ad bona mobilia etiã inter Christianos debet in talibus respectus haberi, sicut ad immobilia, & pro modo bonorũ immobiliũ debẽt collectari & peræquari: ut ponit Bar. ĩ l. i. C. de mulie. & in quo loco, in sua repeti. & alibi dicit Bart. ꝙ sicut nõ cadit præsumptio fugę in possessore bonorũ immobiliũ: sic nec etiã in possessore bonorũ mobilium: maximè quæ de facili occultari uel amoueri nõ possunt, ut in l. sciendum. circa prin. ff. qui satis. cog.
a Contrarium tamẽ credo.] *Et hoc uerius, quia Princeps potest Iudæis auferre bona, cum non habeant ea, nisi ut peculiũ. Old. consi. lxxxvii. in uersi. & ob istã rationem.*

SVMMARIVM.

1 *Habitãtes in Delphinatu, ibiq; habentes immobilia, an et quatenus teneantur ad subsidia.*
2 *Collecta an debeat solui pro re dotali.*
3 *Mulier an contribuat, quid, et ubi, pro bonis paraphernalib.*

QVAEST. CCCXCVI.

QVid de habitãtibus in hac patria Del-
1 phi. * qui habẽt eorum bona immobilia in diuersis territoriis, & manda-
a mentis? credo quòd nõ *a* debent contribuere, in d. subsid. in diuersis locis; sed solum in
b loco domicilii. *b* ita dicit & tenet Bart. in l. i. C. de mun. & in quo loc. in sua repetitione, in quæstione, quæ incipit

cipit, sed cui possit imponi
hæc collecta,&c. Debebit tñ
in peræquatione fienda habe
ri respectus ad bona, quæ ali
bi possidet, secundùm docto-
res,ut refert Iacob.Rebuff.in
l.i.C.de mune. patri.lib.x.&
2 ita seruat in hac patria.* Sed
quid de re dotali? Dic, ꝙ ma-
ritus soluet collectam pro re
dotali, in loco sui domicilii,
cũ percipiat fructus rei dota
lis. ita tenent glo. & Bart.in
d.l.i.C.de muli.& in quo lo-
3 co.* Sed quid de rebus para-
phernalibus,an mulier cõtri
buat pro ipsis bonis in loco,
ubi sunt, uel ubi maritus fo-
uet domiciliũ? Dic, ꝙ ubi ma
ritus cũ uxore fouet domici-
liũ,& nõ ubi sunt bona:quia
uxor sequitur domiciliũ ui-
ri.ita fuit consultũ in camera
cõsilii per dominos meos,M.
ccclx. & die xxiiij. mensis
Maii,in manib. Cabaudi, in
causa uxoris Põsoni Bouerii,
& cõsultũ Alessiani,pro quo
facit d.l.i prin.C.de mu.& in
quo loco.cũ talia subsidia nõ
sint merè patrimonialia:quia
imponũtur principaliter ꝑso
nis,licet pro modo facultatũ.
facit etiã pro decisione huius
quæstionis l.fi. §.itẽ rescripse
runt mulierem.ff.ad muni.

a Quòd non.]*Hoc uerũ,si tribu
tũ solueretur de illis in loco,ubi
res sitæ sunt,per l.priuatæ.C.de
excu.mune.lib.x.Sed si alibi de
ipsis rebus non solueretur tribu
tũ,& collecta imponitur ab eo
qui habet iurisdictionem utro-
bique,debet solui,qui habet ibi.
Si uerò imponitur collecta ab
eo, qui nõ habet iurisdictionem
utrobique, & tunc pro rebus si
tis extra territorium illius non
debet solui.arg. l.fi. ff.de iurisd.
om.iud.& de bo. auth.iud.poss.
l.cum bonis. §.fi.*

b In loco domicilii.]*Vide Bart.
in forma.§.i.ibi, de cẽsi.Itẽ col-
lecta per uillas & castra solui
debet in ciuitate,cui subsunt.gl.
in auth.quib.mo.natur.effi.sui.
§.si igitur ex qualibet.uer.per-
soluat. facit l. qui ex uico.ff.ad
muni.& l.insulæ.ff.de iud.Col-
lecta formæ si potest imponi in
loco in quo possidet,secundũ Spe.
de cẽsi.§.nũc dicendũ.uers.pone
Reginus.ubi etiã dicit, quẽ non
teneri ad onera personalia. &
istud etiam tenet Bart. in l.i.C.
de auro coro.lib.x.*

SVMMARIVM.

1 *Incolæ circumuicinarũ patria-
rum Delphinatui,an & qua-
tenus adstringantur ad subsi-
dia, pro immobilibus in Del-
phinatu sitis.*

QVAEST. CCCXCVII.

SEd quid de forẽsibus in-
colis patriarũ regni Frã
ciæ, Sabaudiæ,& prouin
ciæ

1 ciæ quæ nobis*conuicinãtur, quę habẽt in hac patria Del phi. hæreditates & bona immobilia, an debeãt ipsi tallia ri & perequari in dictis subsi diis Delphi.pro modo bonorum, quæ habẽt in hac patria Delphi. Circa hoc semper ui di obseruari de consuetudi-
2 ne, *a* quia in dictis patriis circũuicinis cõpelluntur homines Delphin. contribuere cũ eisdẽ pro rebus, quas ipsi in dictis patriis circũuicinis habẽt, & possidẽt: & similiter
b ẽt cõsueuerũt ipsi forẽses *b* cõpelli ad contribuendũ in hac patria Delph. pro rebus, quas citra habẽt, licet citra nõ foueant domiciliũ: ut uidemus in illis de Turnone in regno, qui cõtribuũt cũ hominibus Tineti in Delphinatu, & ecõtra & illi de sancto Simphoriano Auzonis ĩ ciuitate Lugduni, & ecõtra & illi de Tarascone, & de Sistarico in puincia prouinciæ contribuũt cũ hominibus Delphin. pro bonis quæ citra habẽt, & econtra. & quę cõsuetudo attendi debet circa hæc, maximè in collectis inductis, pro facto principis: ut in casu nostro. pro quo facit l. i. C. de auro coro. lib. x. & hãc partẽ tenet do. Iaco. de Bello uisu in qua dã quęstiõe per eũ disputata, quę incipit, Tertiò quęritur, an ciuitas Tudertina in Italia, constituta in Perusio, possit collectas imponere p possessionibus, quas habet in territorio Tudertino, &c.

a De cõsuetudine.] *Quæ in hoc inspiciẽda est. l. semper. §. legem. & ibi gloß. in uerb. legem. ff. de iur. immu. & in l. i. in gloß. in uersi. septuagenario. C. qui mor. se excu. lib. x.*

b Forenses.] *Vide in apostilla, in q supra proximè præcedenti posita, in uersi. in domicilÿ. & ad de hic.*

SVMMARIVM.

1 *Consules Ciuitatis Grationopolitanæ, immunes sunt a subsidÿs. Et quid ita. numero. 2.*

QVAEST. CCCXCVIII.

1 AN aũt*cõsules huius ciuitatis Grationop. & aliarũ uniuersitatũ præsentis patriæ Delphin. debeãt dictis talliis seu subsidiis Delphin. contribuere, cũ cæteris plebeiis, si cõsules ple beii existãt? glo. in l. si quis. §.
a honorẽ. *a* ff. de mune. & hono. dicit, quod sic. Bart. tñ ibidẽ
b tenet cõtrarium. *b* quæ opin.
2 Bar. cõmuniter * obseruatur, propter quàm plurimos labores, quos dietim pro uniuersitatibus sustinent ipsi cõsules.

a §. honorem.] *Alias est lex.*

b Tenet contrarium.] *Aduerte: quia Bart. in prædicta l. honorē. sentit oppositū. glo. tamen aliter tenet ibidem, dicens, quòd consules non tenentur soluere collectam. & sic seruatur opi. glo.*

SVMMARIVM.

1 *Procuratores, quamuis nobiles, tenentur ad subsidia Delphinalia.*

QVAEST. CCCXCIX.

AN autem procuratores practicantes * in dicta curia parlamēti Delphin. qui sunt de nobili genere procreati, prout duo de presenti in dicta curia existunt, uidelicet Bertrādus de Ziserino, & Valētinus baccalàrii, debeāt cōtribuere in dictis talliis seu subsidiis Delp. Fuit alias determinatū, quòd
a sic, *a* in pñtia dñi cancellarii Delphi. ut scripsi s. q. lxxix.

a Quòd sic.] *Officium procura. est igitur ignobile. & ideo non potest esse de prioribus populi Bart. in l. uniuersis. & in l. si quis. ii. C. de decur. lib. x. procuratio autē, est res infamissima, & seruilis obsecundatio. Not. in l. si quis procurationem. C. de decu. lib. x. idcirco licet de nobili genere sit ortus procurator, pōt et debet ueluti quilibet plebeius talliari.*

SVMMARIVM.

1 *Cæci an subyciantur subsidiis Delphinalib. disting. num. 2.*

QVAEST. CCCC.

AN cęcus debeat cōtribuere in dictis subsidiis Delphinalib. * Videtur quòd non, per tex. in capit. licet. extrà, de censi. sed
a aliter seruatur *a* in hac patria
2 Delphin. quia si cæcus sit * diues, talliatur & contribuit in dictis subsidiis Delphin. si sit
b pauper, non *b* talliatur, & ponitur seu enumeratur in rotulis inter miserabiles personas. ita semper uidi seruari in hac curia parlamenti.

a Aliter seruatur.] *Pro hoc facit, quod statuitur in surdo & muto, qui a muneribus non excusantur. ut l. honores. §. i. ff. de decur. hoc est uerum, quo ad onera patrimonialia. a personalibus muneribus orbatus utroq; oculo excusatur: ut in l. i. & ibi Bal. C. qui mor. se excu. lib. x. nō autem a patrimonialibus.*

b Pauper non.] *Vt in l. cum facultates. & l. fi. in fi. C. de his, qui num. libe. uel pauper excu. mer. lib. x. & ff. de uaca. mune. l. sextumdecimum. §. corporis debilitas. ibi, patrimonio sufficientis.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Habentes duodecim liberos, an immunes sint a subsidiis Delphin.*

QVAEST. CCCCI.

SEd quid de homine habēte duodecim liberos, an excusetur à cōtribuēdo in dictis subsidiis Delphi.
1 * & uidetur quòd non, per text.in l.neque.C. de mune. patrimo.lib.x.ubi inquit tex. neque tempore, neque ætate, neque numero liberorum à muneribus, quæ patrimoniorum sunt, excusationem quis habere potest. Sed hoc uerum nisi haberet duodecim liberos: quia tunc a talibus excu
a saretur, *a* ut C.de decurio.l.si quis decurio.& ff.de iur. immu.l.super. §. demonstratur. & ibi per doctores. Et hoc facit pro Hugone marchi. ciue Grationop. qui de præsenti habet xii.liberos, &c. Sed consuetudo temporibus moder. seruat contrarium, quia peræquantur in subsidiis Delphi. habitantes in hac patria Delphi.nō habito respectu ad numerum liberorum.

a A talib.excusaretur.] *Istud uidetur sentire gl.i.§. demonstratur.hic allegato. posita in uersi. sexdecim. & hoc sequitur ibi Bar.& in hanc opi.uergere uidetur Io.An.in regu. decet concessum in i. col. in Mercur. lib. vi.dum ibi post distinctionem, quam facit gl.i.in l.i.C.de his, qui numero libe.subdit; sed uide quod ibi no.remittēdo ad nota. in præ.§.demonstratur. uerum tamen Azo. dicit quòd nemo a patrimonialibus numero liberorum uacat, nisi fortè xvi.pueros filios quis habuerit, quorum educationi eum uacare oporteat, et maximè si pauper fuerit, ut in summa.C.de his, qui nu.libe.li. x.circa priu.in uer.item a muneribus.*

SVMMARIVM.

1 *Monetarii, an quid conferāt subsidiis Delphi.uide & nu.5.6.*
2 *Filii monetariorum, an gaudeant priuilegiis patrum. uide & nu.7.*
3 *Consuetudinis eadem est uis, quæ priuilegiis.*
4 *Mercatores se immiscentes quādoque monetariorum collegio, an debeant gaudere beneficio immunitatis.*

QVAEST. CCCCII.

SEd quid de monetariis? An priuilegia * concessa
1 monetariis & operariis monetarum, transeant ad eorū liberos? Credo quòd nō, per l.i.& l.semper.§. immunitati.& l.in honoribus.§.uacatio-

cationum.ff.de uaca. & excu.
a mun.*a* Ex quo sequitur, quòd
2 *si quis monetarius moriatur relicto uno uel pluribus liberis, ꝙ ipsi non gaudeāt priuilegio, quo eorum pater gaudebat, ut monetarius. Attamen aduertendum, quia licet tales liberi non gaudeant de iure priuilegio monetariorū, per suprà alleg. tamen de consuetudine diutius obseruata in hac patria, & alibi tam in regno, quā in imperio, ubi monetæ cudunt̄, liberi ipsorū ipso iure absque noua creatione per principem fiéda, dicūtur monetarii, & gaudēt priuilegiis monetariorū, si actu & habitu exerceāt officiū. Si autem tales liberi monetariorū essent pupilli, durante tali ætate, nō gauderent talib. priuilegiis: quia nō possunt exercere actu tale officium, quod tamen in hoc requiritur: iux
b ta l. semper. §. negotiatores. *b* ibi, actu, & c. s̄. alleg. Neq; eisdē liberis pupillis suffragat̄, si per eorū præpositos collegio monetariorum aggregentur, cū actu nō operētur, nec possent operari: ut d. §. negotiatores. imò talis aggregatio de eisdē pupillis facta, potius censetur facta causa euitandi munera & tallias, quib. subiiciūtur populares plebeii, quā alia de causa. ideò eisdē non debet suffragari. ut dict. l. semper. §. diuus quoque. & tenet glo. in d. §. negotiatores. Sed quid dicemus de subsidiis Delph. quæ sub nomine doni concedūtur in cessione trium statuū præsentis patriæ Delph. an tales monetarii actu & habitu debeant esse exépti ad cōtribuendū in eisdē uigore priuilegiorū monetariis concessorū? Crederé quod sic: qa licet in eorū priuilegiis non fiat mētio de donis gratiosis, sed solū generaliter de talliis & aliis tributis: tamé ipsi sūt & fuerūt in longissima posses- 4
sione, usu, & cōsuetudine nō cōtribuendi, in dictis donis gratiosis, in regno, imperio, & Delph. ut est notoriū. ió prætextu talis consuetudinis debēt esse tales monetarii actu & habitu à dictis subsidiis e-
3 xēpti. quia *sicut priuilegium principis est potens a talibus quē eximēdi; sic et cōsuetudo: nā quod pōt priuilegiū, sic potest & cōsuetudo, in c. super quibusdā. in §. preterea. extrà de uerb. signifi. & in l. non solēt. & l. i. in fi. C. noua uectig. imp. nō posse. & l. i. in fi. cū l. seq. ff. de aqua plu. arcen. Prætereà ét, quia sicut cōsuetudo est potés ad inducendū quem facere teneri cōtribuere i col

lecta

lecta principis: ut l. una. C. de auro corona. lib. x. sic ēt cōsuetudo cōtraria non cōtribuendi debet esse potēs ad inducēdā liberationē à contribuēdo in talib. subsidiis. arg. in l. Arrianus. ff. de act. & obli. cum multis similibus. Et ex tali cōsuetudine possunt ipsa priuilegia monetariis concessa interpretari, quòd princeps, qui ipsa concessit, uoluerit etiam ab omnib. talib. subsidiis gratiosè per modū doni cōcessis, ipsos fore exēptos, cū sit legitima dubiorū interpres: iuxta l. si de interpretatione. ff. de leg. facit c. cū dilectus. & cap.
4 i. extrà, de consuetudine.* Vlteriùs circa præmissa quæro, aliqui mercatores draperii, notarii, & incolæ de Romanis, Criminaci, Mōtilli, Burgundiæ, Quiriaci, & certorū aliorū locorū præsētis patriæ Delph. se fecerūt congregari collegio monetariorū, nō tñ cōtinuè actu exercēt officiū: licet quandoq; fit, & quando que nō, ēt tēpore, quo monetæ cudunt: sed interdū circa eorū mercātias & alias suas artes, an tales debeāt excusari à cōtributione dictorū subsidiorū? credo ꝙ nō. quia præsumi debēt se eo casu fecisse aggregari collegio monetariorū causa euitādi talia munera, ad quę alii plebeii tenētur: iō non debet eis talis aggregatio suffragari: per dictū §. diuus quoque. & in fraudē dictorū subsidiorū censetur fuisse facta talis aggregatio, quæ fraus ꝓ ꝑeà nō debet eisdē patrocinari. l. i. in prin. ff. de dolo. & ad hoc bene facit distinctio, quam ponit Cy. in l. i. C. de epis. & cleri. Ex quibus omnib. infero, tres cōclu-
5 siones.* Prima cōclusio, quòd monetarii actu & habitu qui cōtinuāt opera monetariorū, dū monetę cudūtur in patria, gaudere debēt priuilegiis monetariorū & esse debent exēpti à contributione in dictis
6 subsidiis.* Secunda cōclusio, ꝙ mercatores & alii non operantes continuè in dictis monetis, dum ipsæ cuduntur, nō debēt gaudere dicta immuni-
7 tate.* Tertia cōclusio, ꝙ pupilli & adulti liberi monetariorū & operariorū, qui non possūt operari defectu ętatis, non debent gaudere dicta immunitate non contribuendi in dictis subsidiis, neque aliis priuilegiis monetariis concessis: etiam si collegio monetariorum forent aggregati.

a ff. de uaca. & excu. mune.] *Voluit alleg. tit. de iu. immuni.*

b §. negotiatores.] *Adde §. licet. & in corpore.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Magistri particulares moneta rũ tenẽtur ad subsidia Delph.*

QVAEST. CCCCIII.

a QVid autem de magistris particularib. dictarũ monetarum? *a*
1 recordor quòd*circa xx. anni sunt elapsi, uidi litẽ motã in dicta curia parlamẽti ĩter consules de Romanis agentes contra Antonium & Petrũ Foresii, aliàs Coppo, tũc magistros particulares dictæ monetę de Romanis: à quib. magistris particularibus con sules petebant ꝙ contribuerẽt in dictis subsidiis cũ plebeiis dicti loci; dictis magistris particularibus dicentib. se fore exemptos, uigore dictorũ priuilegiorũ monetariis cõcessorũ; attamen dicta curia parlamenti ordinauit dictos magistros particulares debere contribuere in dictis subsidiis. Et aduertendũ, ꝙ in dictis subsidiis cõtribuunt etiam illi, qui non cõsenserunt confessioni talis doni seu talliæ. & uide j. q. 424.

a Monetarũ.] *De materia monetarũ, ac monetariorũ, uide C. de murile. li. xi. in l. i. et in l. edicimus. et per totum ti. de uete. nu mi. potesta. eo. lib.*

SVMMARIVM.

1 *Instrumentũ grossatum per notarium, de prothocollis alienis, an & quatenus fidem faciat.*

2 *Instrumẽta de antiquo grossata, quanto tempore dicantur.*

QVAES. CCCCIIII.

LIcet de iure instrumẽtum grossatum per notariũ de prothocollis
1 *alienis, nõ ꝓbet nisi cõstet
a de commissione *a* iudicis sibi facta de talibus prothocollis grossandis: iuxta c. cũ P. tabel
b lio. *b* extrà de fid. instru. ẽt si talis notarius asserat se habere talem commissionẽ, iuxta c. quoniã cõtra falsam. extrà de proba. & facit auth. si quis in aliquo documẽto. C. de eden. tamẽ de stylo dictę curię parlamenti ualet, & facit fidẽ tale instrumẽtũ, nisi in discursu processus pars opponat de defectu talis cõmissionis. Nec sufficit, ꝙ pars illud opponat in iuris allegationibus, extrà processum, ad partẽ traditis. & ita uidi iudicari, M. cccclx. de mense Februarii. in processu, difinito inter Gaudisardi appellãtes de quadratio. Ad idẽ ẽt probat instrumentum grossatũ ex cõmissione; ẽt si nõ cõstet de cõmissione notarii, qui grossauit, si tale istrumẽtũ de antiquo tpe sit grossa.

ſatũ,per ea,quæ ponit Inn.in c.Alberi. extrà de teſti. quod uidetur probari. in c.cũ cauſam. extrà de prob. & in c.ad audientiã. extrà de præſcrip. quia ubi ſunt probatiões diffi ciles, propter lõginquitatem tẽporis,ſufficit preſumpta ꝓbatio,iuxta ea quę ponit Bal. in authẽ.quas actiones.C.de epiſc.& cler.& ita etiã ſeruat ſtylus preſentis patriæ Del-
2 phin.in iudicando.* Sed quã to tẽpore dicãtur inſtrumẽta de antiquo tẽpore groſſata? Hoſt.dicit ꝙ poſt bienniũ. in c.in præſentia. extrà de renũ cia.& ponit Bal.in c.i.de mili te uaſ.qui fuit cõt. quẽ ſequi tur Ioã.An.in c.clerici.extrà de uita & hone.cle.ſuper uer bo, breuiori. & cęteros alios caſus,in quibus requiritur,ꝙ interueniat oppoſitio partis, etiã de his, qui ſunt iuris:uide quæ dixi ſ.q. ccxxj. Et de materia cõmiſſiõis circa groſ ſationẽ inſtrumẽtorum receptorũ per notarios mortuos, uide plenè quæ dixi ſ. q. ii. De materia prothocollorum: uide quæ dixi ſ.q.xix.

a De cõmiſſione.] *Quando aũt hæres eſt notarius,tũc cẽſetur ſi bi facta commiſſio à lege,ut ipſe ſubſcribat:uoluit Bart.in l.ſi qs. §.cogẽt. ĩ uerſiculo ultimo ſcias. ff. de eden.Sed d.Pau.de Caſtr. in præallegat.§.cogẽtur.notãdo ſentit cõtrariũ, quẽ ibi ſequitur Alex.in ii. colum.in uerſi.item not.ſecundum Bart.*

b Cap. cum P.tabel.] *Vbi uide Fer.tranctantẽ iſtam materiam per quindecim quæſtiones ualdè utiles,& pulchras.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſſit condemnare partem in fructibus, intereſſe,& expenſis, ſi a parte non petantur.& num.3.*

2 *Iudex ſi omiſerit cõdemnare in fructibus, petitis à parte, an poterunt illi denuò peti.*

QVAEST. CCCCV.

SEmpronius contra Titiũ obtulit libellũ in rei uẽ dicatiõe petẽdo dictũ Sẽ proniũ condẽnari ad reſtituẽ dũ fundũ, tacito de fructibus fundi perceptis lite pẽdẽ. An
1 * iudex poſſit *a* ex ſuo officio
a reũ cõdẽnare in fructibus ſal tẽ perceptis à tẽpore litis motæ? Inn.in c.grauis. extrà de reſtit.ſpo. dicit ꝙ nõ. quẽ ibi ſequitur Hoſt.in lectura, pro quib.facit ultrà, ꝑ eos allegata l.ex diuerſo.ĩ prin.ff.de rei uen.Sed Ant.debu.doc.nouiſ ſimus, tenet oppoſitũ,ꝙ imò iudex poteſt cõdẽnare in fru ctibus ex officio ſuo, etiam ſi actor non petierit : & allegat l.ædiles. §. item ſciendum.ff.

de

de ædil. edict. Item ēt dicerē ĩ usuris. l. usurariis. ff. de usu. & secundum hāc opi. An. de
b But. *b* tanquā magis æquā & rationi cōsonā, fuit determinatū per dominos meos parlamēti in camera cōsilii, die ult. mensis Martii, anno dñi, M.cccclx. in cā tunc diffiniti uā inter Gulielmū uilareti supplicātē, & Michaelem olerii de uspinco, supplicatū, in manibus Io. cabodi secretarii Delphi. cū ēt in dicto libello peteretur debita iustitia mi-
2 nistrari.* Sed q̄d *c* si tales fru
c ctus fuerunt petiti, *d* & iudex
d omiserit condēnare, *e* an po-
e terunt posteà peti? Dic ꝙ nō: ut dicit Anto. de but. ubi suprà, idem interesse. Et de hac materia fructuū, & de aliis q̄stionibus uide Io. Fera. in tit. forma libelli, qua agit̃ actione reali, in glo. super uerbo, simili cū fructib. &c. Aduertendū tamē, ꝙ iudex potest super expēsis, & interesse proferre sentētiā incertā cōdemnādo ĩ fructib. & expensis taxatione sibi reseruata: ut dicit idē de Butrio ubi s̃. ita ēt dicūt legistæ ĩ l. i. C. de sentē. quę pro eo, qđ interest profe. & ita seruat stylus dictæ cu-
3 rię parlamenti.* Sed quid de expēsis? Bar. ĩ l. properādū. §. sinautē. C. de iud. dicit ꝙ non debēt per iudicē adiudicari, nisi petātur. & idē Bart. in l. iii. §. hoc autē iudicium. ff. de dam. infect. Sed de stylo & cō muni obseruātia dictæ curiæ parlamenti adiudicantur, si æquū uideatur curię, siue petantur, siue nō: qui stylus pro bat̃ authoritate glo. in l. fi. C. quan. prou. nō est nec. quam glo. approbat Ioā. de Imo. ut scripsi s̃. quæstio. ccxxi. max. mè, quando pars petit sibi debitā iustitiam ministrari.

a Iudex possit.] *Quoniā etiā debet; ut colligitur in Specu. in ti. de dispu. et alleg. §. satis clare. uer. sed nūquid de fructib. et se. uer. sed nūquid de fructib. et iuncto uer. Sed nunquid iudex. Et istud intellige de fructibus lite contesta. perceptis.*

b Ant. de But.] *Vide de hoc Ab. in d. c. grauis. in pen. col. uer. sed circa hoc. de rest. spo.*

c Sed quid.] *Vide per Abb. ubi supra in proxima apostil.*

d Fuerunt petiti. *Est autem notādum, quòd fructus antè litem contest. percepti, si nō fuerint petiti antè, post sententiā peti pos sunt. l. ex diuerso. in glo. errore. ff. de rei uend. Sed secus est, ut ibi habetur, de fructibus post lit. contesta. perceptis.*

e Condemnare.] *Si iudex omiserit condemnare in fructibus petitis, tenetur de suo refundere, & secundū Ioan. And. in addi. Spec.*

Spec. tit. de disput. & allega. in §. satis clarè. fructus autẽ post litem contestatã percepti, possũt peti quãdocunq; post sententiã: iuxta not. per glo. errore. in l. & ex diuerso. ff. de rei uendi.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio debitoris an currat cõtra debitorem, intermissione unius pẽsionis annuæ. et nu. 2.*

QVAEST. CCCCVI.

Pone quòd debes mihi x. annua: soluisti p tres annos, & in quarto an-
1 no desinis soluere.* nunquid currit tũc præscriptio pro illis præstationibus, quas debeo facere in futurum insequẽtibus annis? Circa hanc quæstionem est magna contentio inter Bulgarũ & Martinum, in l. cum notissimi. in §. fi. C. de præs. xxx. uel xl. anno. ubi Mar. dicit quòd non: imò in quolibet anno incipit sua præscriptio. sed Bulg. dicit contrariũ, & reprobat opinionẽ Mar. per l. eos. in prin. C. de usu. Io. uerò & Azo distingunt, quos sequitur glos. inter annuum debitũ, & ultimam uolũtatem, & annuum debitũ ex contractu inter uiuos, & sic sedeant Marti. & Bulg. ut habetur in glos. d. l. cũ notissimi. in §. fin. Sed docto. Moderni non approbant dictam distinctioné: imò indistinctè dicũt, & sequũtur opinio. Mar. & approbãt eius opi. Primò, ex decreto. §. fi. ubi parificat annuũ debitũ tã ex ultima uolũtate, quàm ex cõtractibus.33Intereà, nõ potest negari, quòd in contractibus pro sequẽtibus annis non sit obligatio, saltem in diem. ut ff. de oper. liber. l. qui bona. & l. Stichum. §. stipulatio. ff. de uer. obli. & C. quando dies legati cedat. l. i. & in d. l. cùm notissimi. §. illud. & C. de anna. excep. l. i. in fin. ergo, &c. Nec obst. d. l. eos. quia ibi loquimur in accessoriis. Nec obstat huic respõsioni, quòd glo. opponit. d. l. centũ. ubi durat accessorium sine principali: quia refert, utrũ eneruetur ius actoris præscriptiõe, quia tunc tolleretur omne ius in accessoris, eò quòd præscriptione completa uidetur cõpleuisse totũ, ut nõ teneatur ad aliquas præstationes. Aut eneruetur ius actoris per solutionem, quia si in totum satisfacit, in totum tollitur, si
2 pro parte remaneat.* Cõcludit ergo, quòd annuæ præscriptioni non currit præscriptio indistinctè, nisi à principio cuiuslibet anni. Et hoc uerũ, nisi cessaretur per centum annos, tunc enim satis potest con-

concedi,quòd omne ius est sublatum.ut ff.de usufruct. leg. l.si ususfructus. & ff. de usufru.l.an fructus.& hanc conclusionē Mar.secuti sunt Iac. de are.Ray. Petr.Cy. & Bal. in d.l.cùm notissimi.§. fin. & Cy.iteratò hanc suā opinionem recitat.in l. plures apochis.C.de fid.instru.Et hanc opinionem etiam uidetur sequi Bar.ī l.de pupillo.§.si pluribus.ff.de noui ope. nun. Et pro hac opinione semper uidi iudicari in omnibus curiis præsentis patriæ,de tempore, quo practicabam, & plures sententias pro hac parte obtinui, & super hac quæstione fuit inter nos in camera consilii de hoc anno domini,M. ccccl x.de mense Martii dispu tatum, & allegatæ rationes hincinde circa diffinitionem processus fratrum minorum Grationo. agentium contra Claudium costani, & Petrū marelli. sed ex aliis fundamētis fuit dictus processus diffinitus contra dictos fratres minores.ideò tūc fuit decisā hęc quæstio.sed credo opinionem Martini & sequacium esse ueriorem,per tex.in d.l.cum notissimi.in §.fin.dum parificat hoc casu contractum ultimæ uoluntati.Salyce.uero qui postea superuenit, tenet ꝙ præstatione annui debiti ex ulti ma uoluntate, non præscribi tur,quo uero ad aliam præsta tionem annuam debitam ex contractu, ipse fecit quandi nouam opinionem a distin guendo pro concordia Mar & Bal.quæ sua distinctio, ib uideat.sed adhæreo ego Gui do Papæ opinioni Mar.Iac. Aret.Ray.Pe.Cy.Bar.& B. & sequacium, quorum op nio est magis communis:&. sequenda in iudicando,iuxta l. scire oportet. §. illud. cu §.seq.ff.de excu.tu.attento quod est magis amica textu in d.l.cùm notissimi.§.fin.u s.primò dixi. De materia in terruptionis præscriptionis uide quæ plene dixi j.q.ccc xvi.An in præscriptione lib tatis contra seruitutem,uel beratiouis contra obligatio nem,requiratur bona fides de iure ciuili, & quid de iure ca nonico:uide quæ plene scrip infrà q.ccccxvi.circa finem.

a Nouam opin.] *Quæ uult ꝙ an nuæ præstationi, & annuæ obli gationi curriculis xxx.anno. sit præscriptum. et sic, secūdum eū, non potest actor petere reū con demnari ad præstationem an nuam pro futuro tempore: sed ad præstationem cuiuslibet an ni medii, infra dictos xxx. an nos. hæc quo ad annuam stipula tionem.*

tionē. Quo uerò ad annua legata, tenet ipse Saly. Martinū per omnia uerum dixisse, ut in §. fi. hic alleg. in iij. col. in uer. sed ad uerte pro Deo. Profectò istiusmodi opinio Salyc. in cōsideratione subtilis speculationis laudabilis est; in ratione autē ueritatis & æquitatis, & Modernorum opinione sequacium, Martinus probabilior uidetur. Quia sicut ipse Sal. concedit annuā præstationē rectè peti pro secundo, tertio, quarto anno, & deinceps usque ad xxx. annos: ita est pro primo, ii. iii. iiii. & cæteris annis post xxx. annorū spaciū emensis, eā peti posse uidetur. Nā radix causalis uirtute cuius petitur huiusmodi annua præstatio, æquè subsistit utrobique, cū et illa in quolibet anno propagetur in annos centum extendenda. & facit quod dicit Cyn. in l. si certis annis. in iiii. colum. in decima quæst. ibi, sed cùm soluo uno anno indebitum, & c. C. de pact.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio annuæ præstationis, quanto tēpore acquiratur.*
2 *Seruitia annua quanto tempore acquirantur.*
3 *Seruitus realis quanto tempore præscribatur, remiss.*

QVAEST. CCCCVII.

Quia suprà proximè scripsi de actione, quę cōpetit pro annua prestatione, an & qn̄ prę-
1 scribatur.* Quæro circa hāc materiam de alia quæstione: quidam soluit mihi xl. annis censum seu aliā annuā præstationē, an acquiratur mihi actio cursu dictorū xl. annorū, uel an requiratur tantum tēpus, quod de cōtrario memoria hominis nō existat. In hoc uariauerunt doctores iuris canonici, & ciuilis: quia Inno. in c. de quarta. extrà de præscrip. dicit, quòd sufficiūt xl. an. & allegat tex. in c. quia x. q. iii. & ī c. cōtra morē 100. distin. & ff. de aq. plu. ar. l. i. §. i. Host. pariter idem sentit, in
2 c. peruenit. extrà de cen.* ubi dicit, quòd seruitia annua acquiruntur spacio xl. annorū. quod dicit uerum de his, quę ius commune nō uetat: quia in his, quæ ius commune uetat, requiritur tantum tempus, quòd de contrario memoria hominis non existat. Idem dicit ipse Host. in summa de cen. §. quis census. ubi dicitur, quòd si quis agit petitorio, & proponat causam, ad quam probandam inducit patientiam longi temporis, obtinebit, si tempus probet. alle. ff. de usu. l. cùm de in rem uerso. Sed secundum iura nr̄a dicit ipse Host. quòd requiritur probatio longissim-

tẽporis,uidelicet xl. annorũ.
Idem tenet ipſe Hoſt. in ſum
ma in tit.de conſuetudine. in
§.obtẽtis.ubi dicit,quòd ſecũ
dum leges ad inducendũ præ
ſcriptionẽ longi tẽporis & cõ
ſuetudinẽ ſufficiũt x. anni in
ter præſentes, & xx.inter ab-
ſentes:tamẽ ſecundũ canones
a requirũtur xl.anni a.allegat.
c.olim. extrà de cen. ubi non
profuit tẽpus xxxvj. annorũ
ſoluenti ad certã monetã, &
requirũtur xl.anni.Idẽ tenet
ipſe Hoſtiẽ.in ſumma de præ
ſcript. §. quare. uer.puto.ubi
dicit,ꝙ negatoria poteſt ſem-
per intẽtari,niſi ſit ſpaciũ tã-
ti tẽporis,cuius initii memo-
ria hominis nõ exiſtat in cõ-
trariũ, licet ſecũdũ l.ſufficiat
longum tẽpus x. annorũ. Ita
dicit ipſe Hoſt.Ioã.An.ẽt idẽ
dicit in c.i.de præſcr.li.vi.ui-
delicet ꝙ de iure canonico re
quirũtur xl.anni.licet de iure
ciuili ſufficiãt x.anni.Hẽr.Bo
hic in c. peruenit.extrà de cẽ
ſi.dicit, quòd quicquid dicãt
alij,ſeruitutes habentes cau-
ſam diſcõtinuã,ut ſunt iſti cẽ
ſus,preſcribũtur ſpacio xl.an
norũ:dummodo nõ ſint tales
ſeruitutes, quas ius cõmune
poſſideri uetat.Et ita etiã te-
nuerũt Bern.& Io.Hiſpanus,
ut ibi refert ipſe Henr.Bohic.
Do. uerò Cardinalis Floren.
uidelicet Fran.de Zabar.in d.
c.peruenit.tenet poſt Hoſt.ꝙ
requirũtur xl.anni. ita tenet
in iii. & v.ſuis quæſtionibus.
Idẽ etiã tenerę uidetur Ant.
de But. in d. c. peruenit.Pa-
nor.uerò doct. nouiſſimus.in
c.de quarta.& c.ſi diligẽti.ex
trà de præſcr.uidetur uelle,ꝙ
ſufficiãt x. anni: dum allega:
dictã l.cũ de in rẽ uerſo. Spe.
uerò in tit. de reſti.ſpo.§.nũc
dicamus. uerſi. ſed ſi quis. &
in uerſi.pone ruſticus.dicit,ꝙ
in ruſtico, quãdo per eius do
minũ annua pẽſio petitur, re
quirũtur xx. anni. ratio quia
pręſumitur uiolẽtia facta per
dominũ ſubdito. idem tenet
Inn.quòd præſumatur uiolẽ-
tia facta per dominum ſubdi
to.in c.bonę.lo ii.extrà de po
ſtul.prælat.idem ſequitur I.
Fab. in §. æquè. inſtit. de a-
ction.ubi dicit, quòd ſi non
uſus eſt ſupra non potẽtem, | b
ꝙ præſumitur uiolẽtia: mani
mè,quando gagiabat uel ar-
reſtabat ſubditos:prout face-
re conſueuerunt Barones &
Bãnereti pręſentis patrię Del
phinal. quia alibi dicit Inno.
quòd inter dominum & ſub
ditos,metus pręſumitur.in c.
ſi diligenti.extrà de præſcr.in
aliis uerò, quòd in ruſtico,
ſentit ibi Specular.quod ſuffi
ciunt x. anni, dum ibi poſteà
ſub-

subiũgit, quòd sufficit longũ tẽpus, allegando d.l.cũ de in rem uerso. Hoc idem sentire uidetur ipse Spec. in tit.de iure emphy.in §. nõ solũ.uersi. lxiii.ubi dicit,quòd si emphyteota nõ uult cẽsum soluere, nisi dominus sibi prius ostendat titulũ,certè agendo negatoria,emphiteota absolueretur,nisi dominus de iure suo doceat,uel ostendat sibi pẽsionem fuisse solutam longo tẽpore,quod longũ tempus dicitur x. annorũ. glos. uerò in capitulo,seruitium.xviii.quęstio.i. uidetur sentire, ꝙ sufficiant xl.anni.dũ dicit longissimũ tempus requiri. Et pro hoc uidetur text. ad literã in dicto. c.olim. de cẽsibus.Ioã. Fab.uerò in dicto §. æquè.institut.de act. dicit quòd licet quo ad legistas sufficiãt x.anni.per d.l.cum de in rẽ uerso. & ibi gl.& docto. tamen quo
b ad canonistas *b*,qui uidentur habere aliam doctrinã in præscriptione seruitutũ, requirũtur uniformiter xl.anni.allegant c.cum eccle. Sutrina.de caus.pos.& propr.nisi præscriptioni resisteret expresse ius cõmune,quia tunc dicit ipse, requireretur tantum tẽpus, quòd de initio memoria hominis non existeret:iuxta c.i. de pręscrip.lib.vi.Dominicus de sancto Geminiano doct. nouissimus,in d.c.i.de præsc. lib. vi. dicit, ꝙ cõmunis opinio canonistarũ est, quòd requirãtur xl.anni.Et ita secũdũ hanc cõmunem opinionẽ. iudicauit hæc curia parlamẽti,in causa dñi de aquis,& Somontii ex una parte,& homines dicti loci Somõtii,in manib. Antonii de molena secre
3 tarii Delphinal. Sed * quãto tẽpore præscribatur seruitus realis:uide, quæ plenè dixi.j. q.cccccLxxiii.De materia interruptionis:uide,quæ plenè dixi j.q.cccccxvj.Et ibi multas alias quæstiones in materia præscrip. Pet.Iac.in tit.super pensione,seu reditu libellus.in uer.item credo.& dicit unũ singulare, uidelicet,ꝙ in acquirẽdo quasi possessionem annuæ præstationis, sufficiũt duo anni.De materia negatoriæ uide s. q. xxviii.

a Secundum canones requirũtur xl.anni.] *Hoc in rebus ecclesiæ.sed in rebus priuatorũ xxx. an.c.sanctorum.et ibi gl.in uer. si sincerè. in fi. extra de præscr. & xvi.q.iiii.c.possessiones.& in gl.i. et Panor. in c.i. de quarta. in iiii.col. in uers. sed quantum ad principalem articulum.extrà de præscrip.*

b Quo ad canonistas.] *Ad ptigẽdũ uerticẽ huiusce quæstionis, uide om-*

de omnino Panor.in c.peruenit.
in ij.col.in uer.& ex hoc dicto.
extra de cen. & breuiter hoc
duxi notandũ.& magnũ eſt di-
ſcrimẽ, utrũ aliquid intẽdatur
ex cauſa præſcriptionis; utrũue
ex alia quauis cauſa habili ad
transferendum ius prætẽſum,
probãda per tẽpus.Nã in primo
caſu nititur quis ex tẽpore, &
tunc tẽpus longum aut longiſſi-
mũ ſecundũ naturã actionis re
quiritur,& ſtylum fori,& qua
litatẽ perſonarũ,in quo & inter
quas contẽditur.In ij. uerò caſu
innituntur cauſæ quas quis pro
bat per præſumptionẽ ex curſu
diuturni tẽporis reſultantẽ. &
tũc regulariter ſufficit tẽpus.x.
anno.niſi ageretur de mutatio-
ne ſtatus perſonæ: uel niſi age-
retur cõtra ruſticũ:uel niſi ius
cõmune reſiſteret uel niſi indu
ceretur huiuſmodi præſumptio,
cõtra patientẽ, ubi ageretur de
magno præiudicio. Quia tũc nõ
ſufficeret allegare titu.ſed opor-
teret probare: nec ſufficeret cur
ſus lõgi tẽporis: ſed neceſſaria fo
ret præſcriptio legitima: ac quo
que exigũtur anni.xxx.ſingula
inquã ſingulis pertinẽter referẽ
do.ad horũ ſiquidẽ pleniorẽ in-
telligentiam uide Inno.in c.de
quarta.in glo. ſua, in uer.qua-
dragenaria.extra de præſcri.Et
adde ibi Ioan. An. in iij.col.in
uerſi.& de materia glo. & Pa

nor.in vi.col.in §.expediẽdo &
ampliãdo.in uer. uenio ad pri-
mũ.& Fel.in xij.col.in §.utrũ
in præſcribẽda libertate.per to-
tũ uſq; ad calcẽ. & Rof. in iij.
parte in tractatu de actione ci-
uili.in rubr.de ac.ex ſtipu.ex ii
po.præſump. in princ.et in uer.
ego ago. et in iii. et vi. oppoſi.et 1
Spe.in ti.de cau.poß.et propri.
in §.i.in iii. col.in uer.hæc for-
ma obtinet.de reſt.ſpo.in §.ii.in 2
uer.ſed et ſi aliquis.uſq; in fi.ti.
et de cenſi. in prin.et in uerſi.a
in petitorio.et Odo. in l.ſi certis 3
annis. in iii. col. in uer. et ideo
uos dicetis. et in uer. ex prædi-
ctis ergo apparet. C. de pact.
ibi Cy.in iii.col.in i.reſtat.ut ui
deamus. in uer. ſi quæro. et in
uer. ix. iuxta præmiſſa.et ibi
Bar.in ii.col.in iiii.oppoſitione. 1
et in l.cùm de in rẽ uerſo.in uer
ſi. quæro, ruſticus dedit. et in
uer.itẽ ſi uolo. ff. de uſur.et in
uide omnino glo.in uer.longi.et
eundẽ do.Bar.in l.litibus.in uer
ſi.ex hac litera.C.de agri.et ce
li.xi.et do.Bal.in prædic.l.ſi cer
tis annis.in 3.& 4.oppo.& in
uerſi. uenio ad quæſtionẽ.& in
uerſi.iuxta hoc quæritur.et ui-
de omnino ipſum Bald. egregiè
et compendioſè hanc materiam 2
perſtringentem, in præallegat.
l.cum de in rem uerſo. in uerſi.
ſed pro huius declaratione. et
Salyc. in dicta l.ſi certis annis.
in iii.

in iii. colum. in uersicul. concludamus prædicta sic. C. de pactis. & Ioan. Fabri institut. de actionibus. in §. æquè. in vi. col. in uer. quid ergo dicet in seruitiis & præstationibus.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptioni annuæ præstationis, nō sufficit probare cursum temporis, sed debet causa specifica allegari.*

2 *Libelli forma in præscriptione xl. ann.*

3 *Causa quæ debeat allegari in præscriptione. disting.*

QVAEST. CCCCVIII.

SEd iuxta prætactam materiā, quæro an sufficiat allegare tēpus xl. anno-
1 rū, uel requiratur * ꝙ allegetur causa cū cursu tēporis, & an causam sufficiat allegare in genere, uel si debeat in specie allegari, ut agens possessorio ad solutionem talis annuæ præstationis obtinere debeat. Et circa hoc puto, ꝙ sit necesse allegare causam uerā, et sufficiētē, in specie: licet nō probet: & proponat actor in iudicio talia, uel similia uerba: Peto talē censum, quē
2 *mihi debes ex tali cōtractu (ipsum specificando) ad quē contractū probandū induco possessionē xl. annorū: secundū Canonistas, uel x. anno. secundū Legistas, ut in pced. q. dixi. & istud sufficit. si autē solū diceret actor, peto cēsum: quia mihi eum soluisti xl. annis: hoc certè nō sufficeret: ut dicit gl. & Archi. in c. seruitiū. xviii. q. ii. Idē gl. in c. peruenit. extrà de cen. quā ibi sequūtur Host. & Hen. Bohic, & Cardi. flor. in eodē c. peruenit. in iii. & iiii. q. ubi dicit, ꝙ ille, qui uult probare sibi cēsum debitū, sufficit ꝙ alleget causam in libello: quāuis eā non probet: dūmodo pro-
3 bet a cēsum annuū sibi fuisse solutū xl. annis. Et ibi allegat multos alios docto. ita tenuisse. Idē tenet Ant. de Bu. in d. c. peruenit. Idem etiam tenēt Card. & Pano. in c. de quarta. & in c. si diligēti. extrà de præscrip. Idem tenet Io. An. in c. i. de præscrip. lib. vi. ubi quærit, an petens solutū spacio xl. an. probata solutione xl. an. obtineat & dicit ꝙ cōmunis opinio legistarū, quā sequuntur moderni canonistæ, in d. c. peruenit. in glo. ii. est: quod si allegat & probat tēpus tantū, sine aliqua causæ allegatione, nō sufficit ad obtinendum. si autem allegat causam, sufficiat. ita etiā ibi dicit de sancto Gemin. & Cardi. dicit alibi in d. c. per-

 uenit.

3 uenit.ꝙ licet sufficiat * in seruitutibus realib.allegare causam propinquã : puta dominiũ:nõ sic est in ꝑsonalibus, in quibus debet allegari causa remota in specie:puta contractus,ex quo insurgit obligatio. allegat gl. quæ hoc tenet in l.ii.§.circa.ff.de doli ex cep. & ista est cõmunis sententia Canonistarũ.Legistæ pariter idẽ tenent,quòd requiratur allegatio causæ cum probatione possessori: licet causa allegata nõ probetur. ita dicũt gl.& doc. in l. cũ de in rẽ uerso.ff.de usuris. gl.etiã Dy. & Bart.in l.litibus.C.de agricolis & cẽsitis.lib.xi.& Cyn. & Petr.in l.si certis annis.C. de pac.dicũt, ꝙ licet in realibus actionibus causam propinquã siue immediatã sufficiat allegare, non tamẽ sic in
b personalibus *b*, sufficit causam immediatã,scilicet obligationẽ allegare. Sed oportet dicere causam remotã, scilicet contractũ:ut ff.de except. rei iud.l.an eundẽ.§.actione. & ideo dicunt non sufficere in libel.dicere,quòd reus obligatus est ad soluendũ dictũ censum, & quòd lõgo tẽpore soluit:sed oportet, ꝙ dicat:dico te obligatũ ex tali contractu,ad talẽ annuũ censum.& ita hoc sentit gl. in l.ii.§.circa. ff. de doli excep. ibidẽ tenet Bald.in d.l.si certis annis. dicẽs, Aut nulla causa allegatur:aut minus sufficiẽs,& nõ ualet. Aut allegatur sufficiẽs & idonea:& talis satis probatur & præsumitur per longi præscriptionẽ: quia talis præsumitur causa, qualis per effectũ demõstratur. & ibi prosequitur ipse Bal.hanc materiã per.vj.chartas.idẽ tenet An. in sua repetitione d.l.si certis annis.ubi dicit, ꝙ communis opinio Legistarũ & Canonistarũ est, ꝙ allegetur causa una cũ discursu & præstatione lõgi tẽporis,secundum Legistas, & secundũ Canonistas lõgissimi, scilicet xl.annorũ, ꝙ sufficit & præsumitur causa,qñ tamen non sufficeret, nulla causa allegaretur.Itẽ sequitur Bar. in d.l. cũ de in rẽ uerso.ubi dicit, ꝙ cautus aduocatus debet asserere in libello illã præstationẽ sibi deberi ex stipulatione:& tunc sufficit probare illã annuã præstationẽ, qua probata operabitur probatio stipulationis.Idẽ etiã ibidẽ tenẽt Bal.& Io.Fab. in §. æque.inst. de ac.ubi dicit, ꝙ nõ sufficeret tẽpus per se,nisi esset tantũ tẽpus,cuius initij memoria non existeret in contrariũ: nisi allegaretur causa idonea. Cõclusio ergo est

est ista, ꝙ debet exprimi causa idonea: licet non probetur cũ prestatione temporis: aliàs debet sequi absolutoria senté tia. Et ita fuit decisum, per dominos meos parlaméti, in diffinitione causæ, de qua in præcedéti quæstione fit mentio.

a Eã non probet.] *Videtur tamẽ probari oportere solutũ fuisse ex causa allegata, ne usus longi tẽporis operetur duo specialia contra l.i.C.de dot.promis.Sal.in l. si certis annis.in iiii.col.in uer. quæro dixi.C.de pact.et ibi Bal. in iii. col. in uer. extrà opponitur.et Bar.in l.cum de in rẽ uerso.in uer. breuiter aduerte.et in uer.nũc ad propositũ.ff.de usur.*

b In personalibus.] *Adde Cyn. in præalle.l.si certis annis.ĩ iiii. col.in uers.iuxta hoc quæro. ubi ipse assignat rationem: quare in obligationib. personalib. nõ sufficit causam propinquã siue immediatam allegari: sed in realibus obligationibus benè sufficit.*

SVMMARIVM.

1 *Verba illa, præscriptione, etc. in aliquo cõtractu adiecta, an impediãt cursum præscriptionis. Et quid si proferantur a statuto.nu.2. Et quid si a contrahentibus.nu.3.*

4 *Malæ fidei poßeßor, quòd præscribat, an statuto poßis induci.remiß.*

QVAEST. CCCCIX.

a QVæro q̃d *a* operẽtur illa uerba, præscriptione nõ obstante, 1 &c. * in aliquo actu adiecta, an impediãt cursum præscriptionis? Bal. ĩ c.de c. Corradi. §.preterea. de feu. col.x. dicit ꝙ nõ, per regulas generales, quæ habentur in l. sicut. & l. oẽs.de p̃scr.xxx.uel xl.anno- 2 rũ.* sed q̃d si illa uerba ꝓferãtur à statuto? uerbi gratia, dicit statutũ, ꝙ instrumẽtum publicũ demãdet executioni, nõ obstãte aliqua prescriptione. dic ꝙ tale statutũ nõ põt intelligi, ꝙ remoueat prescriptionẽ longi tẽporis, quæ nõ habet locũ in actionib. personalibus: nisi uno casu, ut C. de usufru.l.corruptionẽ.ergo ut aliq̃d operetur, debet intelligi, ꝙ remoueat præscriptionẽ lõgissimi tẽporis, scilicet xxx. uel xl.annorũ: iuxta q̃d uide quod nota. C.ne rei domi. uel tẽpl.l.uniuersas.& de decurionibus.l.quis decurio. b lib.x. *b* Sed Ant. de But.indistinctè tenet, ꝙ statutũ ciuitatis ualet, ꝙ nulla præscriptio currat: qa populus potest cõtra legẽ statuere. in l. omnes populi.ff de iusti.& iure.licet uideatur contra publicã utilitatem: ut in l.i. ff. de usucap. tamen quia habet naturalem

æquitatẽ, ne quis locupleteť cũ aliena iactura, tále ſtatutũ ſuſtinetur. l. nã hoc natura. ff. de condi. indeb. & facit ꝙ uoluit Io. And. in c. poſſeſſor. de regu. iur. in mercur. Ita dicit Butr. referẽs Ioan. de Graſſis, in c. cũ à nobis, extrà de præſcrip. prout reperio in recollectis meis, ſub ipſo, dũ legebat Thaurini, ſcriptis & reportatis. Et ita ſeruat ſtylus curiæ ſancti Marcellini: in qua curia cõtra obligatũ ad dictam ſubmiſſam cõcedunť precisè nõ obſtãte præſcriptione. Sed reſpectu ſubmiſſionis ad dictã curiã aduerte, qa nõ ſufficeret ſimplex ſubmiſſio, niſi inſtrumentũ debiti ẽt ſigillo dictæ curię ſancti Marcellini unà cũ ſubmiſſione eſſet ſigillatũ: ut plenè dixi ſuprà quæ
3 ſtio. clxxxi.* Sed qd ſi uerba prædicta proferãtur à contrahẽtibus, uel à teſtatore, q iuſ ſit ſolui nulla præſcriptione obſtãte? uidetur ꝙ in infinitũ extẽdatur: iux l. qđ ſi nolit. §. ſi quid ita ff. de ædi. edi. ſed Bar. dicit ꝙ huic exceptioni, cũ ſit merè odioſa, nõ poteſt renunciari, ita not. ipſe in l. i. ff. de uſucap. et in l. nemo pôt.
c ff. de leg. i. c & de hoc ẽt tetigi ſ. q. cccxix. Sed quid ſi illa uerba ponãtur in reſcripto principis, uel aliquo priuilegio? dic ut no. C. de ſac. ſanc. eccl. in auth. quas actio. iſta ſunt uerba Bal. in loco ꝑ alle. attamẽ in hac materia ultra Bal. uide l. ii. & l. repeti. ff. quibus mod. uſu. amit. ubi ꝑ hæc uerba, toties quoties &c. uel ſimilia impediri pôt ꝑſcriptio. Ita dicũt docto. per illa. & facit bene quod not. Bal. in l. ii.
4 C. ut in poſſ. leg. De * materia, an ſtatuto poſſit induci, ꝙ malæfidei poſſeſſor ꝑſcribat: tetigi aliqua ſuprà quæſtio. cxcix. circa fin. &c.

a Quæro quid.] *De hoc uide per Ange. in authen. ut de cæteri non fiant commut. uer. not. col.*

b Lib. x.] *Hucuſque incluſiuè à princi. ſunt uerba formalia Bal. in prædicta hic alleg. poſita in §. uerſi. quæro ergo.*

c ff. de leg. i.] *Hucuſq; a prin. huius uer. ſed quid, recitãtur pariter uerba formalia. Bal. in prin. §. præterea. poſita in uerſ. iſta. Et pro deciſionibus quæſtionis optimè facit, quod dicit Bal. in l. i. in ul. col. in uer. quæro ſi promitto. ff. ſolu. matri. Et ꝙ per pactũ nõ poſſit fieri, ꝙ non currat præſcriptio niſi xl. annorum, tenet Ang. de Vbald. in authẽ. ut de cæterò non fiant commu. coll. v. in uer. ibi, nullo tempore. Sed ut ibi uult, hoc tamen fieri poſſet per ſtatutum, dummodo præſcriptio excedat centum annos.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias conuentus super compulsoriis in curia parlamẽti, an possit opponere de nullitate, eò quòd non fuerit conuentus de authoritate patris.*

QVAEST. CCCCX.

DE iure filiusfamiliàs in agendo, aut defendendo nõ põt esse in iudicio sine authoritate patris, & si existat, iudiciũ ẽ nul
1 lũ, ut plenè dixi s̃.q.iii. * Sed pone ꝗ filiusfamiliàs cõuenitur per cõpulsorias, in iudicio in curia parlamẽti, uel sancti Marcellini, in quib. certæ exceptiones admittũtur, aliis reiectis, ex cõtractu cũ eo facto, ex quo obligatur in l.tã ex cõtractib. ff. de iudi. An talis filiusfamiliàs poterit dicere ꝓcessum nullũ defectu authoritatis patris? dic ꝗ non, secundũ qđ iudicatur ĩ dicta curia parlamenti, cum secundum statuta Delphin. certæ exceptiones contra compulsorias admittuntur, de quarum numero nõ est ista exceptio nullitatis, cõsiderato ẽt, quòd hęc curia parlamẽti nõ attendit ad hanc patriã potestatem: ut scripsi suprà q.liiii. Ita fuit determinatum die iii. mensis Apri. M.ccccl x. in causa tũc diffinitiua inter Ioan. Vesperie de Romanis appellãtẽ, & dominã Abbatissam uerneysonis, appellatã, in manib. Ant. de Molena: licèt contrarium de iure uideatur, per ea quæ
a dicit Bar. *a* ĩ l.diuus. ff. dẹ test. mil. De materia statut. Delphi. ĩ quo aliquę exceptiones admittuntur: an alię uideantur reiectæ: uide quæ dixi suprà q.ccix. & ĩ apparatu, quẽ feci super dicto statuto Delphi. de literis cõpulsoriis, & pręcisis concedendis. Et an filiusfa. possit appellare pro patre sine mãdato & appella. introducere uidi s̃.q.cciii.

a Dicit Bar. *Aduerte, quia Bar. in d.l.diuus. hic alle. loquitur quando quis opponit talem exceptionẽ, quæ dicit sententiã seu processum, nõ esse sentẽtiam, seu proceßũ. Et ideò in hoc casu est distinguẽdũ, aut allegatur sentẽtia seu processus esse nullus ex defectu iurisdictionis: & tũc de hac nullitate poterit opponi, per ea q̃ dicit Io. An. in cle.i. extr. de seq. pos. & fru. Aut allegatur nullus ex defectu solẽnitatis uel formæ iuris cõis, & tunc secus. Aut allegat̃ defectus formæ seu solẽnitatis substãtialis ipsiusmet sentẽtiæ siue processus, ẽt tũc auditur opponẽs. Sed ubi allegatur nullitas, quæ nõ tãgit formã seu solẽnitatẽ substãtialẽ ipsius rei,*

prout

prout est in casu huius qõnis, nõ admittitur exceptio talis nullitatis. Ita colligitur ex scriptis Bar. in l. i. §. qui refert. in uersi. ego in ista mate. ff. quod ui aut clam.

SVMMARIVM.

1 *Prælationis ius an possit alteri cedi siue remitti.*

2 *Laudimiũ an debeatur ex remissione, quæ fit inter socios cohæredes.*

3 *Dominis duob. existẽtibus, uter utetur suo iure in laudimio.*

QVAEST. CCCCXI.

Dominus directus potest rẽ emphyteoticariam quãdo alienatur, iure prælationis sibi retinere.
1 * sed hoc est uerũ, si uelit eã retinere nomine suo. Nam si uellet nomine sui alicuius amici eã retinere, nõ posset: ut l. fi. §. sed nec hac occasione. ĩ fi. C. de iur. emph. in auth. ut de cætero non fiant commuta. circa mediũ. & hoc ibi no. per Iac. & doc. in §. de cætero col. v. facit ff. de iur. do. l. si mulier. §. ex asse. de lega. præstã. l. iii. §. i. & de admi. tu. l. si pluribus. & per Cyn. in l. ad officium. in fin. C. commu. di ui. & facit l. iiii. §. cum igitur. ff. de in diem adiec. ita tenet
a Dyn. & Bart. *a* in d. §. cum igitur. in i. questio. & Petrus H[...] liæ. in suo tract. de iur. emph. & ita uidi semper iudicari [...] hac curia parlamen. Delph. De aliis uerò multis q. in h[...] iuris emphyteoticarii, u[...] quę plenè dixi suprà q. xi[...] xlvii. xlviii. & q. ci. cvii. cxxii 1
clxxi. clxxiii. clxxiiii. & inf.
2 q. seq. Sed an * ex remissione quæ fit inter socios cohæredes, debeatur laudimium? [...] ꝙ non, sed Bar. in l. fi. ff. de [...] di. furti. potest fieri cautela, [...] dominus directus poterit [...] capere iure prælationis, si e[...] phyteota uendat, si domin[...] uoluerit laudare: nam hoc [...] su si laudet, tenebit uenditi[...] si non laudet, uenditio, qu[...] ẽ cõditionalis, deficiet. Istu[...] cõsilium tradit & ponit Ba[...] 1
in l. quod sæpe. §. si quis ar[...]
3 co. ff. de contrah. empt. * Sec[...] si sint duo dñi directi, quor[...] unus uult retinere iure p[...] lationis, alter uerò non, [...] uult inuestire emptorẽ. D[...] ꝙ quilibet utetur iure su[...] al
lega. l. i. §. si alter ex heredib. ff. quor. lega. licet cõtrarium uideatur per l. quod si licet uno. §. fin. ff. de in diẽ addic. uide super hoc quæ dixi infrà q. ccccviii. De materia iuris p[...] lationis tetigi in aliis termi[...] nis, suprà q. lxxv. a

a Et Bar.] *Caue quia nil per Bar. nec*

nec Bal. in §. quem noster. hic alle. sed bene facit in ar. auth. ut de cætero. con. ec. re. non fi. col. v. tam in rubro quàm in nigro, ibi ut perpetuò apud.

SVMMARIVM.

1 *Recedente in commissum, an dominus poterit agere post quinquennium.*

QVAES. CCCCXII.

POne, ꝙ postquàm res cecidit in cõmissum, dominus stetit per quinquen-
1 nium*, ꝙ non egit contra emphyteo. sed semper eũ dimisit possidere: nunquid post quinquenniũ poterit agere? uidetur ꝙ nõ, pro quo uꝛ casus in l. ii. C. de uecti. & cõmissis. iũcta l. cotem. §. dominus. ff. de publi. & uecti. ad quod facit. l. i. C. de contr. iud. & l. fi. C. si maior rẽ sine decr. uend. credo tamen contrariũ, quia cõdictio ex l. ii. C. de iur. emph. est personalis, ut in §. appellamus. insti. de actio. & ita du-
2 rat usque ad xxx. ann. *a* qñ ꝓponiꝛ in modũ agẽdi, sed si in modũ excipiẽdi, est perpetua, insti. de perpe. & temp. acti. in prin. Et illa ultima pars seruatur in iudiciis, prout semper uidi obseruari, tam in curiis temporalibus, quàm spiritualibus præsentis patriæ &c. De præscrip. iudicis agẽtis ad supplementum legitimæ, uide quæ dixi etiam q. lxxxiii. & de præscrip. iu. adeundi hæreditatem, uide quæ dixi q. xcvi. consiliorum meorum.

a Triginta annos.] *Quinetiam si emphyteota per mille annos possideret, & non interuerteret possessionem, nũquam præscriberet: licet pensionem non soluat, & fingat in animo suo, quòd rem illã, ut propriam possideat: secundum Spe. in tit. de loca. in §. nunc aliqua. uer. seu. q. xliiii. circa med. et fi.*

SVMMARIVM.

1 *Pedagium si quis fregerit, emolumentum condemnationis cui applicetur.*
2 *Pedagium qui emit, an uideatur pænas trasgressorũ emisse.*
3 *Confiscationes an pertineant ad proprietarium, uel usufructuarium.*
4 *Confiscatio facta ad bona, quò porrigatur.*

QVAES. CCCCXIII.

VBi aliquis cõdẽnatur ex eo, quòd fregit pe-
1 dagiũ, id est, * ꝙ trãsiuit absq; soluẽdo uꝛ arcysonãdo pedagiũ, emolumẽtũ cõdẽnationis debet firmario peda-
2 gii applicari, ꝑ tex. ĩ l. si qs *a* C. de uect. & cõmis. Sed styl⁹ dictæ

dictæ curiæ parlamēti habet
in cōtrarium: quia talia adiu
dicantur fiſco uel alteri ban-
nereto tradētib. ad firmā eo-
rum pedagia: niſi aliter inter
partes fuiſſet actum. ita uidi
in plurib. & diuerſis cauſis tē
2 porib. meis determinari.* De
hac tamen materia, uidelicet,
an ille qui emit pedagium,
uideatur emiſſe pœnas tranſ
greſſorum: dic in l. creditor. in
prin. & ibi Cyn. in ſuis addi-
tio. C. de iure emph. De ma-
teria uectigalis uide in c. qui-
buſdam, §. prętereà. extrà de
uerb. ſig. & ibi probatur ꝙ ius
exigendi uectigal poteſt præ-
ſcribi. Aduertēdum enim in
hac materia pedagiorum, ꝙ
colligentes pedagia, debent te
nere itinera tuta: unde ſi fiat
aliqua roberia in territorio
domini exigentis pedagium,
tenetur ipſe dominus reſti-
tuere, uel malefactorem exhi
bere, ſecūdum Arch. qui hoc
not. xxxiii. q. vi. ſi quis perę-
grinos, quē ſequitur Bal. ī ti.
de pace iur. fir. in c. conuenti-
3 culas quoque.* Confiſcatio-
nes an pertineāt ad proprieta
rium uel ad uſufructuarium,
uide Bar. in l. diuortio. §. in-
terdum. ff. ſol. mat. in ii. q. &
per eundē Bart. in l. Impera-
4 tor. in fin. ff. de iur. fiſci.* Con
fiſcatio facta ad bona, quo

porrigetur? uide Bar. in l. pu-
pil. in ii. q. ff. de tu. & cura. da.
ab his. & in l. i. C. de ſum.
trin. & fid. cath. & Bar. in §. ſi a
iudex. de clerico uiolatore pa
cis. in feud. An fiat cōfiſcatio
ipſo iure quo ad dn̄m, uide
Bar. in l. Imperator. in fi. ff. de
iur. fiſc. De materia pedag.
ēt tetigi ĵ. q. ccccxlix.

a L. ſi quis.] *Iſte eſt bonus tex.*
qui optimè & clariſſimè diffin.
hoc iuris argumen. Et adde quæ b
ibi dicunt Bal. et Sal. utrum ae
tē aliæ pœnæ extra pœnam com
miſſi pertineant publicaniſ ſeu
pedagiarÿs, uide Bal. in l. creca
tor. in i. no. ff. de act. empti.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an ſit quid perſo*
nale, uel reale.

QVAES. CCCCXIIII. c

IVramentum eſt quid per
ſonale. ut probat tex. in l.
generaliter. C. de iureiur.
circa prin. ibi, multum diſcre
pat iuramentum hęreditariū
1 à perſonali &c.* Circa quod
tamē diſtingue, quia aut nos
quærimus de iuramento ex
parte eius, cui iuratur: & tūc
eſt reale, pro quo in authen.
de iureiur. à mori. præſt. in
princ. col. v. unde dicit Inno.
in c. ueritatis. extrà de iure-
iur. quòd iuramentum trāſit
ad

ad hæredem recipientis, non ad hæredem iurantis. Et est effectus, quòd hæres non sor-
a titur forum *a* spirituale ex iuraměto defuncti, nec censura ecclesiastica potest compelli, ut no. in c. fi. de for. comp. lib. vi. ita dicit Inn. in d. c. ueritatis, idem etiam tenet Ant. de Bu. in c. cum sit. de for. cõpe. in v. colum. ibi, inquãtum dixi & scripsi, š. q. lxxvii. in fin. licet Abbas dixerit contra-
b rium. *b* in c. parochianos. extrà de sepul. tamẽ ueritas est, quòd iuramentum quantum ad spiritualitatem, quę sibi inest, non transit ad successorẽ iurantis: sed quantum ad robur contractus bene trãsit cõtractus iuratus: quia uires robur assumpsit de pręterito à principio, & ex persona hęredis robur contractus non mu-
c tatur *c*. Item transit quantum ad probationem. not. in d. authen. de iureiu. à mori. præsti. in prin. quæ sic debet intelligi, secundum Bald. in suo repertorio super Inn. de qua in tit. de iureiuran. ubi hoc ponit. Et ita uidi pluries determinari inter dominos meos parlamenti, qui in decisionibus causarum seruant opinionem Inn. de qua in d. c. ueritatis. Et quia Ioan. Ardissoni decretorum doctor, & officialis Grationo. conabatur quẽdam laicum ciuem huius ciuitatis Grationop. hæredem cuiusdam iurantis coram se trahere in iudicio uigore iuramenti à defuncto præstiti, allegando pro se opinionem Abb. de qua suprà tetigi: domini mei de parlamento de hoc anno currente domini M.ccccLx. & de mense April. coram se in camera consilii euocari fecerunt do. officialẽ, cui præmissa re demonstrarunt: & qui dominus officialis tunc eisdem dominis meis dixit, quòd à talibus decæterò desisteret. De hac materia uide quæ dixit Bal. in sua repeti. l. rem maioris. C. de rescind. uend.

a Non sortitur forum.] *Adde Anch. post Io. And. in c. cum C. laicus. in iii. not. de foro compe. lib. vi. ubi dicit, quòd licet iuramentum ex parte recipientis sit reale. i. transmissibile ad hæredes: tamen ex parte pręstantis est personale, et ad hæredem non transit.*

b Contrarium.] *Si bene inspicitur, Abbas non præcisè dicit cõtrarium, sed dicit, quòd licet nõ possit conueniri coram ecclesiastico iudice hæres iurantis: põt tamen implorari officium iudicis ecclesiastici, ut hæres satisfaciat animæ defuncti.*

Non

c Nõ mutatur.] *Hoc uidetur sentire Anch.in c.cum C.laicus. in iij.not.de fo.compe. lib.vi.ubi in auth.quod obtinet. C.de probat. ubi hæres cogitur stare iuramẽto defuncti &c.*

SUMMARIUM.

1 *Rem feudalem si emerim, & uelim præstare fidelitatem domino, cum recognitione homagii, an dominus possit recusare.*

2 *Possessio an transferatur per inuestituram.*

3 *Dominus directus an per inuestituram rei feudalis debeat exigere laudimia.*

4 *Dominus aliquis si inuestierit de re feudali aliquem nobilẽ, uel plebeium, an per talem inuestituram uideatur facta infeudatio rei.*

QUAEST. CCCCXV.

EGo emi rẽ feudalẽ, & uolo prestare fidelitatẽ
1 *domino, cum recognitione homagii, an dñs possit recusare, me recipere. Pe.Ia. in ti.de actio. in rẽ. pro re feu
2 dali.in uer.& est notandum *a* &c. & dicit, quòd dominus non tenetur nec cogitur uasallo uendenti cõsentire: quia dicit ipse, lege cautum nõ reperitur, licet in emphyteota sit secus, ut C.de iu. emph.l. fi. sed Ia. de Bello uisu, quem sequit̃ Bal.in ti. per quos fiat
b inuestitura.§. fi. *b* ibi quæritur, quid si uasallus &c. uidetur aliter uelle, dicẽtes, quòd illa recusatio non nocet uasallo: quia dominus tenetur sibi ad interesse, ut in feudis c. no.forma fidelitatis. §. fi. ut potest precisè cogi tradere si penes se habeat, & inuestiturã facere: ut in feudis, si de feu.fue. controuer.c.facta. & quia dominus priuabitur possessione feudi: sicut uasallus priuatur iure suo, si recuset fidelitatẽ præstare: ut in feudis
de for. fidel. §. dñs. & qui 2
feu.priu. c.ex facto. uel priuabitur proprietate, ut dixi s. clxvi. Sed quicquid sit de iure, dicta curia parlamenti ... ter seruat de stylo: quia si dominus recuset, aut plus debito differat inuestire, & retinere, emptorem rei feudalis uel emphyteoticæ. ipsa curia consueuit dominum summari facere per literas patentes, quòd inuestiat & retineat emptorem rei feudalis, uel em-
phy. quod si facere recuset, 3
consueuit ipsa curia iure superioritatis tales emptores retinere & inuestire, & mandare eos conseruari in possessione talium rerum, nisi fieret alienatio de nobili in rusticum, quia tunc dominus non tene-

teneretur inuestire rusticū: ut dicit Pe.Ia.ī ti. de actio.in rem pro re feudali.in uers. at tñ dominus nō tenetur&c.tamen respectu domini nostri Delph.consueuerunt inuestiri & retineri ēt rustici seu plebeii de reb.feudalib.in camera cōputorū Delph. soluēdo duplicia laudimia dño nostro Delph.& hoc quādo æquū & honestū uidetur dominis parlamēti & cameræ computorū Delph.si tamē non uideatur eis honestum, consueuerunt recusare inuestituram facere

2 *An per inuestiturā transferatur possessio? Dic ꝙ nō:licet uideatur data licentia intrandi possessionem ꝓpria authoritate:ut dicit Inn.in c.ii. extrà de consuet.ita semper uidi fieri & obseruari,ut ibi, si tales emptores sunt capaces, & nisi dominus uellet retinere iure prelationis pro eodē precio.quod potest, etiam respectu rei feudalis de consuetudine generali præsentis patriæ. De materia rei feudalis uide quæ dixi s̃. q. cccv. Sed

3 * an dominus directus pro inuestitura rei feudalis debeat exigere laudimia?Pe.Ia.in ti. de act. in rē, quæ pro re feu. cōp.ibi, Sed hodie aliter seruatur &c.dicit ꝙ nō.quia dicit ipse aliquo textu nō reperit.sed Ioā. Colūbi.in sua gl. in c.Imperialem.§. illud.facit mentionē de laudimiis, quando feudum alienatur. Sed de cōsuetudine generali præsentis patriæ Delphi. Sabaudiæ, & cæterum aliarū patriarum circunuicinarum percipere, & habere cōsueuit laudimia ab emptore,etiam res feudalis ꝓ inuestitura ad instar rei emphyteoticariæ:aliter tamē seruatur in regno Franciæ: ubi pro re feudali non recipiuntur laudimia.

4 * Sed juxta hóc quæro, aliquis dominus inuestit de re feudali aliquem nobilem, uel plebeiū, an per talem inuestituram uideatur facta infeudatio talis rei? uidetur ꝙ sic,sicut in simili uidemus, ꝙ inuestitura in beneficialib. operatur institutionē & collationē beneficii: secundum gl.in c.authoritate.de insti.in antiquis. & Henr. Bohic.in c. ex transmissa. de elect.Et tetigi in q.lxxxiii.consiliorum meorum.

a Et est notandum.] *In huiusmodi articulo ipse Pet. ita subdit, quòd aliter obseruatur: quia ex quodam errore in quibusdam locis dominus cogitur consentire uasallo alienanti, uel retinere pro eo precio;nisi precium interueniat, uel alias recipere emptorem in possessionem feudi idoneum:*

neum: tamen pro feudo obtinendo, & seruien.

b In §.fi.] *Et uide omnino quod ibi dicit Aluaro. in iii. col. in uer. sed tu circa.*

SVMMARIVM.

1 *Præscribaturne contra fiscum. distinguitur.*

2 *Præscriptio triplex, odiosa, & fauorabilis, & partim odiosa, partim fauorabilis. numero 2. 3. & 4.*

5 *Præscriptionis cuiusnam hic rationem habeamus.*

6 *Dilatio ipsa an sit perpetuata, per interruptionem præscriptionis.*

7 *Præscriptio an interrumpatur per sententiam arbitri.*

8 *Præscriptio an in aliquibus casibus cesset.*

9 *Bona fides an requiratur in præscriptione libertatis contra seruitutem, uel liberationis cõtra obligationem.*

10 *Mala fides authoris, an noceat successori.*

11 *Iuramentum an impediat præscriptionem.*

12 *Iudex an debeat admittere præscriptionem, si pars non opponat de eadem.*

13 *Præscriptio uel usucapio an aliquo casu dormiat.*

14 *Quo tempore præscribatur officio iudicis.*

15 *Præscriptionis xxx. annorum exceptio, an impediat litis contestationem.*

16 *Excommunicatus an præscribit durante excommunicatione.*

QVAEST. CCCCXVI.

1 CVm quęrit, an * & qualiter præscribatur contra fiscum. dic aut loquitur de iure superioritatis & similibus, & talia non præscribuntur aliquo tẽpore, ut C. de pręscri. xxx. uel xl. annorũ. l. cõpetit. aut quærit de rebus seu iuribus quę princeps possidet, ut priuatus, uide. licet fundũ uel domum, aut annuu censum, & hoc casu sunt

a gl. contrariæ: *a* quia una glo. dicit, ꝙ talia præscribũtur centũ annis, in auth. de nõ alien. aut permu. reb. eccle. §. si nu. nus. col. ii. sed Hẽricus Bohic. in c. diligenti. extrà de præscr. fin. dicit d. gl. non esse ueram, quia imo credit ipse Hẽri. Bo. hic, ꝙ talia pręscribuntur xl. annis, ut in d. l. cõpetit. Et pro hac ultima parte fuit conclusum in camera cõsilii per dominos meos, de anno M. cccc lx. de mẽse Iunii, dum tractaretur de laudimiis debitis in thesauraria Delphin. per aliquos de uoyrone, qui ipsa laudimia celauerãt xl. annis proximè lapsis & ultrà. sed quia penden-

pendentibus dictis xl. annis fuit facta proclamatio in uilla uoyronis, instãte procuratore fiscali generali Delph. ꝙ omnes debentes dicta laudimia soluant in thesauraria Delphi. An per talẽ proclamationẽ fuerit interrupta dicta præscrip. xl. an. Credo ꝙ non. Primò quia uox ꝓconis paucis innotescit, ut iuribus uulgatis. Secũdò, quia uidemus, ꝙ ad faciendum quẽ malæfidei possessorem, debet denunciari ante contractum, & nõ sufficit, quòd post contractũ fiat durante præscriptione, ita dicit Io. de Grassis, in c. si diligẽti. extrà de pręsc. ibi. l. si fundũ. & alleg. l. pe. cũ ibi no. per gl. ff. pro empto. ita scripsi sub eo in meis recollectis. multò ergo minus operabitur dicta proclamatio interruptionẽ. Tertiò, quia dicta præscriptio xl. anno, & similiter pręscri. xxx. anno, cũ sint merè odiosæ, nõ interrũpuntur, nisi per citationẽ. ut l. omnes. & l. sicut, & l. cum notissimi. C. de præs. xxx. uel xl. anno. Et ita fuit appũctatũ & ordinatum per dños meos parlamenti in d. cã laudimiorũ uoyronis nõ fuisse interruptã dictam præscriptionẽ xl. anno. contra fiscũ, per dictã pręconizationẽ. Verũ quia suprà aliqua dixi de interruptione præscriptionis, pro pleniori declaratione

2 *dic, quòd quædã est præscriptio totaliter odiosa, quia est introducta principaliter ĩ odiũ illius cõtra quẽ pręscribitur ꝑꝑ eius negligẽtiã, ut in ꝑ̃scriptione xxx. uel xl. ann. ut l. fi. in fi. C. de ann. excep. & ista præscriptio interrũpit ꝑ simplicẽ citationẽ. ut l. omnes sicut. & l. cũ notissimi. C. de ꝑ̃sc. xxx. uel xl. ann. Quod intelligo de citatione illa, cũ causa facta, ita ꝙ saltẽ in prima dicta citatione ipse reus fuerit instructus & certificatus de causa, propter quam citatur, aliàs simplex citatio nõ operaretur interruptionẽ, per ea, quæ dixi ĩ. q. ccccl xxviii. Et est ratio, quia illa præscriptio causat ex negligẽtia nõ petẽtis, qua negligẽtia cessante cessat ipsum causatũ, hoc

3 est ipsa præscriptio.* Quædã est præscriptio quæ procedit in bonis mobilib. cum iusto titulo & bona fide, ut est usucapi. & ista est merè fauorabilis, nec cõtinet aliquid odii, cum in fauorem pręscribẽtis sit introducta: & ista nõ impeditur per litis contest. & multo minus per citationẽ. & iõ est necessaria sententia diffinitiua. ut l. si post acceptũ. ff. de rei uen. & l. ii. §. fi. de usuc. pro

emp. Cuius ratio eſt, quia per
litis conte. uel citationem, nõ
ceſſat cauſa præſcribẽdi, hoc
4 eſt, fauor. Alia* ẽ præſcriptio
partim odioſa, & partim fa-
uorabilis, ut illa quæ proce-
dit cum iuſto titulo & bona fi
de in rebus immobilibus per
decẽ annos inter præſentes,
& xx. inter abſentes. ut l. fin.
C. de præſc. lon. tẽp. Et in hoc
eligitur quædã media uia: ut
non interrũpatur per citatio
nem ſimplicẽ: ſed per litis cõ
teſta, ut l. more. C. de rei uen
dica. Quædã eſt præſcriptio,
quæ currit ſui natura, nõ cõſi
derato odio uel fauore: uel a-
ctione redhibitoria, uel quã-
to minoris, & iſta interrũpi-
tur p litis cõte. uel p oblatio
nẽ precũ ipſi principi. ut l. i.
& ii. quã. libel. princi. da. litis
cõteſt. faciat. Et de hac mate-
ria interruptionis, uide p Bar
to. in l. cũ quis. §. ſi quis pro
reo. ff. de ſolutio. Et de hac ma
teria interruptionis, aliquas
quæſtiones tetigi ĩ. in hac ea
5 dẽ q.* De qua ergo interru-
ptione loquitur text. in l. fi. ff.
de eo, per quẽ factũ erit. certè
nõ de præſcriptione xxx. uel
xl. an. quia tẽpore iſtarũ legũ
iſtę pręſcriptiones fuerant in
cognitæ. ut not. per glo. ordi-
nariã in l. q occidit. §. i. ff. ad
leg. Aquil. & l. Iulianus. aliàs

incipit, nõ ſolũ. ff. ex qui. cau.
maio. & in auth. ut eccle. ro. 7
gaut. priuile. centum anno.
in prin. col. ii. Dicendum eſt
ergo, ꝙ d. l. fi. ff. de eo, per quẽ
factum er. inquantum dicit 8
quòd res fuit tempore omiſ- b
ſa, loquitur de præſcriptione
x. uel xx. ann. uel de uſuca. p
priè ſumpta, quæ non interr
pitur per litis conteſt. ut pa
tet ex premiſſis. In eo uerò
dicit d. l. fi. actionem ex tem
pore fuiſſe amiſſam: loquitur c
de præſcriptione illarum a
ctionum quæ ſui natura cu
6 runt, ut prædictum eſt. *Se
dubitatur utrum per interr
ptionem pręſcriptionis ipſa
actio ſit ppetuata, ſuper quo
dic, quòd per talẽ interruptio 9
nem talis præſcriptio facta
per citationem ſimplicem, a
ctio non perpetuatur in xl
annos, ſed ſimpliciter interr
pitur ipſa pręſcriptio, & erit
neceſſe, ut ex die citationis in
choetur noua præſcriptio, ta
lis, & tãti tẽporis, qualis erat
prima. Sed ſi per litis cõteſta.
eſſet facta interruptio prẹſcri
ptionis, tunc actio perpetua-
tur uſque ad xl. annos. & ita
ex parte litis conte. uel eo tẽ
pore, quo partes tacuerunt, e
rit neceſſe, quòd currat noua
pręſcriptio xl. ann. ut l. fin. C.
de præſ. xxx. uel xl. ann. & ut
de

dè quæ no.per gl. & Bar.in d.
7 l.cũ notissimi.in princi. * An per sententiam arbitri interrumpatur præscriptio? dic quòd sic,per l.pen.C.de arbi.
8 Sed an sint aliqui*casus, in q
b bus cesset præscriptio? *b* dic ꝙ sunt xii.casus & ultrà, quos ponit gl.in c.cum non licet. extrà de præscript. Sed an pacto uel statuto possit tolli pręscriptio: uide quæ plenè scripsi s.quæst.cccclx. De mate-
c ria præscriptionum c(in aliis tamẽ terminis) uide quę plenè dixi s.q.ccccvi.& ccccvii. & ccccviii.Et de pręscriptionibus,an,qualiter & quãdo currant contra pupillum, uel adultum, uide quæ dixi plenè
9 s q.xxxi.*An in præscriptione libertatis contra seruitutem, uel liberationis contra obligationem requiratur bona fides? aliqui doctores dicunt,quòd non: per l.sequit. §.si uiam.ff.de usucap. & dicunt in hoc nõ esse correctũ ius ciuile per ius canonicum. & ita uidetur tenere Inn. in c.non.extrà. de præsc. & Bar. in dicto §.si uiã. Sed Ioãnes de Grassis in d. c. si diligenti.de præs. in recollectis meis tenet, quòd imò requiritur bona fides de iure cano.allega.d. c. fin. extra de præscrip. uide tamen, quæ circa hoc
10 plenè dixi s.q.cxcix.Sed* an in hac materia præscriptionũ mala fides authoris noceat sucessori? Io. de Grassis in d. c.si diligenti.in gl.bona fides. ibi. l.si quis emptionis.colligit ex illa gl. quòd in præscriptione longi temporis requiritur bona fides authoris. aliàs nocet successori. secùs in præscriptione longissimi
d temporis. *d* Ratio (dicit ipse) quia de iure ciuili in præscriptione longi temporis, requiritur bona fides.l.fin. C. de præsc. lon.tem.in præscriptione autem longissimi temporis, non. Ex quo sequitur, quòd cum de iure canonico indistinctè ad pręscriptionem bona fides requiritur,per tex.in d.c.si diligenti. mala fides authoris semper nocebit successori. quod est uerum secundũ Ant. de But. in sucessoribus uniuersalibus: quia tenentur ad exonerandum conscientiam defuncti. ut in c.fi. extrà de sepul. In particularib. autem,secus.Ita intelligitur Dyn.in c. possessor. de regu. iur. Ita dicit Ioan. de Grasis: ubi suprà.
11 *An corrigantur hodie l. sicut.& l.omnes. C.de præscri xxx. uel xl. anno. per c. malæ fidei possessor. de re. iur. lib.vi.& c.fin.extrà de præsc.

uide, quæ plenè dixi s̃. q. cxcix. Et ibi an iuramentum impediat præscriptioné. An iudex debeat admittere præsc. si pars nõ opponat de eadem. uide quæ plenè s̃. dixi, q. ccxxi. Et quia s̃. uisum est qualiter præscriptio xxx. uel xl. anno. quæ est merè odiosa, interrũpitur ꝑ simplicé citationé. ut d. l. cum notissimi. quia illa solùm currit ex mera negligentia nõ petentis: sed q̃d de præscriptione, quæ inducitur à statuto curiæ, uel ciuitatis, puta statuto præsentis patriæ parlamenti, & aliarũ curiarũ præsentis patriȩ cauet, ꝙ debitor possit redimere pignora ĩ. quatuor mẽses à die liberationis, quando debitum est de maiori summa, & ꝙ lapso tempore non audiatur. debitor infra dictum tẽpus non redemit, sed citari fecit creditoré infra tempus redimendi recepturum debitũ, an interrumpatur præscriptio dictorũ quatuor mensium datorũ ad redimẽdum pignora. doct. non mouent hanc quæstioné, quod uiderim. Tamẽ crederẽ prima facie, quòd interrũpatur talis præscriptio quatuor mẽsium, per simplicẽ citationẽ: eadẽ ratione interrumpit̃ præscript. xxx. uel xl. an. quæ causatur ex negligentia quæ

similiter interrumpitur sola
citatione: per d. l. cum notissi-
mi. & præmissa pñt colligi ex
dictis Ia. de Are. & Ia. de But.
in d. l. sicut. & d. l. fi. ff. de eo q.
12 qué factum est. *Vlterius circa
ca materiam interruptionis
p̃scriptionis: quæro nũquid
interruptio facta in debitore
principali, porrigatur ad fideiussõ. gl. dicit ꝙ nõ, in l. cum
quis. §. quis pro reo. ff. de iu-
lu. & idẽ ibidẽ Bar. uide Cy.
in l. fi. C. de duo. reis stip. &
de materia interruptionis, ꝗ
de per Bar. in d. §. si quis pro
13 reo. * Quæro ulterius circa
hanc materiã præscriptionis
an præscriptio uel usucapio
e aliquo casu dormiat. e Certè
de præscriptione dormiente
nõ habemus in iure express.
in præscriptione xxx. ann. n.
l. sicut de præscriptione xxx.
uel xl. an. s̃. all. Tamẽ de iure
canonico ur̃, ꝙ talis præscri-
ptio dormiat tp̃e hostilitatis
& exercitus armorũ, si tantus
esset exercitus, ꝙ iura in ciui-
tate non redderentur. ut in c.
ex trãsmissa. extrà de presc. ue-
rũ tamẽ Inn. ibi dicit, ꝙ istud
est ẽt uerũ, de iure ciuili: nihil
tñ allegat. Quod istud tamen
possit esse uerũ, uidetur probari. C. de fun. limi. l. fi. lib. ii. ha-
bemus etiã casum expressum 14
hodie in illa constitutione ex-

traua-

trauaganti Fed. Imperatoris de pa. Constan. Et aduerte, ꝙ licet in aliis casib. quis impediatur agere: præscriptio tamen currit contra eum, sed restituitur: f ut ĩ ti. ex quib. cau. maio. per totum. maximè, in l. sed si per prætoré. §. si fortè. tamen isto casu, id est, in ista præscritione xxx. an. ipso iure nõ currit: sed dormit: quod é notab. idẽ fortè dicendũ esset eadẽ æquitate de tépore mortalitatis, quando est tãta mortalitas, ꝙ ius non reddatur, ꝙ illo tpe p̃scriptio dormiat. ar. d. c. ex trãsmissa. illa enim hostilitas Dei est fortior, quã hostilitas hominũ. Idẽ etiã reperio, ꝙ præscriptio dormiat contra ecclesiã uacanté. ut extrà eo. c. i. & iii. quia licet ecclesia habeat œconomum, tñ uacare dicitur: ut ibi no. Et iõ posset fortè dici, ꝙ uacãte imperio, nõ currat præscriptio cõtra eũ, licet in administratione succedat ecclesia: quia tp̃s uacationis debet subduci de medio. Item nõ currit præscriptio tempore schismatis, ut in c. fi. in fi. extrà de præscriptio. quod est ar. tempore schismatico imperii, contra ipsum non currit præscriptio. & ita no. in l. naturaliter ff. de diuer. & tẽpor. præscrip.
14 per Bar. *Sed quæro, quo tẽpore præscribatur officio iudicis? habes gl. in d. l. sicut. sup uerbo, persecutione. quę uult ꝙ nõ præscribatur nisi xxx.
g ann. g Sed est alia gl. cõtraria, quæ dicit, ꝙ prescribitur triẽnio. in l. sequitur. §. fructus. ff. de usuca. & ibi uide Bar. & Cyn. in l. ancillæ, C. de furt.
15 .* An exceptio præscrip. xxx. an. impediat litis cõtesta. Bar. dicit ꝙ sic, per tex. in d. l. sicut. circa fi. ibi, nullæ mouẽdi &c. Et ita Bar. in l. fin. ff. pro suo. Tertius possessor p̃scribit hypothecaria actione aduersus creditoré præscript. lon. tẽp. in l. i. C. si aduer. credi. quod intelligo uerum de creditore priuato: quia secus crederé in ecclesia, uel minore ius hypothecæ prætendente: per auth. quas actiones. C. de sac. san. eccle. iuncta l. fi. C. in quibus caus. in integr. rest. nõ est nec. & l. sicut. C. de præscipt. xxx. uel xl. ann. De materia præscriptionũ in actionibus criminalib. uide gl. & doct. in l. quærela. C. de fal. Quæ sunt necessaria ad præscribendum seruitutem. uide Bar. in l. i. §. denique. ff. de aqua plu. arc. Vtrum res ecclesiæ quæ subsunt Papæ, gaudeãt præscrip. centũ ann. uide quę dixi s. q. cxxxvi. Vtrũ & qualiter possit p̃scriptio quæri circa ius

exigēdi uectiga. uide Bar.ī l. ſi publicanus.§.fi.ff.de publi.

26 *An excōmunicatus præſcribat durante excōmunicatiōne?Hoſt.in c.cum non liceat. de p̄ſcr.tenet ꝙ non.quia ipſe eſt quaſi mortuus,in auth.de priui.dot.circa medium.coll. viii. cōtrarium tñ notauit ipſemetHoſt. extrà de off.dele. in c.prudentiam.§.ſexta.quē ibi uide. Si fiſcus bona annotata non petat infra xx. ann: an lapſu ipſorū xx.an.ſit excluſus?uide gl.in l.pe.C.đ requir.reis.An titulus īualidus præbeat cām præſcribendi?uide quę dixi ſ̃.q.clix.circa mediū.ibi plux dixi.Hoſt.An tēpus trium ann.de quo in l.ii. C.de iure emph.currat cōtra pupillū, & q̄d de adulto.uide quę plenè dixi j̃.q.ccccxxxv.

a Glo. contrariæ.] *Aduerte ꝙ in reb.patrimonialib. principis, locū habes pcæſcript. xl.an.ut no. per gl.in l.i.C. ne rei do.et hoc ī caſib.ī quib. currūt præſcriptiones triennii,x.xx.xxx.anno.contra alium.nam in aliis in quib. minora tempora ſpecialiter ſtatuuntur,illa ſeruantur in fiſco, qui in aliis , ut in tēpore ad appellandū,in redhibitoria, & in aliis minoribus præſcriptionib. ar.ff.de diuer.et tē. præſcr. l.in oībus. itē niſi reperiatur aliud tēpus ſpecialiter in caſib. ſpecialib.ī fiſco ſtatutū,quod quādoq; reperitur.ut C. de fun.rei pri.l. eū q.Et de fun.patri.l.fi.de du. l.eū q ſē.ī fiſ.latis nō retractā. l.i.C.ne rei do. uel tēplo.et iſtū* b *uerificatur in iā quæſitis, in a quirendis autem cōſideratur,a* c *quis poſſideat cum tit. & præſcribit mobilem triennio rē im bilē x.an.ff.de uſuc.l. Et dico & nō xx. quia fiſcus debet ſemper præſens reputari.l. i. cū ia* d *not.C.de quadri.præſcri. Au ne titu.et tūc aut fiſcus admi tur cōtra ius cōmune, & eo ca ſi poßeßor uult computare ip tēpore,quo bona fuerūt denūcia ta,p̄ſcribit,quadriēnio; ſi a* e *quo fiſcus īcipit ius habere x an.ut ff.de iur.fiſ.l.i.§.p̄ſcrip Aut de iure cōi,et tūc ur̄, q* f *quiritur p̄ſcript.xl. an. ut l. C.de præſcri. xxx. uel xl. an. reb.aūt cōcernētib. ſtatum i rij,uel ſuperioritatem,uel tr* g *torum rationem,non currit p ſcri.temporis cuiuſcunque. C præſcr.xxx.an.l.competit.extra de præſcrip.c.cū ex officii.& c. cū non liceat.Et ſimiliter in re ſeruatis eccleſiæ in ſignum uniuerſalis dominii;ut no.gl.in cle. ægro.li.6. Sed cōtra alias res p blicas principis, nō ur̄ ꝙ ten p̄ſcriptio hodie, niſi centum an. ſicut nec cōtra eccleſiā Romani. ut l.fi.C.de ſacr.eccle. Quia q priuilegio gaudet eccleſia Roma*

na,

na, in præscrip. gaudet imperiũ: ut sentire uidetur gl. in c. mulũ. in authen. de non alie. aut permuta. §. finimus igitur. coll. ij.

b Cesset præscriptio.] Vide Gofre. in summa, in ti. de præscri. in §. item exigitur.

c Materia præscriptionum.] De hac materia præscriptionum, uide in tract. Bal. Et per Petr. de Ferra. in sua practica. de forma respõ. rei conu. ĩ gl. præscriptiõis.

d Secus in præscriptione lõgissimi temporis.] Istud sentire uidetur gl. xvi. q. iii. in c. placuit. in §. quòd si ab eo. in uers. continuare. in fi.

e Dormiat.] Casus, in quibus impeditur præscriptio, enumerantur per Gof. in summ. in ti. de pręscri. in §. sunt & quædam.

f Sed restituitur.] Quo ad hoc uide Gof. ibi s̃. in præ. §. sunt & quidam. in uer. impedit præscriptionem, quo ad effectum.

g *Nisi xxx. annis.] Limita istam regulam, quæ habet quòd officio iudicis præscribitur xxx. an. ut procedat, quando officium iudicis habet causam ex iure de præterito: secus si ex iure, quòd in futurum semper instat: quia cum istud officium semper nascatur. in quo duret post xxx. an. Ita no. Ias. ĩ l. prætor ait. §. si aliquãdo. col. iii. uer. in ult. parte. post Bar. & alios quos ibi refert, et sequitur. ff. de ope. no. nun. per theoricam gl. quam reputat nõ. in l. ii. in gl. magna. C. de ser. & aqua.

SVMMARIVM.

1 Emphyteota an teneatur recognoscere toties quoties fuerit per dominium requisitus.

2 Creditor tenetur dare quittantiam toties, quoties fuerit a debitore requisitus.

QVAEST. CCCCXVII.

Dominus directus petit à suo emphyteota,
1 ꝙ si recognoscat * annuũ censum super tali re: emphyteota uerò dicit, quòd est paratus anno quolibet soluere cẽsum: sed dicit se nõ teneri recognoscere. Quæritur, quid iuris? & uidetur primò, quòd dñs directus bene petat: q̃a q̃s debet facere qđ alteri prodest, & sibi nõ nocet. l. si creditor. ff. de euictiõ. Itẽ
a pro hac parte facit *a* in simili. l. plures apochis. C. de fide instru. In contrarium uidetur, quòd nõ teneatur emphyteota recognoscere: sed quòd sufficiat sibi cẽsum annuum soluere: quia solutione eius, qđ debetur, tollitur omnis obligatio. & nullæ reliquiæ obligationis remanẽt: insti. quib. mod. toll. ob. in prin. Item debet sibi imputare dominus, si sibi super hoc non cauit, dum res fuit in emphyteosim

tradita:uel aliàs ſibi recogni ta,in eo quod nõ facit emphy teotã obligare ad recognoſcẽ dum toties, quoties fuiſſet re quiſitus.Pro quo facit l.Modeſtinus.ff.de ſolut. & l. ii. ff. de hære.uel act. uen. Veritas tamen eſt iſta,quòd iſte emphyteota debet cognoſcere,ẽt ſi ad hoc recognoſcendũ ſpe cialiter non ſe obligauerit. ꝓ quo facit §.emptorib. ĩ auht. de non alie.reb.ecc. & eſt gl. in auth.ſi quas ruinas. C. de ſac.ſan.eccl.ſuper uerbo,deť. ibi,debet fieri renouatio.& faciunt etiã rationes ŝ. in prin. præſentis q.deductæ & allegatæ.& ita ſeruatur iudicando in dicta curia parlamenti,
a prout ſæpiſſime uidi.*Ad idẽ ſeruat etiã ipſa curia parlamẽti in debitore,qui ſoluit & petit inſtrumentũ quittãtiæ de ſoluto ſibi per creditorem fieri.& pro hoc facit l.ii. in §.fi. C.de quadr.præſc.argu.à contrario ſenſu,quod eſt fortiſſimũ in iure.l.i.§.eius rei.ff. de offi.eius cui eſt man.iu. De recognitione fienda per tertium poſſeſſorem, uide quæ dixi ſuprà q.xlii.

a Parte facit.] *Adde l.forma.ff.de cenſ.& l.iii.§. eſt autem perſonaliter.ff.ad exhiben.& l. ſi uina.§.ſi plures.ff.ad l. Aquil.& l.Titius hæres.ff.de act.emp.& uend.& auth.de mã.prin.§.cæ ges autem.in prin.col.iii.*

SVMMARIVM.

1 *Saluamguardiam infringens, qua pœna puniatur.*
2 *Saluaguardia an poſſit concedi in territorio alieno.*
3 *Saluaguardia a quo detur, & quanto tempore duret.*
4 *Saluaguardia pro eundo,an intelligaĩ ẽt data pro redeundo.*
5 *Saluuſconductus datus hoſti, an debeat ſeruari.*
6 *Pars poteſt petere ſecuritatem ſibi præſtari a Iudice.*
7 *Facere contra ſecuritatem quãdo quis uideatur.*

QVAES. CCCCXVIII.

SVprà, in q.lvi.dixi,quòd ſaluaguardia Delph.nõ
1 tollit iuriſdictionẽ *Sed 2
modo quero in quam pœnam
a incidit ille, qui infringit ã talẽ ſaluaguardiam Delph.uidetur quòd incidat in crim. læſæ maieſtatis:per tex.in l.i. in prin.ibi uel aduerſus ſecuritatem eius cõmittitur &c. ff.ad l.Iul.maie.cuius pœna ẽ capitalis:ut l.iii.in prin.ff.eo. ti.& cõfiſcatio bonorũ.l.quiſquis.C.eo.quãuis tex. uideatur,quòd flammis comburatur:in l.i.C.de nili agger.non rũp. Et alibi uideť tex. quòd debeat ultimo ſupplicio puniri. 3

niri.arg.in l.denunciamus C. de his,qui ad eccl. confu. Alii dicunt,quòd ad duplum damni.arg.l. Christiani.C.de paganis. Sed dic, quòd punitur extraordinariè,cùm certa pœna non sit statuta: iuxta l.i.ff. de effra.& expila.& facit l.hodie.ff.de pœn. Non obst.d.l.i. in prin.ff.ad l.Iul. maie.quia loquitur in eo, qui securitatẽ publicam uiolauit.ar.in feud. de cle.uio.pa.in §. si quis.Nõ obst.etiã d.l.C. de nili agger. nõ rump. quia loquitur in alio casu.Et ita de iure per pręmissa, ac etiam de stylo dictæ curiæ parlamenti Delphi. seruatur, quòd infringentes saluangardiã Delphin. extraordinariè,arbitrio curiæ secundum qualitatem personarũ, & attrocitatẽ delicti,puniũt.
2 * An saluaguardia possit cõcedi,in territorio alieno?Dic ꝙ non etiã tẽpore guerrę.l.cùm sæpè. de eroga.mili. annonæ. li.xii.& ponit Guil.de Cu.in l.illicitas.C.ne potent.& ff.de offi.præsi.De materia securitatis, quando petitur ab illo, qui dubitat offendi: uide in l. quæ bona.§.quoniã.ff.de dã. infect.per Bar.& per Cyn.& doct.in l.denunciamus. C.de his,qui ad eccl.conf.Et à quo
3 sit * danda, & quanto tẽpore durat:uide authẽ. de manda. princi. in §.sed neq;. coll.iii.
4 * Si detur securitas pro eũdo, an censeatur esse data pro redeundo? dic quòd sic,ut ponit
b Bart.in l.nullã. *b* C.de nauicu.li.xi.& in l.i.ff.ad l.Iul.ma
5 iest.* Sed quid de saluoconductu:si sit datus hosti domini nostri Delphi.uel alterius principis,utrũ debeat sibi seruari? dic quòd sic. xxiii,q.i.c. noli.& tenet glo. in c.offerebat.xxxiii.q.vii.quod est notandũ. Sed quid de diffidamẽto ? uide quæ dixi s̃. q. cxci.
6 * Si quis dubitet offendi,potest adire iudicẽ,& petere securitatem sibi præstari. doct. alleg.text.in l. denunciamus. C.de his qui ad eccl.conf.Et ibi materia securitatis per
7 Cyn.& docto.* Quæro,quãdo quid contra securitatẽ uideatur facere. Respondeo,aliquid mali mihi faciendo, uel inferendo, de quo dic ut no. in l.si quis maior. C. de trãsact.& per Cyn. & doct.ĩ d.l. denũciamus. C.de his,qui ad eccl.confu. Alii dicunt,quòd ille dicatur frangere securitatẽ, qui per se uel p aliũ dãnũ dat.arg.ff.de uer. ob.l.stipulatio ista.§.i.ii.& iii. & ff.loca. l.i. De mã securitatis, & diffidamenti,& multis quæstio. uide plenè per Io. An.in nouel.de homici.in c.i.libr.vi.

In-

a Infringit.] *Circa hūc articulum uidetur dicendum. Aut quis infringit saluam gardiam datam à principe, seu eius magno consilio, siue eiusdem in hac patria, aliaue qualibet locumtenēte: & tunc incidit in crimen læsæ maiestatis: & sic pœna l. Iuliæ maiesta. & uenit puniendus. ut colligitur ex scriptis Pau. de Castr. in anti. ij. par. consi. ccccxxij. in vi. col. in uer. contrarium. iuncto uersi. itē dictus. Aut infringit saluam gardiā datā ab alio quàm a principe, seu eius magno consilio, seu eius locumtenen. Et aut offendit personam aut bona. Primo casu, aut occidi, & tūc plectitur pœna mortis. Aut uulnerat, & tūc murilatur, aut alias iniuriatur: & tunc pœna pecuniaria mulctatur, ut in lib. feud. de pa. tenen. §. si quis hominē. et §. si quis aliū. & §. seq. Secundo aūt casu, cum certa in hoc casu nō uidetur pœna determinata, iudicis arbitrio punit: ut l. i. ff. de effrac. & expila. et l. hodie. ff. de pœn. Et uide in ma. Guili. de Cun. in tra. secul. circa finem. & Bart. in l. i. ff. ad l. Iul. maiest. & in l. iii. §. transfugas. ff. de sica.*

b L. nullam.] *Adde Bar. & doct. in auth. habita. in i. col. uersic. quæro istud priuilegium. C. ne fil. pro pa. & per Abb. in c. quia diuersitatem. de conc. præb.*

SVMMARIVM.

1 *Delatus ex confessione facta corā Iudice remittente, an possit puniri per Iudicem, cui remittitur, non facto nouo processu.*

2 *Executio rei iudicatæ, utrum et quando possit impediri.*

3 *Exceptio omnis, quæ non repugnat sententiæ, potest opponi post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam.*

QVAEST. CCCCXIX.

EX cōfessione facta per delatum coram iudice remittēte, nō potest de-
1 latus * cōdemnari per iudicē cui fit remissio: sed debet fieri nouus processus, cum talis cōfessio corā non suo iudice facta, sit nulla. ita tenet Bart. in l. diuus. ff. de cust. reo. & in l. magistratibus. ff. de iur. om. iud. dicit etiā Bal. idem, quòd processui corā inquisitore formato iudex, cui remittitur hæreticus, non habet necesse stare: sed potest talis iudex, cui remittitur delatus, facere nouū processum, & secūdum quod ei uidebitur, delatū punire: ut in auth. de san. episc. §. si uerò crimen. colla. ix. Et ita seruatur tā in præsenti curia parlamenti, quàm in cæteris curiis Delphin. præsentis patriæ: licet Saly. uidetur tenere

nere contrariũ, in l. ea quidẽ. C. de accu. in q. decima, quæritur, &c. confessio tamẽ facta coram iudice remittẽte, operatur duos effectus, ut plenè dixi suprà q. ccii. in fi. & idem dicit ipse Sal. quòd in causis ciuilibus iudex requisitus nõ debet cognoscere de uiribus sentẽtiæ iudicis requirẽtis. allegat ipse l. properandũ. §. sin autem reus. C. de iudi. cũ ibi
a
not. per Pe. & Cyn. l. à diuo Pio. in §. i. ff. de re iud. & ibi per doc. super hoc tamẽ uide, quæ pleniùs scripsi infrà q.
a
cccccIxxiiij. tñ hoc casu curia ipsa cõsueuit citari facere partem, uisuram prouideri super expeditione petita, ut curia prouideat circa modum exe-
2 quendi. * Vtrũ & quando impediri possit executio rei iudicatæ: uide Spec. in tit. de exce. rei iud. ĩ §. postremò. & ibi ponit xvii. casus, in quibus impeditur executio sententiæ.
3 *Circa hãc materiam, attẽde ad hãc regulam, quòd omnis exceptio quæ non repugnat sententię, potest opponi post sententiam, quæ in rem transiuit iudicatam. l. i. C. de iu. & fac. ign. & l. si fullo. ff. de cõdi. sine cau. & l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. inde. no. Ang. de Are. inst. de act. §. sed si quis. in fi. & ibi dicit ipse Ang. quòd exceptio, ne qs conueniatur, nisi inquantum facere potest, opponi potest etiam post sententiã quæ trãsiuit in rem iudicatam. l. ex diuerso. §. fin. cum l. seq. & ibi Bart. ff. so. ma. & idem Bart. in l. Nesennius. ff. de re iudic. De materia impediendi executionem, uide Pe. Ia. in ti. de actione in factum, ex re iudi. in fi. *a* De materia executionis sententiæ latæ in alieno territorio, uide quæ dixi suprà q. xxiii. &c.

a In fine.] *Voluit allegare. in uersic. item siue agatur.*

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum impetratum a Principe, quòd sententia non mandetur executioni, donec de meritis causæ reuisionis fuerit cognitum, an ualeat.*

QVAEST. CCCCXX.

IN hac curia parlamẽti seruat̃ de stylo dispositio auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imp. offer. ita, quòd sentẽtiæ in ipsa curia parlm. prolatæ ad instar præfecti prætoris, mãdantur executioni, nõ obstante supplicatione super reuisione sententiæ oblata, si uincens caueat: iuxta dispositionem d. auth. quę supplica-
1 tio. * Sed pone, quòd uictus obti-

obtinuit rescriptũ à principe, quòd sententia nõ mandetur executioni, donec de meritis causæ reuisionis fuerit cognitũ: an ualeat tale rescriptum? Dic, quòd non, quòd contra
a consuetudinem *a* & stylũ ipsius curiæ parlamenti. & pro hoc facit tex. secundũ doc. in l. probatorias. C. de diuer. offi. lib. xii. & facit auth. ut diuinæ iussiones. §. fi. coll. v. Itẽ, quia cõtra iuris dispositionẽ,
b in d. auth. *b* quæ supplicatio. ideò nõ ualet dictũ rescriptũ. l. rescripta. C. de preci. Impe. offe. Et ita seruat stylus præsentis curię parlamenti: quia à xxx. annis citra & ultra uidi rescripta emitti à rege Carolo, tunc Delphino, & consequẽter à domino nostro Delphino: in quibus mandabantur suspendi executiones aliquarũ sententiarũ dicti parlamẽti, usq; ad finẽ causæ reuisionis. Sed ipsa curia parlamenti nunquam uoluit obseruare talia rescripta, cõtra ius & stylum huius curię edicta, sed talibus rescriptis non obstantibus semper fuerunt tales sententiæ mandatæ executioni. De materia dictę auth. quæ supplicatio. uide quæ plenè dixi s̃. q. l. & ccccix. Quæ impediãt executionem curiæ parlamenti, & quę non: uide quę scripsi s̃. q. l. & q. xcviii.

a Consuetudinem.] *Rescriptum cõtra ius cõmune uel utilem cõsuetudinem non ualet: quia præsumitur surreptitium: nisi in eo de ipsis fiat mentio cum clausula, non obstante. secundùm Bal. in l. omnes. iiii. q. C. si cont. ius uel uti. pub.*

b In d. authen.] *Per hoc tamen nõ minus ualet rescriptum, cum tantummodo immineat seu generetur parti præiudicium moratorium: per not. in l. quoties. C. de preci. Impe. offer. Sed ideo non ualet: quia ut prætangitur contra consuetudinem & stylum curiæ, quæ in hoc fortè fundatur, quòd quando rescriptum impetratur, debet pars citari, quæ ex inde posset lædi. glo. in l. ita diuus. ff. de adop. & Bar. in l. adoptio. cod. ti. Et hæc procedũt, nisi prĩceps in rescripto uteretur plenitudine potestatis. Alex. consil. ii. in v. columna. uersi. & nõ dubium. lib. ii. & Bald. in prædi. l. nam ita diuus. in i. q.*

SVMMARIVM.

1 *Debitor an possit conueniri corã diuersis iudicibus, pro eodem debito.*
2 *Iurisdictio delegati perpetuatur per solam citationem.*
3 *Debitor cõuentus coram duobus iudicibus pro eodẽ debito, adhibitis a creditore literis compul-*

pulsoriis, an poßit petere se remitti ad primum iudicem.
4 *Præcisarum literarum species.*

QVAEST. CCCCXXI.

CReditor quidã de diœcesi Grationo. citari fecit, & in ius uocari debitorẽ suũ corã domino offi
1 ciali Grationop. corã quo* fecit talis creditor eius petitionẽ, deinde ipse creditor d. suũ debitorẽ citari fecit pro eadẽ causa corã dño iudice maiore Graysuodani, qui debitor cõparet coram d. iudice Graysuodani, & petit se remitti corã d. domino officiali, dicẽs, quòd pro eodem debito fuit primò conuẽtus corã d. domino officiali & sic ubi cœptum est iudicium: ideo ibi finẽ sumere debet. l. acceptum. ff. de iudiciis. cum simil. creditor uerò replicat, quòd corã d. domino officiali lis non fuit cõtestata: & sic nõ debet dici iudicium cœptum: ut in auth. de litigio. & faciũt ea, quę leguntur, & no. in l. si conuenerit. ff. de iu. om. iudi. Credo tamen dictam causam & partes coram d. officiali fore remittendas: licet coram eo nõ fuerit lis cõtestata; & causam coram eo fore terminandam. Pro quo adduco tex. in l. tam collatores. in §. quoniam ue-
a rò. *a* ibi, cõuentione quæ oblata &c. & ibi negotium ex priore agnitione prioreq́; cõuẽtiõe, &c. C. de re mil. li. xii.
2 * Et ex illo tex. dicũt aliqui, quòd iurisdictio delegati perpetuatur per solã citationẽ, ita quòd mortuo delegãte nõ finitur delegatio: licet contrarium uideatur notari per gl. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud.
3 *Sed iuxta pręmissa, quæro, quidam creditor citari fecit suum debitorem corã domi. officiciali, uel corã iudice Graysuodani, et obtulit suam petitionem. Sed posteà pœnitens impetrat literas compulsorias ab ipsa curia parlamẽti uigore submissionis super eodem debito: debitor citatus corã parlamento excipit contra creditorem, & dicit quòd creditor pro eodem debito eũ cõuenit alibi coram officiali, uel iudice Graysuodani, petẽdo se remitti coram quo fuit primò conuentus. Quæritur an sit audiendus. & uidetur ꝙ sic, per dictum §. quoniã uerò. Contrariũ credo: quia ista non est de exceptionibus, quę
4 secundũ statuta Delphi.* impediunt cursum præcisarum, quæ sunt excõmunicationis, falsi, transactionis, rei iudicatę, solutionis, ꝑscriptionis, & pacti de nõ petẽdo duntaxat; de

de quibus in statutis Delphi. sub rub.de cōpulsoriis & præcisis concedendis.ita uidi determinari in curia parlam. ipse tamen debitor potest in alio iudicio,in quo primò fuerat conuentus, facere adiudicari sibi & taxari expensas suas,cōtra creditorem.Si statutum aut stylus curiæ nō admittat, nisi certas exceptiones, ac omnes aliæ exceptiones censeantur prohibitæ opponi: uide Bar.qui singulariter ponit.in l. i. §.i. & l. prætor. §. hoc interdictū.ff.quod ui aut clam.De officio iudicis est clarum,quòd per tale statutū nō censetur prohibitum implorari. l.planè.ff.de petit. hæred.De hac meteria implorationis officii iudicis, uide quę dixi suprà.q.cccclxii.Sed quid de illo, qui conuenitur eadem die coram diuersis iudicibus, corā quo debeat cōparere?uide quæ dixi infrà q. cccclxiij.

a In §. quoniam uerò.] *Sed iste text.loquitur in milite.& sic uidetur speciale in milite,quòd deposita conuentio non possit apud aliū iudicē conueniri: ergo in cōtrariū est ius cōmune.l.ius singulare.ff.de leg. et senatusc. pro opi. tamen authoris facit authen. qui semel. C. quomo. & quan.iudex.*

SVMMARIVM.

1 *Aggressores domuum alienarū, siue depopulatores, qua pœna sauciandi sint.*

QVAEST. CCCCXXII.

Contigit de facto,quòd de anno currēte domini,M.ccccxl.& die xi. mēsis Iunii, aliqui in magno numero gentium cum armis circa horā mediæ noctis,aggressi fuerūt ui armata quoddam castrum, & ibi cœperūt ui & potētia Antoniū Bolomerii, & eū ligatū preysonériū quò uoluerunt traduxerūt. sed posteà eorum manus euasit: qua impediti eū extra præsentem patriam trāsducere non potuerūt.* Modò quæritur, 1 in quas pœnas inciderunt,& qualiter ueniant puniendi dicti delati. Credo q dicti delati tria delicta cōmiserunt,& in eisdē ciciderunt: quia primò commiserunt iniuriam a dicto Bolomerii intrādo domū suę habitationis ipso inuito per tex.in l.qui domū.ff.de iniur.in qua sua domo debebat esse tutus.l.i.ibi, maneat unusquisq; domi suę tutus atq; securus, &c. C.de præto.&c.lib. xii.& facit l.nemo de domo. ff.de regul.iur. cum si. Secundò, inciderunt ipsi delati in crimen legis Iu-

liæ

liæ de ui publica: quia ipsi aggressi fuerunt dictam domum habitationis dicti Bolomerii, & in ipsa uioléter cum armis intrauerũt, hoc probat text.in §. item lex Iulia.insti tu. de publicis iudic. & in l.i. in princ.ff.ad l.Iul.de ui pub. Alio etiam capite, quia dicti delati in quodã nemore sibi obligari fecerunt dictum Bolomerii in certa magna scutorum summa, ex quo etiam ipsi inciderunt in pœnã dictæ legis Iuliẹ, de ui publi. l.iiii. in princ.ff.ad l.Iul.de ui pub. Cuius criminis pœna est deportatio, ut dicit tex.in dict. §.itẽ lex Iulia.loco cuius deportationis succedit bannimentum, maximè quando fit à tota patria. iuxta l.amissione.§.i.ff.de capi.dimi.et habetur per Bart.in l.mathematicis.C.de epi.aud. & omnium bonorum publicatio. ut dicit glo. in l. ii.C. ad l. Iul. de ui pub.sed hodie nõ publicãtur. sed deferuntur ascendentibus & descendentibus in crimine læsẹ maiestatis. ut in auth.bona damnatorum. C. de bon. damnat. De materia legis Iuliæ de ui publica, uide plenè per Pet. Iac. in titu. de act. l. Aquil. Tertiò, commiserunt dicti delati crimẽ capitale triplici respectu. Primò, in eo quòd dictum Bolomerii ceperunt, & penes se captiuatum certo tempore detinuerũt.& pro hoc alleg. doct. text.in.l. ñ.C.de appa.comit.orien.lib. xii. Alio & secundo respectu ipsi inciderunt in crimen carceris priuati: quia ipsum Bolomerii contra eius libertatẽ detinuerũt, quod est crimen capitale. l. una. C. de priua. carce.licet enim priuato sit licitum quem capere, & iudici tradere.iuxta l. capite.v.ff.de adult.hoc tamen non fecerũt ipsi delati. Aliò etiã & tertio respectu,qui dictum castrum inuaserũt, & portas ipsius castri effregerũt, & in idem castrum ui armata intrauerũt, & in eodem circa tria millia florenorũ, ut asseritur, rapuerunt:ex hoc etiam pœnã capitalẽ incurrerunt,per tex.in l.penult.ff.ad l. Iul. de ui publ.Sed dicti delati, licet citati in prẹdicta curia parlamẽti,non cõparuerunt:ob quod die Lunæ, xiiii. mensis Iulii, anni prædicti in manib. Ioã. Albi secretarii Delphina.fuerunt mulctẹ declaratæ contra quemlibet ipsorum ad cẽtum marchas argẽti fisci ẹrario Delphin. applicandas: & ordinatum iteratò eos citari sub pœna annotationis bonorum & bannimenti.

De for-

De forma qualiter procedi debeat contra accusatum absentem, uide infrà q.ccccxxix.

a Iniuriam.] *Quin etiam iniuriã commiserunt indebitè incarcerãdo, & eo nomine potest experiri actione iniuriarum, per quam consequetur etiam damnum & iniuriam. Alex. prima parte, cõsil. xvij. in iij. col. in uer. nam etiam Bald.*

SVMMARIVM.

1 *Magistratus officium falsò assumentes, qua pœna puniantur, & num. 2.*

3 *Iuramẽtum purgationis remiß.*

4 *Auxiliantes eademne pœna plectendi, qua impietatis duces.*

5 *Bannimentum, succedit hodie loco deportationis.*

QVAEST. CCCCXXIII.

EVenit casus in hac patria Delphi. q nũq̃ euenisse dicitur in regno,
1 * nec in Delph. quòd nobilis Rodul. de Comeriis coram se assignari mandauit per uocatũ dote seruientem generalẽ Delphin. & sub pœna omnes dominos dictæ curiæ parla. corã se comparituros in uilla Alauardi ad diem xii. mensis Iunii, Milesimo quadringẽtesimo sexagesimo. Et quia dicti domini de parlamento, dicto die coram ipso non comparuerunt, eos reputauit contumaces, & certa alia expleta eadem die contra ipsos dominos parlamenti fecit, de quibus expletis cõstat iuramẽt. tunc corã eo in manibus du[..]rum notariorũ recepto, & [..]cta expleta die, ubi s. iuxta [..]signata fieri fecit nobili Rodulphi, assistẽtibus quàm p[..]ribus nobilibus, & plebeiis [..] num. lx, uel circa: cũ fu[..] & armis ipsum nobilem Rodulphi associantibus ad in[..]tiam & requisitionem ipsi[..] nobilis Rodulphi. Modo q[..]ritur, si ipse nobilis Rodul[..]
a liquerit. *a* Credo quod ipse [..]cidit in crimen læsæ maie[..]tis: cũ ipse ad illa processi[..]
2 eius priuata authoritate: * q[..] priuatus in se assumẽs offici[..] magistratus, incidit in crim. læsæ maiestatis, per text. [..] iii. §. fi. ff. ad l. Iul. maie. cu[..] pœna est ultimum supplic[..] & confiscatio omnium bo[..]rum: iuxta l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Nec obstat, [..] ipse nobilis Rodul. fuisse balliuus montiũ Delphi. quia uilla Alauardi, in qua ipse dicta expleta fecit, nõ est in suo balliuatu, sed in balliuatu domini Guliel. de cursillione, militis balliui, patriæ bassæ præsentis patriæ Delphi. & sic ipse nobilis Rodul. non excusatur b

tur de dicta pœna, quia habes iurisdictionem, & eã exercẽs ultra terminos eiusdem, ẽt capite punitur, per l. fi. C. de appari.comi.orien.li. xii. Et ita ibi no. Ia. Rebuffi per dictũ tex. Prætereà, dicta curia parlamẽti, quæ uicẽ præfecti prætoris obtinet, est superior curia huius patriæ Delph. & sub eadẽ curia parlamẽti, subsunt balliui huius patrię. Et hẽt ipsa curia omnimodã coertionẽ in dictos balliuos, tãquã inferiores iudices: ut est in hac patria notoriũ. Et per cõsequẽs ipsi balliui tãquã inferiores iudices, debent honorẽ impendere dictæ curiæ parlamenti & dominis eiusdẽ parlamenti, tanquã eorũ superiorib. iuxta l. potioris. in prin. C. de offi. recto. prouin. imò (quod plus est) dicti balliui in eorũ balliuiatib. nullã coertionẽ habẽt in dominos dicti parlamẽti, sicut uidemus, ꝙ episcopus q̃ est inferior, non põt eius archiepiscopũ superiorẽ suũ excõmunicare, ẽt si deliquerit in sua diœcesi. ut dicit Inn. in c. statuimus. extrà de maio. & obe. Sed an in aliquo deliquerint dicti homines dictũ Ro-
b dulphũ associantes *b* cum armis in ipso maleficio, tenẽdo dictã dietã in uilla Alauardi, cũ ipsi starẽt ibi cum armis à latere, & circũcirca ipsi Rodul. scientes (ut fatentur) dictum Rodul. ibi dictã dietã tenturũ uigore assignationis prædictę? Et arguendo ad ambas partes, uidetur primò, ꝙ sic: cũ ipsi præsumantur eidẽ Rodulpho in præmisso delicto ꝑ eũ perpetrato, auxiliũ præbuisse, stãdo ibi cũ armis cũ ipso: ut dicit Inn. in c. contumacia. de cle. percuss. stãdo enim ibidẽ cum armis, præsumũtur habuisse malũ animũ: ut dicit Bal. in feudis. in ti. de pac. ten. & eius uiola. in §. si quis rusticus. & alibi dicit Bar. quòd associando delinquentẽ in maleficio, dicitur eidẽ auxiliũ dedisse. ĩ l. furti. §. ope. ff. de fur. & cum ipsi sibi astantes cũ armis, malo animo, præsumantur auxiliũ d. Rodul. pręstitisse, ipsum ẽt associãdo in dicto delicto: uidetur ꝙ ipsi tãquam fauores, opem & auxiliũ præstãtes, deliquerũt: ut d. l. ĩ furti. §. ope. & l. is qui opẽ. ff. de fur. & in §. interdũ. inst. eo. Et ꝙ debeant puniri eadem pœna qua dictus principalis author, facit in l. iii. in prin. ibi quiue opem. ff. ad l. Iul. ma. & l. pe. ff. eo. ti. idem uidetur tenere Ang. de aret. in suo tract. de male. in gl. super uerbo, dicto

maleficio semper assistit, &c. In contrariũ, ꝙ nõ debeant puniri eadẽ pœna, qua dictus eorũ author uidetur: quia licet ibi interfuerunt in dicta dieta, nõ tamen animo & intentione delinquẽdi, saltẽ, ꝙ ex processu appareat: sed solũ requisiti per dictũ Rodulphũ, ut eũ ibi associarẽt expositurus, ut eis dicebat. Domini de parlamento aliqua ex parte domini nostri Delphi. (ut attestãtur ferè omnes) inquisiti, & interrogati quid fecissent, si ipsi domini de parlamẽto interuenissent. Et dicũt se nõ fuisse intẽtionis, contra ipsos aliqd facere, prout nec ꝑ dictũ Rodulphũ facere fuerãt requisiti. Et si dicatur, ꝙ ipsi sequaces fuerũt pñtes in expleto, ꝑ dictũ Rodulphũ tũc facto, dũ ipe Rodulphus dños de parlamẽto nõ cõparẽtes, pronũciauit contumaces. Ad hoc potest dici, ꝙ ipsi nesciebãt, ꝙ ipse Rodulphus illud expletũ facere uellet: quia eis nõ declarauerat: sed solũ eis dederat ad intelligẽdum, quòd ipsos sibi cõgregare uolebat. qa in ipsorũ pręsẽtia uolebat dominis de parlamento aliqua dicere ex parte domini nostri Delph. Iõ nõ uĩ puniendus ex illo solo actu associationis eadẽ pœna dictus Rodul. eorũ author: quia animus in delictis inspicitur. l. 1. C. de sica. & in c. imperator. l. distin. & facit q̃ alibi dicit Alberi. de rosa. q quãdo mãdatarius rem, quã agit mandato alterius, non putat esse delictum, ꝙ tunc excusatur à pœna, licet mandãs puniatur. l. si quis id q̃ ff. de iur. om. iu. & tetigit Bar in l. nõ solũ. §. si mãdato. ff. de iniur. Sed dicti associãtes, ut animos suos declarẽt in processu nõ putabãt delinquere, eũdẽ Rodulphũ associãdo, in referendo aliqua dñis de parlamento ex parte dñi nñi Delphi. Igiĩ, &c.

3 Et* quæ declaratio eorũ animi ẽt iustificatio eorũ iuramẽtis, de quo iuramẽto purgationis habetur in gl. in d. l. i. C. de sica. & in l. præsẽti. §. sic ubi. C. de is qui ad eccle. cõfu. & sic remanet hęc questio pro utraque parte dubia. Credo tamẽ hãc ultimã partẽ esse uerior ẽ, cũ in delictis potius attẽdatur animus, quã actus delinquẽtis: ut in d. l. i. C. de sica. & in l. eum qui. & l. is qui cũ telo. eo. ti. Sed q̃d rñdemus ad argumẽta s. pro parte affirmatiua facta? puto sic rñdẽdum. Quia

4 *aut actus, q̃ geritur est de genere malorũ, puta uerberare, uel occidere hominẽ, & similia,

milia, & tũc ſtans cũ armis,
cũ malefactore, in ipſo male
ficio, eadẽ pœna punitur: qa
cõſtat, ꝙ habuit animũ delin
quẽdi. Ita loquũtur cõtraria:
aut actus q geritur nõ eſt de
genere malorũ: qa actus po-
terat eſſe de ſe licitus, puta a-
liqua audiendo ex parte dñi
nři Delp. tũc mãdatarius nõ
punit̃: iux̃ no. ꝑ Albe. & Bar.
ĩ locis ꝑalle. Ita loquit̃ caſus
noſter. Imò (quod plus eſt) ĩ
his quæ sũt de genere malo-
rũ, circa ẽt crimẽ læſę maie-
ſtatis, nihil cũ authore agen
tes, ſed ſimplici fauore cũ eo
ſtãtes nõ puniunt̃ eadẽ pœna
qua author: ſed arbitraria ꝓ
modo culpæ. ita dicit tex. ĩ c.
fi. §. illud aũt. de pœnis. li. vi.
iũcta gl. ſuper uerbo, ſimplici
fauore. ubi dicit, ꝙ ſimplex fa
uor intelligit̃ illius, q ad ma
leficiũ faciendũ nihil adiicit.
Crederẽ tñ dictos aſſociãtes
dictũ Rodulphũ tã ex dicto
ſimplici fauore, iuxta dictum
§. illud aũt. quã rõne delatio
nis armorũ offendibiliũ in co
adiuuatione gẽtiũ incidiſſe ĩ
pœnã legis Iulię de ui publi
ca. l. i. in prin. ff. ad l. Iuliã de
ui pub. cũ ibi notatis ꝑ gl. ſu-
per uerbo, dñi. & ibi hãc ſeq
tur Bart. facit l. unica. C. ut
arm. uſu. inſc. prin. interd. ſit.
li. xi. & ĩ auth. de armis. coll.
vi. Cuius criminis de ui, pœ-
na publica eſt deportatio, &
omniũ bonorũ publicatio. ĩ §.
itẽ lex Iulia. de ui publica. in
ſti. de publ. iudi. & hr̃ in l. ii.
ff. ad l. Iul. de ui pub. & ponit
plenius Pe. Iac. in ti. de act. l.
Aquil. licet quo ad publica-
tionẽ hodie ſit correctũ per
auth. bona damnatorũ. C. de
5 bo. dãna. & ibi Ia. de But. *Et
ſic hodie remanet pœna de-
portatiõis, loco cuius hodie đ
cõſuetudine ſuccedit bãnimẽ
tũ. ut dicit Bar. ĩ l. mathema-
ticis. C. de epi. aud. Sed dicerẽ
loco bãnimenti attẽta mã ip
ſos fore cõdẽnãdos arbitrariè
in aliquib. pecuniarum sũmis
ſm qualitatẽ perſonarũ rõne
delationis armorũ ĩ coadiuua
tione gentiũ ſine authoritate
principis facta. & ita factum
fuit per uocatum Vales com
miſſarium ad hoc ſpecialiter
deputatũ. licet aliqui alii ibi
opinantes dixerint aliquos ip
ſorũ corporaliter puniẽdos.
a Deliquerit.] *Vr̃ enim multifa-
riã deliquiſſe, ſcilicet le. Iulia đ
ui publi. & l. Iul. de ambi. nam
ẽt qui cũ iuſto ti. regnat, termi-
nos ſuæ iuriſdictiõis ĩperii au
ptãtis debitæ in ſuos ſubditos ex
cedẽs in ꝑdicta crimina incidiſ
ſe cenſetur, ut uidetur uoluiſſe
Bar. in tract. de tyran. in ix. q.
Quantò ergo magis hæc ueri-*

ficatur in eo, qui talia admittit in nõ subditos, an aũt inciderit in crimẽ læsæ maiestatis? uideť quòd nõ, ex quo prædicta faciẽdo, non intẽdebat occupare dñm, uel iurisdictionẽ aut imperium mistũ, uel merũ dñi nostri regis Delphi. Ad hoc faciunt egregia dicta Lonzini consi. xxij. in iiii. col. uersi. nec obstãt argumenta.

b Associãtes.] *Vide quæ notãtur C. de his, qui latro. in l. i. & in l. i. C. de rapt. ad fi. & l. si quis nõ. C. de epi. & cle. & per Alex. in l. is qui opem. ff. de fur.*

SVMMARIVM.

1 *Cõsensus omnium an requiratur in indicendis collectis.*

QVAEST. CCCCXXIIII.

1 IN talliis siue *collectis in dicẽdis, requiritur cõsen-
a sus omniũ. nec sufficit *a* cõsensus maioris partis uniuersitatis, ut dicit Bart. in l. ii. §. ex his igitur. ff. de uerb. obli. & in l. quod maior pars. ff. ad municipales. & habeť p Dy.
b in c. *b* quod oẽs. extrà de reg. iur. & ideò in donis quæ fiũt dño gubernatori pręsentis patriæ uel balliuis, qñ uisitant patriam, requiritur cõsensus omniũ, nec possunt cõueniri ad contribuendũ in eisdẽ, nisi illi qui conferũt. ut ibidẽ per Bar. & hæc iuris dispositio seruatur in donis, quæ fiunt prædictis officialibus, uel sim... 1
bus. sed aliter seruatur de cõsuetudine generali præsentis patrię Delph. in subsidiis Delphi. quæ conceduntur in cõgregationibus triũ statuũ præsentis patriæ dño nro Delph. quia cõpellũtur ad contribuendũ in eisdẽ etiã illi, qui nõ consenserũt, ubi maior seu sanior pars uocatorum consensit. & hanc opinionẽ etiã de iure tenet Pet. Pa. & secũdũ eũ sen... psi j̃. q. ccccccxxxi. in tertio dubio. in q. ibi, Sed iux̃ primũ quero &c. De materia huiusmodi subsidiorũ, & qui in eisdem subsidiis contribuere de- a
bent, & qui nõ, uide quæ plenè scripsi s̃. q. ccclxxvi. & seq. usque ad q. cccc. inclusiuè, &c.

a Nec sufficit.] *Videtur tamen quòd sufficeret consensus cõmuniæ quia quod per eos factum est, per omnes factum uidetur. Pe. Ia. in tractatu libellorum. tit. de ... sulibus. in uer. & quis ... mus. alle. l. municipibus. ff. de cõmuni. di. & demo. & l. municipes. ad munici.*

b Dyn. in c.] *Bar. & Dy. in locis allegatis de collectis specialiter nihil dicunt, licet ponant generalem distinctionem, quãdo res est communis, ut singulorũ: aut communis, ut uniuersorum, etc.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Testamentum an ualeat, in quo filius non reperitur institutus, sed substitutus per fideicõmissũ*

QVAES. CCCCXXV.

SI quis filius in testamento paterno per fideicommissum substituatur:* & nihil sibi relinquatur iure institutionis, utrum censeatur preteritus, ita quòd testamẽtum nullũ existat quo ad heredis institutionẽ? & dic ꝙ sic. casus ẽ in l. ex facto. §. Lucius. & ĩ l. is q. ff de uulg. & pupil. & l. ita tñ. §. q rogatus. ff. ad Treb. Et licet uideat̃ tex. expressus in cõtrariũ, in l. san
a cimus *a* §. cũ aũt. C. de inof. test. ubi ẽt gl. super uerbo, celebrari. dicere uoluit, quòd substitutus hr̃ pro quasi instituto. quod sufficere uidetur, in filio, licet hæres nõ fuerit institutus. dicit ibi Bar. ꝙ gl. illa nõ est uera, cũ nõ sufficiat relinquere filio ꝑ fideicõmissum, sed iure institutionis: sicut ponit tex. expressè in auth. ut cũ de appel. cog. in §. aliud. ĩ prin. ibi, uel fideicom. & c. coll. viii. ꝑ quẽ §. s̃. d. §. cũ aũt, censet̃ in parte correctus, & ista ẽ ueritas. & ita in iudicãdo seruat̃. De hac materia, uide quæ scripsi j̃. q. ccclvi. in aliis tamẽ terminis.

a In l. sancimus.] *Voluit allega. l. scimus. Et ibi adde Bal. in primo no assignantem rationem huius dicti. & Pau de Cast. in fi. illius §. cum autem. ac Sal. in eo. §. in uer. quæro supposito the.*

SVMMARIVM.

1 *L. filio præterito. ff. de iniust. & irr. testa. locumne habeat in filio præterito à linea materna. Et an filius præteritus, possit dicere testamentum nullum. uide nu. 3.*

2 *Filij præteritio, habetur pro exhæredatione.*

4 *Filius præteritus, si non dixerit testamentum nullũ, sed decesserit, an testamentũ cõfirmetur.*

5 *Dotis collatio an habeat locum in successione materna.*

6 *Legitimæ supplementum, an habeat etiam locum in matre.*

7 *Testamentum, in quo mater est instituta, nulla causa inserta, & filius est hæres institutus, an possit dicere testamentum nullum.*

8 *Pater an teneat̃ aliquid relinquere filio naturali, in testõ.*

9 *Auus an teneatur instituere filium ex filia, ut testamentum ualeat.*

QVAEST. CCCCXXVI.

AN l. filio preterito. ff. de iniu. & irrito te-
1 sta. locũ habeat* in filio preterito à matre, uel linea materna? & uidetur quòd

a non *a* : quia loquitur in filio
præterito à patre, in cuius e-
rat poteſtate, ſicut ibi dicit
tex.ad literã: ſed filius nõ eſt
in poteſtate matris. inſtit. de
pat.pote.in prin.igitur &c.cu
2 ius preteritio*habetur pro ex
hæredatione. in §. mater.in-
ſtit.de exhæ.lib. & d.l.loquit
in præteritione, prout ſtat in
terminis præteritionis, ut ex
tenore eiuſdem poteſt uideri.
dico, quòd licet di.l.ſecũdum
uerba locũ nõ habeat in filio
præterito à matre, tamen ſe-
cundũ mentẽ locũ habet.Nã
ſicut præteritio ac exhæreda-
tio,quo ad rũpendũ teſtamẽ-
tũ reſpectu hæredis inſtitutio
nis parificant:ut auth.ex cau
ſa. C.de lib. prete. uel exhæ.
& in corpore unde ſumitur.
ita etiã in reconualeſcẽtia te-
ſtamẽti æqualitas quæ reſpe-
ctu præteritionis reperitur,
prout eſt præteritio. de qua
in d.l. filio preterito. reperiri
debet reſpectu exhæredatio-
nis uel præteritionis,quæ pro
exhæredatione habetur:ſic ꝙ
paritas, quæ eſt in ruptura te
ſtamẽti,exiſtat in eius recon-
ualeſcẽtia, & fiat ſecundũ mẽ
tem talis extenſio.arg.in l.nõ
poteſt.ff. de leg. iuncta. l.i.C.
de ædi.priua. & l.i .C.quæ ſit
long. conſ. & ita etiam tenet
expreſsè Pet. de muris.in d.l

filio præterito. in xiii. q.quæ
incipit, decimotertio quær
&c. Et ita uide in dicta cur.
3 parlamẽti determinari.* Sc
an filius in caſu dictæ l. fili
præterito. poſſit dicere teſt
mentũ nullum, poſt annu
Bart. in d.l.filio preterito.te
net quòd nõ. ſed Bal.& An
dicũt, quòd imò uſq; ad xx
annos. Idem tenet Ioan.
Imo. & Raphael Cuma.in
ſi filius qui in poteſtate. ff.
lib. & poſthu. quos ſeq.
Petr. de Beſucio. in d. l.fi.
preterito.& iſta eſt opinio c
munis,quę ſeruatur in iud
do,ut dixi ſ.quęſt.ccccxc
4 * Si filius hoc caſu nõ dixer
teſtamentum nullum,ſed de
ceſſit, an teſtamentum con
metur? ſunt uariæ opinion
in d. l. filio præterito. &
Cyn.& doctores in l.ii. C.
poſth. hære.inſt.ſed Ioã.Fer
ra.in titulo forma libelli,q
petit.hære.ex teſt. diſtingu
& ibi dicit, quòd in hoc caſu
teſtamentum cõfirmatur, in
glo.ſuper uerbo ac realiter &
actualiter introducatur. An
pater teneatur facere mentio
nem in ſuo teſtamento de fi-
lio in ordine conſtituto, uide
C. de epiſco. & cle. in l. deo
nobis.in §. hoc etiam.Sed an
pater teneatur aliquid relin-
quere in ſuo teſtamento filię,
quæ

quę quittauit cum iuramēto bona paterna: uide quæ dixi
5 s̃.q.ccxcv.* An collatio dotis habeat locum in successione materna? dic quòd sic, si mater constituit dotem. in auth. de æquali. dot. §. illud. coll. vii. & l. ut liberis. C. de coll. Sed quid de filio exhæredato? uide quę dicit ipse Pet. de mu
6 ris, in d. l. filio præterito.* Sed an supplementū legitimæ habeat locum in matre sicut in patre? dic quòd sic, per tex. in l. omnimodo. C. de inof. testa. iūcta glo. super uerbo psonis, ibi dū dicit, uel parentibus, nec potest in legitima aliqd onus imponi. ita sentit glo. in l. quoniā in prioribus, super uerbo, stationibus. & de hoc
7 tetigi j. q. ccclxxviii.* Iuxta præmissa, quæro utrum testamentum in quo mater est prę terita, nulla causa inserta, & filius est hæres institutus, sit nullum. Dic quòd testamentum ex tali causa nō rūpitur: quia habebat filios quos instituit, quorum filiorum prima causa est in successione. ut C. de suis & leg. auth. in successione. & nō tenetur quis instituere ascendentes, quandiu stant descendentes. ff. de iniu. rup. test. l. si quis exhæredato. in prin. & de inoff. test. l. pater filium. & insti. dę succes. li. §. sed nostra. Ista sunt uerba Bart. in quodam suo consi.
8 *An pater teneatur relinquere aliquid filio naturali in suo testamento? doc. dicūt, q nō, ut scripsi j. q. cccccxxxii.
9 * An auus teneatur instituere filiū ex filia, ut ualeat testamentū? dic quòd sic, ut dicit Ioā. Ferra. in tit. forma libelli, in quo petitur hæreditas ex testamēto. in glo. super uerbo, ac realiter & actualiter introducatis. ibi, sed quid si filius, &c. & uide ibi etiā si mater &c.

a Quòd non.] *Contrarium est uerū, ut infra dicitur. Nam ratio dictæ ii. partis illius. l. filio præterito. consistit in approbatione præteriti. ergo et exhæredati per identitatem rationis. l. a Titio. ff. de uer. obli. Sicut enim pōt approbare præteritus, ita & exhæredatus. & sic utrobique est eadē ratio. & per consequēs idem ius. l. illud. ff. ad l. Aqui. unde ex quo præteritus uel exhæredatus, cuius fauore testamentū inualidū uult ualere, debet utiq; ualere. Bal. in d. l. filio præterito. in iiii. col. in uers. iiii. quæro. ibi, nam ratio istius. & pro hac opi. bene facit, quod dicit idem Bal. ubi supra in uer. quæro si pater.*

SVMMARIVM.

1 *Filius si iuret attēdere testamē-*

tum, & disposita in testamẽto paterno, an uideatur renũciasse detractioni legitimæ, et quartæ trebel.

2 *Iuramentum ciuile, æquam interpretationem recipit.*

QVAES. CCCCXXVII.

a 1 SI quis filius iuret attendere *a* testamentum,* & disposita in testamento paterno, an uideatẽ detractioni legitimæ & quartæ Trebellianicæ renunciare: sic ꝙ eam detrahere non possit? credo ꝙ non, pro eo quòd iuramentũ non porrigitur ad ea, de quibus quis non cogitauit. l. fi. C. de non nu. pecu. l. ii. ff. qui sati. cog. hoc uoluit dicere gl. sup uerb. mẽte &c. in c. ad nostrã. extra de iureiu. ita etiam uoluit dicere & tenere Dyn. in quodã suo cõs. ut refert Bald. in l. ii. C. de resc. uen. Aliter si diceretur iuramentum extendi ad non cogitata, ipsum esset uinculum iniquitatis, qđ tamen non est dicendum. ca. quanto. circa medium, extrà de iureiu. Nec in eodẽ esset iustitia, quod est unũ de comitantibus iuramentum. xxii. q. ii. cap. animaduertendum. qa iuramentum ueritatem, iustitiam & iudicium continere debet. xxii. q. iiii. cap. innocẽs. uer. & posuit gl. nostra. in auten. quod eis. C. de nup. pro- hoc bene facit qđ ponit Cy. in. l. fi. in q. iii. C. ad l. Fal. ubi dicit ꝙ si hæres sciens facultates testatoris promittat soluere legata, talis promissio intelligitur facta detracta tamẽ Falcidia. iuramentum. n. non tollit ius commune. l. si ex falsis. C. de trans. & l. fi. C. de nõ nu. pecu. & facit quod no. per Bal. in l. ii. C. de rescind. 2 uen.* Præterea iuramentum ciuile ęquam interpretationem recipit, ne quis immoderate lędatur. l. si libertus. ff. de op. liber. c. ueniens. & c. quanto. extra de iureiur. ita ponit Bart. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. & ideo in casu illo ipsum iuramentum ad prædicta, ex quibus magna sequeretur lesio & iniqua, non debet extendi, & ita uidi determinari per dominos meos parla. Delphi. in camera con silii, &c.

a Iuret attẽdere.] *Hoc autem uidetur, quod is non facit contra iuramentum in hac specie, qui petit legitimam & Trebellianicam. ex quo illam petendo nõ uenit contra præmissa, quia p petitionẽ earũ nõ cõtrauenitur testo nec dispositis in eodem. quid. n. est contra tenorem testamenti seu dispositionem eiusdem, ius legitimæ & Trebellinnicæ, nisi in quantũ expressè aut tacitè fuisset*

sent in ipso testamento prohibitæ legitima & trebellianica? tūc nimirum eas petendo, infringeretur iuramentum. et ideò in petitione eorum non foret audiendus. illud tamen uidetur, quòd si in testamento fuisset aliquid relictū filio iure institutionis: tūc uideretur petendo plus relicto, uenire contra tenorē testamēti. & ideò pariformiter non audiēdus. quia tunc tacitè uidetur actum, ut tali relicto esset contentus: secus in alio casu. de quo hic per authorē, cum de legitima et Trebellianica non fuisset cogitatum, nec dictum, & propterea iuramentū ad ea nō extenditur. in c. clericus. extra de iureiu.

SVMMARIVM.

1 *Commissum, in aliena curia, declaratum, aut discussio bonorū alterius causæ, impediatne cursum literarum curiæ Cabeoli. & nu. 2. & 3.*

QVAES. CCCCXXVIII.

Quidā Ant. Gaufredi de aureica creditor exposuit clamorem
1 * in Cabeoli de quadā magna florenorū summa, & qui literæ Cabeoli petebātur exequi contra dominū Cotani de castillione possessor castri de cutrone in prouincia hypothecatum & submissum d. curiæ Cabeoli cum comminatione marchæ. quæ cōminatio causante uenit ad præsentem ciuitatem Gration. do. Io. guiri mandi utriusq; iu. do. tā pro parte regis Siciliæ, quàm pro parte priuata, exposuit corā do. meis parla. casum suū, declarādo etiā rationes, propter quas ipse dicebat d. literas Cabeo. nō esse exequen. in d. castro. & tunc die xvii. mēsis Iulii. M. cccclx. per di. dominos meos factę fuerūt duę cōclusiones circa stylū dictæ curiæ Cabeoli pro decisione dictæ
2 causæ. Prima* cōclusio, quòd quia in curia cameræ rationū Aquensis fuerat inchoata discussio bonorum debitoris principalis inter creditores, et ius in eisdē habere prętendētes, antequam fuisset clamor expositus in dicta curia Cabeoli, quòd illa discussio impedire debet executionē dictarū literarū Cabeoli, nō obstāte dicto stylo ipsius curiæ mētionē faciēte de discussione in aliena curia facta: & merito, quia iudiciū uniuersale attrahit ad se particulare. l. solemus. ff. de iudiciis. & l. iiii. ff.
3 de peti. here. * Secūda cōclusio, ꝙ ubi do. directus cōmissū rei obligatæ fecerit declarari per iudicē competentem uocatis uocādis, in forma debita,

ta, ꝙ ipſe dominus directus ſe opponens poterit impedire curſum clamoris expoſiti in ipſa curia Cabeoli: poſito ꝙ poſt expoſitũ clamorẽ proceſſus cõmiſſi fuerit inchoatus: prout factũ fuit in cõmiſſo dicti caſtri, attẽto, ꝙ per tale cõmiſſum reſoluuntur omnes hypothecæ & obligationes, iuxta l. lex uectigali fundo. ff. ſi pignor. & de hoc tetigi ĩ. q. ccccLxxv. & iõ tũc fuit ordinatũ, dictas lr̃as Cabeoli nõ fore exequẽdas ĩ d. caſtro.

2 Iudiciũ uniuerſale.] *In materia uide pulchras qõnes tactas per Bar. in l. ſi quis libertatẽ. in ult. col. in uer. quæro, quid fiet. in uer. iuxta hoc quæro. ff. de pe. hære. et Bal. C. loca. in l. emptorẽ. in ii. col. in uerſ. ſed pone.*

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus quomodo fiat contra abſentem de graui crimine accuſatum.*

2 *Abſentis citandi forma.*

3 *Proceſſus contra abſentem accuſatum de graui crimine, de iure canonico qualiter formetur.*

4 *Negotia grauia uel maiora, quæ dicantur.*

5 *Dilationes a iure ordinatæ an poſſint augeri uel minui, ſi negotia dicantur grauia uel maiora.*

6 *Citationis quod debeat eſſe interuallum.*

QVAEST. CCCCXXII.

PRocedi debet contra abſentem de graui crimine accuſatum: *qui
1 primò citari debet uoce tubæ
trina uice, per interuallum
xxx. dierum: ut tenet gl. in l.
2 iter. ff. d̄ pub. iudiciis. *Sed de
ſtylo & communi obſeruantia præſentis curiæ parlamenti illud tempus xl. dierum eſt arbitrarium ſecundum qualitatem perſonarum & criminis atrocitatem: quia quãdoque ponitur in literis citatoriis interuallũ octo dierum, quandoque decẽ dierũ, quandoq; iiii. dierũ: Et ſub magnis pœna fiſco Delphinali applicãdis, ꝓut obſeruari ſæper uidi, & fuit obſeruatũ in cauſis mẽtionatis. s̃. q. ccccxxii. & q. ccccxxiii. & q̃nq; citantur ultra citationes uoce tubę, in domo habitationum ſuarũ uel ſuorũ parentũ, quã do ſunt filiifami. ex abundanti. & quãdoq; etiã de ſtylo dictę curiæ nõ fiunt niſi duæ citationes uoce tubæ, cũ clauſula cõminatoria & præciſa, ꝙ aliter ad declarationẽ pœnarũ uł alterius actus ꝓcederetur, ꝓut fuit factũ in dictis cauſis: & ſi modo ꝓmiſſo citatus

tus nō cōpareat, mulctę cōtra talē cōtumacē, & aliæ pœnæ eis īpositę declarari cōtra eos cōsueuerunt, facta mitigatio ne arbitrio curiæ. & hoc facto iteratò citatur reus absens modo pręmisso sub pœna an
2 notationis *a* bonorū suorū: q. reus si non cōparet, bona sua annotantur, & facta annotatione mādant regi & custodiri sub manu Delphin. per castellanum loci ubi sunt bona situata, uel per alium idoneū ad hoc deputādum, & sub inuētario, iuxta l. fina. ff. de requir. re. quæ bona recuperat reus, si infrà annum ueniens se purget, ut probatur in l. i. C. de requi. reis. & in d. l. fin. ff. eod. post annum uerò non audiretur, nisi cum principis indulgentia. ut per Saly. in l. eum qui. C. ad l. Cornel. de sica. quo anno lapso iteratò citatur reus uoce præconia dicturus cur sua bona nō debeāt cōfiscari, & si nō cōpareat cōfiscanē, licet fortè de iure in hoc actu nō sufficeret citatio uoce tubæ: sed deberet ꝑ lr̄as reqsitorias citari in loco ubi degit talis reus, iux̄ formā gl. positę. in l. i. ff. de custo. reo. quando sciretur ubi degit: ubi autē nesciretur, sufficeret citatio per edictum, ut dicit Saly. in l. i. C. de req. reis. Et præmissa remedia sunt adinuenta cōtra absentē accusatū de grauib. criminibus. nō aūt in nō grauibus criminib. Et ideò, quia in nō grauib. criminib. non reperiūtur remedia adinuenta procedendi contra absenté, in illis nō grauibus potest ad sentētiam cōtra absentes procedi. Ita dicit Bart. in l. absenté. ff. de pœ. ibi, secūdò quæro, dicitur hoc, &c. ét lite nō contesta. ut dicit Pet. Ià. in ti. de rest. in integr. ut possit agi rescissoria. in fi. & qualiter absens possit condēnari, uide Bar. in l. pe. §. ad crimē. ff. de accus. Et an absens lite nō cōtest. in criminib. cōdemnetur: uide doc. in §. si qs tutor. instit. de susp. tut. Et qualiter & quādo in criminibus procedatur in diffinitiuā contra absentem, uide plenè Ang. de Are. ī trac. suo de maleficiis. in gl. super uerb. q. iudex, uidēs ꝙ inquisitus nō apparet, &c. & Spe. ī ti. de accu. in §. qualiter. uer. sed nūquid
3 sufficit* Sed qualiter in foro spirituali cōtra absētē de graui crimine accusatū ꝓcedet? Dic ꝙ cōtumax ante litis cōtest. excōicat. iiii. q. v. c. quisquis. & ii. q. ii. c. præsētis. Et si perseuerauerit per annū, pōt suspēdi, uel perpetuò priuari officio, uł bn̄ficio: ut extra, de

xta.

æta.& quali.c.cũ bonæ. & de
testi.cog.c.cũ cã.& de app.&
de coha.cle.c.sicut.& de cleri
cis nõ residẽ.c.ex tuæ. xi.q.
iii.c.rursus.& c.quicunq;.ita
dicit Aegidius in suis libellis
sub rubr. de contu. accusa-
ti in criminali, qualiter pro-
cedatur cõtra eũ. Remedia
aũt procedẽdi in causis ciuili
bus cõtra absentẽ nõ cõparẽ
tẽ sunt prodita remedia pri-
mi & secũdi decreti, ut ibi di
cit Bar.in d.l.absentẽ.& ple-
niùs p eũ de materia primi &
secũdi decreti habetur in l.si
finita.§.Iulianus.ff. de dam.
inf.& in l.apud Iulianũ.ff.ex
quib.cau.in po.eatur.Et qũo
in casib.in quib. non põt fieri
missio contra absentem fer-
tur sententia diffinitiua,uide
ff.de dam.inf.l.finita.§.Iulia
nus.Sed quæ sunt grauia deli
cta,dicitur in gl.i. in princi.
d.l.i. C.de req. reis.& ibi ple
4 nius per Sal.* Sed extra hãc
materiã incidẽter quęro,quę
dicantur grauia, uel maiora
negotia. dic quòd grauiora
sunt illa,in quib. agitur de fa
ma.vi.q.i.c.ex merito.& c.de
teriores. vel si de beneficio
agatur,in c. quærela. extrà
de procu. vel spiritualibus,
vel libertate, vel de crimi-
ne, extrà de transact. c. pen.
vel propter scandalum quod
contingere posset. ita ponit
Spec. in tit.de rescript. præ-
sentatione. §. ratione autem
5 causæ, &c. * Item quæri-
tur, si dicantur grauiora vel
maiora, an dilationes à iure
ordinate possint augeri uel
minui.uide Bart.in l.ii. ff. de
re iud.& ibi ponit decem cau
sas, ex quibus potest dilatio
abbreuiari, uel augeri.& tan
gitur, per eundem, in au-
then. qui semel. C. quo. &
quando iudex.& ibi Cyn.&
in l.i.C.de dilat.:& per Dr.
in cap.indultum.de reg. iur.
lib.vi.& Spec.in tit. de dila-
tionibus. in §.i. Et de mate-
ria dilationum, & si fuerit
dilatio nimis arctata,an pos-
sit appellari, uide Barto. in
d.l. ii. ff. de re iud. & infra
q. ccccxxxvi. in uersi. clxvi.
quæro, &c. & ibi nihil di-
cit.Item de materia perem-
ptorii in causis ciuilibus, ui
de ple. in l. consentaneum.
C.quo. & quando iud.Quæ
ro iuxta hanc materiam,ali-
quis promisit aliquem crimi
nosum coram iudice præsen
tare certa die, quod non fe-
cit, qualiter teneatur,& pos-
sit conueniri & puniri. uide
gl.xxiii.q.v.c. cũ homo.glo.
6 super uerbo arietes.* In ciui
lib.debet esse in citatione in-
teruallũ ad minus decẽ die-
rum

rum.l.perẽptorium.ff.de iud. Sed hodie istud tempus est arbitrarium de stylo curiarum præsentis patriç. In prima citatione non debet poni perẽptoriè.l.consentaneũ.C.quo. & quan.iud.istud cõmuniter obseruatur de stylo curiarũ.

a Annotationis.] *Modus aũt annotationis cõtumacium reorum, traditur per Gandi.in tract.maleficiorum. in rub.quid sit agendum, reo absente & contumace. Subdit tamẽ ibidem, quòd quia bona damnatorũ seu proscriptorum conseruantur filijs & ascẽdentibus & descendẽtibus usq; ad iii.gradũ:ut in auth.ut nulli iud.§.i.coll. viii.hodie aliter obseruatur. Dicit etiam quòd de generali cõsuetudine totius Italiæ, non seruatur cõtra cõtumaces, quod dicitur de annota.bonorum.& quòd accusatus expectetur per annum.imò cum fuerit citatus solenniter, ponitur in banno communis & potestatis, postea super illa accusatione & banno condemnatur: quia iudex potest iurisdictionem suam pœnali iudicio defendere: ut ff. si quis ius di.non obt. l.i.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier an debeat totam donationẽ propter nuptias, uel augmentum dotis lucrari, moriente marito, pendente termino dato ad soluẽdam sibi dotẽ.*

2 *Interesse medii temporis an deduci possit.*

QVAEST. CCCCXXX.

SVpra q. cclxxiiii. tetigi qualiter augmentum dotis siue donatio propter nuptias facta uxori contẽplatione matrimonii non debet, nisi dote soluta.* Sed pone, ꝙ maritus dat uxori aut alteri pro ea dotem constituenti terminũ ad sibi dotẽ soluendũ; moritur maritus pendẽte termino, per eũ dato, ad sibi dotem soluendum; & sic nõ fuit sibi dos soluta, an mulier debeat totam donationem propter nup.uel dotis augmentũ lucrari? Aliqui doct.mouentes istam quæstionem dicũt, quòd sic, ac si totam dotẽ soluisset, ex quo fuit habita fides de dote.arg.in simili.inst. de rer.diui.§.uenditæ.& ff.de contrahẽ.empt. & uẽ.l.quòd uendidit. cum ibi nota. Nec obstat tex.in §.illud.in auth. de non eli. sec.nubente. col.i. quia ibi nũquam fuit habita fides de dote, aliàs ibi esset casus in contrarium. Et per hoc uidetur ibi glo. super uerbo, percipiat.cũ dicit, respondeo ibi, fuit parata dare &c.et hãc opi. uidetur sequi Sal. in l.si

2 constante. C. de don. ante nup.

nup.in q.de statuto &c.Et ex his dico, quòd hodie ex forma instrumentorũ matrimoniorum, quæ fiunt nostris tẽporibus, in quibus semper mariti habent fidem de dote ex promissione & obligatione parẽtum filiarum, quòd uxor lucratur augmentum dotis, etiã dote non soluta, siue maritus dederit terminos ad soluendum dotẽ, siue non. arg. iuriũ prædictorũ, non obstãte d. §. illud. qui loquitur, ubi nõ fuit habita fides de dote, ut suprà dixi secundum doct. Et sic patet ꝙ hodie nõ est necesse ponere in instrumento contractus matrimonii illã clausulã, dote soluta uel nõ soluta, quæ in talibus instrumẽtis solet in hac patria Delphi. per aliquos opponi: quia absque illa clausula uxor debet indistinctè lucrari dotis augmentum & donationem propter nup. attẽto quòd hodie maritus ex promissione & obligatione parentum uel amicorũ habet fidẽ de dote promissa. Et de hac materia uide quæ plenè scripsi infrà q. cccccLxv.

Quidam circa hoc dicunt in casu in quo maritus dat terminũ ad soluendũ dotẽ, quòd interesse medii tẽporis debet cõsiderari & deduci. nã æqualitas est hic consideranda: ut habetur in d. auth. in uer. æqualitas &c. Et ideò quia si maritus habuisset dotem ab 1
initio, lucratus esset xx. uel e... fructibus xx. habuisset. C... 2
tè ista xx. deduci deberent de donatione, quasi nõ uideatur illa xx. soluisse pro dote. arg. ff. sol. mat. l. si cõstante. §. q... ties. & ff. quæ in fraud. cred. a
omnes. §. fi. & ff. ad l. falc. l. ... ca. & l. qui quadraginta. §. ... 1

2 *Sed credo quòd istud interesse medii temporis nõ possit deduci. Nã pendente dilatione apposita per partes nihil interim peti potest. tota enim dies uidetur collata in fauorẽ debitoris. ff. si quis cau. l. si ... nim. §. homo fisci. et ff. de uer. obl. l. cum qui calẽdis. §. ... ergo nõ potest peti, ergo n... la mora est, & sic multum in... teresse. l. lecta. si cert. pet. ... mediũ. An maritus faciat ... ctus suos rerum paraphern... lium: uide Bart. qui distin-
b guit, in l. penult. *b* ff. ad l. fal. Et plenius uide quæ scripsi infrà q. ccccLxviii.

a In l. si constante.] *In j. col. in quæstio. ubi ad uersi. not. ad oppositum facit. ubi dicitur, quòd dare & permutare, sunt pa... ria. allegat. l. fi. in fin. C. ad l. falcid.*

b L. pen.] *Vbi uide etiam Pau. de Ca. optimè distinguentem.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 Sententia an ſit ferenda in perſonã procuratoris, an domini.
2 Procuratoriũ an ſit reuocatũ, domino moriente pendẽte lite.

QVAEST. CCCCXXXI.

DEbet de iure ſententia
a ferri *a* in pſonã procu
ratoris, ſiue ab initio
1 litẽ exercuit, * ſiue lite conteſtata tranſitum fecerit ad eũ, aliter ſententia eſt nulla ſecũdum Bar. & Io. quos ſequitur gl. in l. i. C. de ſen. & interlo. om. iu. licet Mar. fuerit in cõtraria opinione, ut recitat gl. in d. l. i. Sed ad euitãdum oẽs opiniones, uterq; & procurator & dñs cauſę debẽt condẽnari, ut tenet gl. in c. querelã. extr. de electio. Et ita etiã ſeruat conſuetudo aliquorũ iudiciorũ, ut recitat gl. in d. l. i. Sed Bar. dicit, quòd ſi dñs ſit prę́ſens tẽpore ſentẽtię, uolẽs cauſam proſequi, quòd in dubio prę́ſumitur eo caſu, poteſt ſnĩa ferri in eius perſonã. Ita dicit ipſe in l. ſi procurator. ff. de uerb. ob. Sed de ſtylo præſentis curiæ parlamenti, in qua proceditur ſummariè, ſola facti ueritate inſpecta, ut dixi s̃. q. lviii. Nõ curatur nec ſit uis, in cuius perſonã proferatur ſententia: an in perſonã procuratoris, an in perſonã dñi ſequẽdo opinionẽ ca-
b noniſtarũ. *b* ſecundũ quã opinionem non curatur in cuius perſonam proferatur, ut dicit glo. in c. ſuſcitata. in gl. i. extr. de in integ. reſti. & in c. querelam. extr. de elec. quia qñq; in perſonam utriuſq;, qñq; in perſonã procuratoris, & qñq; in perſonã dñi, licet nunquã in iudicio interfuerit. Et nihilominus ualet ſentẽtia, dũ modo conſtet in proceſſu de
2 mandato procuratoris. * Sed quid ſi dñs moriatur, lite pẽdente, an procuratoriũ ſit reuocatum? uide quę dixi s̃. qõ. ccxix. An dominus cõparẽdo in iudicio cũ aſſerto ſuo procuratore, uideatur eũ procuratorẽ conſtituiſſe? uide quæ dixi ſuprà q. xl. Sed quid ſi ante ſententiã moriatur procurator, dominus litis? uide quę dixi ſuprà quæſt. lxxxvi.

a Senẽtia ferri.] *Forma ſententiæ hæc, condẽno talẽ procu. nomine Titij, tali inquã procurato. nomine Meuij domi. ſui. ut colligit & not. per Bar. in l. licet in pupilla. in §. ſi plures. ff. de procu.*

b Opinionem canoniſtarũ.] *De iure canonico poteſt indiſtinctè in perſonam domini concipi ſola aut procuratoris, uel utriuſq;: niſi in cauſa matrimoniali, electionis, aut alia ſpirituali*

& in

& in causa criminali, et in causa in qua à princ. dominus comparuit. Quia in his in personam domini cõcipi debet. glo. in c. querelã. in uerbo, œconomi. de elect. & ibi uideas omnino Bal. in v. col. in uersi. capio. glo. quæ incipit, concipienda. ubi declarat, quando forma uerborum concipi potest in personam alterutrius, & quando in personam procuratoris concipitur necessariò.

SVMMARIVM.

1 *Procedi qualiter debeat in actione hypothecaria, si tertius possidet.*

2 *Bonorum discussio qualiter fiat in actione hypothecaria.*

3 *Possessores tertij an debeant generaliter uocari in declaratione hypothecariæ actionis.*

4 *Possessoribus pluribus existentibus, utrum creditor poterit eligere, quem uoluerit, uel agere contra quemlibet pro rata.*

5 *Hypothecaria an poterit intẽtari contra tertios possessores, non facta discussione, si debitor notorie non sit soluendo.*

6 *Probatio ad obtinendum in hypothecaria, an sufficiat, si creditor probat per testes, quòd uidit debitorem possidentem.*

7 *Hypothecaria intentata in iudicio, an faciat rem litigiosam.*

8 *Iudex an necessariò debeat pronũciare discussionem bonorum fuisse factam antè, quam agatur hypothecaria contra tertia possessorem.* 1

9 *Sentientia an ualeat, interu hypothecaria cõtra tertiũ pos sessorem, non facta discussi bonorum principalis.*

10 *Exceptio discussionis, an sit p emptoria.*

11 *Discussio prĩcipalis debitoris sitne fieri pendente iudicio tra tertium possessorem.* 2

12 *Auth. hoc si debitor, an habe locum circa discussionem fie dam, ubi debitor in instru to hypothecæ se constituit bo hypothecaria possidere prec rio nomine creditoris.*

13 *Hypothecaria an agi possit co tra debitorem debitoris, ubi na sunt obligata, etiam n discusso principali.*

14 *Pactum creditoris cum deb re, quòd ipse faciat fru suos, an ualeat.*

15 *Fructus rei hypothecæ quomo non computentur in sortem*

16 *Res litigiosa an possit hypothe cari.*

17 *Fundus an censeatur hypotheca tus, aliqua pensione imposita ex cõuentione partiũ, in aliquo cõtractu, uel sup aliquo funda*

QVAES. CCCCXXXII.

SVpra q. cviii. tetigi de hypothecaria, quãdo debitor aut eius hæres possi de

det rem hypothecatam.*Sed hic quæro, a quid si tertius posſidet, qualiter procedi debeat in actione hypothecaria? dic φ primò debet diſcuti debitor principalis, & eius fideiuſſor, & eorũ bona, antequã perueniatur ad pignorũ poſſeſſores, & ipſis diſcuſſis perueniatur ad poſſeſſores rerũ obligatarũ, iuxta auth.
2 hoc ſi debitor. C. de pig.*Sed qualiter fiet talis diſcuſſio? dic φ debitoribus & eorũ fideiuſsoribus cõdemnatis per ſnĩam, uel per obtẽtionẽ præciſarũ fiet executio ſnĩæ, uel præciſarũ in bonis ꝑ eos poſſeſſis, ſi quæ habeant: ut in d. auth. hoc ſi debitor. & ſi nulla bona habeãt ſiue poſſideant, poterit creditor in hypothecaria actione regreſſum habere contra tertios poſseſsores bonorũ hypothecatorũ, iuxta d. auth. hoc ſi debitor. Sed antequã offerat libellus ĩ hypothecaria cõtra tertiũ poſſeſsorẽ, iudex mãdabit ꝑ ſuas patẽtes literas caſtellano aut notario loci, in quo degebat debitor, φ ſe ſummariè informet cũ uicinis & aliis teſtib. fidedignis, ſi ipſe debitor habeat aliqua bona mobilia uł immobilia & ſibi informatiões trãſmittat quib. informationib. per iudicẽ uiſis, ſi ex eiſdẽ cõſtat nulla bona habere, declarabit hypothecariã actionẽ cõpetere creditori cõtra tertios poſſeſſores. & iſtã formã tradit Ia. de But. in d. auth. hoc ſi debitor. & Ang. in auth. de fideiuſſo. collat. i. & ibi plenè per eũ de actione hypothecaria. Et hæc forma ſeruatur in hac curia parlamẽ. & in cęteris curiis pñtis patriæ Delph. Et de hac materia diſcuſſionis in hypothecaria, uide Spe. in ti. de primo & ſecũdo decreto. §. i. uer. porrò. & per Bar. in l. ſi quis inſtituatur. §. pen. ff. de hęre. inſt.
3 * Sed an ĩ dicta declaratione hypothecarię actionis debeãt uocari tertii poſſeſſores, ſaltẽ generaliter uoce præconis? Bar. uı̃ uelle φ ſic, in l. decẽ. ff. de uerb. obl. ſed de ſtylo huius curiæ parlamenti hoc nõ
4 ſeruatur. ſed pone, *φ sũt plures poſſeſſores, utrũ creditor poterit eligere quẽ uoluerit, uel agere cõtra quẽlibet ꝑ rata? dic φ põt eligere quẽ uoluerit, ꝑ toto ſuo debito. ita tenẽt gl. & Bar. in l. moſchis. ff. de iure fiſci. Et ita ſeruatur in curia parlamẽti Delph. & ſimiliter ĩ omnib. aliis curiis præſentis patriæ tam ſpiritualib. quã tꝑalib. prout uidi dũ practicabã. & hoc eſt uerum niſi eſſet annua pẽſio impoſi

ta super plurib. reb. quia tũc
debet agi cõtra quẽlibet pos-
sessoré pro rata. in c. cõstitu-
5 tus. extrà de reli. do.* Sed q̃d
si debitor sit notoriè nõ sol-
uẽdo, an poterit ĩtẽtari hypo
thecaria cõtra tertios posses-
b sores, *b* nõ facta discussione?
Ang. dicit, ꝙ nõ. in d. auth. de
fideiusso. §. i. & Ia. de Bu. ĩ d.
6 auth. hoc si debitor.* Pone,
creditor probat per testes, ꝙ
uidit debitoré possidere ré hy
pothecatã tãquã suã, an suf-
ficiat talis ꝓbatio ad obtiné-
dũ ĩ hypothecaria? dic ꝙ nõ,
ẽt si deponeret de xxx. ann. se
cundũ Io. Fab. insti. de act. §.
itẽ in Seruiana. sed contrariũ
seruat̃ de stylo curiarũ p̃ntis
patrię Delph. quia probato ꝙ
debitor possidebat ré hypo-
thecatã, ut suam, tanquã dñs
tẽpore obligationis, iudices
consueuerũt decernere hypo
thecariã creditori competere
contra tertios possessores. &
ita ẽt uult gl. in l. rem alie-
nã. super uerbo, pignoratitia.
& ibi plenè doct. ff. de pign.
act. & ita ẽt secũdũ hũc stylũ
uidi iudicarijin parlamẽto, &
in cæteris curiis Delphi. &
sim. ĩ curia officialatus p̃ntis
ciuitatis Grationo. Q đ intel
ligit̃, prius facta discussione
bonorum principalis, ut s̃. in
prin. p̃ntis q. scripsi, qui præ-
dictus stylus corroborat̃ d. gl.
in l. quidam in suo. in prin. s
per uerbo, admoneri. ff. de o
di. insti. ubi dicit, ꝙ si qs u
tur re, ut dñs, ꝙ præsumit
dominus, licet Inn. dicere
luerit contrariũ, in c. illud
fi. omniũ gl. de præsumpt.
de quæ super hoc latius scr
psi in tracta. meo, de præsu
Sed aduertẽdũ, ꝙ quãdo d
miniũ uenit in iudicio inci
ter, ut in casu isto, sufficit
minium præsumptiuè: ut p
nè dixi s̃. qõ. xxviii. & In
ubi s̃. loquit̃ ubi dominiũ
niret ĩ iudiciũ principalit
l. fi. ff. de rei uen. habet locũ
etiam in hypothecaria: ut
cit Io. Ferrarii in ti. forma
belli super hypothecaria.
7 gl. ex memoratis causis.* 10
hypothecaria in iudicio i
tata faciat rẽ litigiosã? di
nõ. Sed postquã est actũ h
thecaria, si debitor rẽ uẽd
põt illa actio hypothec
ꝓseq̃ cõtra emptoré absq;
scussione bonorũ, sicut prin
cipalis. Ita dicit Iaco. de But.
in d. auth. hoc si debitor. &
dicit probari per tex. in cor
pore. de litigio. §. ad hoc aũt
q̃a p̃ illã hypothecariã inte
tatã res nõ dicitur litigiosa
8 ut ibi dicit Ia. de But.* Sed si
sit necesse, ꝙ iudex pronũti
et discussioné bonorũ fuisse
factam

factã antè, q̃ agatur hypothecaria cõtra tertiũ possessorẽ? Iac. de But. tenet ꝙ sic.in d. authẽ.hoc si debitor.Itẽ dicit Iac.de Are.uide Ang.ubi suprà.Idẽ tenet Bar.ꝙ pręcedere debet interlocutoria iudicis,in l.stipulatio. §.habet.de uerb.obl.* Pone fuit intẽtata hypothecaria cõtra tertium possessorẽ,nõ facta discussione bonorũ principalis,& sup hoc lata est sententia,an ualeat talis sẽtẽtia. Iac.de Bu. ubi suprà, tenet ꝙ sic. & uide quæ super hoc dixi s̃.q.ccxxi. & q.xciiii.contrariũ tñ tenet Ang.in dicta auth. de fideiusso.§.fin.coll.i.Si bona debitoris sint discussa instante uno ex creditoribus,an alii debeãt petere discus.Ia.de But.ubi s̃.
10 dicit ꝙ sic ex abundãti. * An hæc exceptio discussionis sit perẽptoria?Iac.de But.ubi suprà dicit ꝙ sic,ita ꝙ potest opponi in quacunq; parte iudicii.Et uide quę circa hoc dixi s̃.q.xciiii.Ang. in auth.de exhib.& introd. reis. ponit unã pulchrã limitationẽ,ad auth. ei qui iurat. C. de bon. auct. iud. pos. quòd d.auth. ei qui iurat. habet locũ indistinctè, nisi bona debitoris sint creditori hypothecata:quia tũc in omnibus bonis fit missio etiã ultra mensuram debiti declarati. Quæro obligaui creditoribus unũ pignus specialiter, pro x.florenis.& unum aliud pro xx.florenis.& unũ est sufficiens pro toto debito,nunquid possum nihilominus utrũque retinere? uide Cy.in l. si mulier. in fin. C. de pac.
11 conuẽ. * An discussio principalis debitoris, possit fieri pẽdente iudicio contra tertium possessorẽ?doc.in d.auth.hoc si debitor. dicunt ꝙ sic. Et ita pluries practicaui,& uidi iudicari in hac curia parlamẽ. Idẽ ẽt tenet Ang. in d.auth.
12 de fideius.§.fi.colla.i.* Itẽ dicta auth.hoc si debitor.nõ habet locũ circa discussionem fiendã,ubi debitor in instrumẽto hypothecæ se cõstituit bona hypothecaria possidere pręcario nomine creditoris: sed põt creditor ingredi possessionẽ propria authoritate, cum per constitutũ ciuiliter possideat,secundum Bar.in l. creditores.C.de pigno.in sua repet. quod est notandũ. Idẽ ẽt tenet Io.de But.ut ibi Bar. refert.An constitutio pręca-
c rii excuset discussionẽ fiẽdã de debito principali:uide plenè Ioã.Ferra. in tit.forma libel.in actione hypothecaria. in glo.super uerbo,exceptionem executionis. & uide etiam singularia Barth. Cep.

so.2 o.uerso. qui idē tenet q̄d
Ioan.Ferra.tamen dicitur, ꝙ
Bart. tenet cōtrariū, in l.iii.
13 C.de pig.in sua rep. *Itē po
test agi hipothecaria contra
debitorē debitoris, vbi nomi
na sūt obligata, etiā non di-
scusso principali. tenet Spec.
in tit.de procu.§.seqtur.uer-
14 si.quid si mihi obliga.*Si cre
ditor faciat pactū cū debito-
re, quòd ipse creditor faciat
fructus suos rei hypothecatę,
d an ualeat tale pactū?gl.ꝙ sic
in l.i.C.de distr. pig.idē Ho-
stié.in c.salubriter.de usu.ui-
de tex.l.inter cohæredes. §.
ususfruc.ff.fami.erc. & faciūt
not.per Bar. in l.si cōstāte.in
iiii.membro prin.ff.solū.mat.
Et de hoc scripsi in tractatu
quem ego Guido Papæ cōpi
laui, qui intitulatur tracta-
tus de cōtractib. qui sapiunt
usuram, & qui usurarii dici
possunt, uel non.ibi, alius &
15 quintus casus &c. *Sed quia
creditor de iure debet fru-
ctus rei hypothecatæ compu
tare in sorté, Ioā.Ferra. tra-
dit cautelam, ut nō cōputen
tur fructus. in ti.forma libel,
in actione hypothecaria. in
gl.in uerb.relaxandū fore.cir
16 ca prin.*Vtrum res litigiosa
possit hypothecari: uide quæ
dixi s̄.q.cccxxxvii. Licet ter
tius possessor p̄scribat hypo-
thecariā actionē cū bona fid.
& iusto titulo decé annis l.
C.si ad uer.credi. hoc uerū
priuato, secus aūt credere
ecclesia uł minore, per aut.
quas actiones. C. de sac. sa.
ecc.iūcta l.fi.C.in quib.ca.
in integ. restit. non est ne.
17 * Si aliqua pēsio imponat
ex conuentione partiū in a
quo cōtractu, uel legetur
per aliquo fundo: an ipse fu
dus cēseatur hypothecatus
uide Bar.& doc.in l. Caius
ff.de ann.leg.& in l.fin.ff.
act.emp.quādo pensio im
neretur ad certū tempus,
cēsetur obligata res, sup.
imponitur, ut in d.l.fi.C.
act.empt.& de le.i.l. quidā
stō.& d.l.Caius. Sed si im-
nat in perpetuū, tunc res
hypothecata, & quilibet
sessor tenet, ut ff.de usufru. d
hactenus.& no.Host.in sua
in tit.de loca. §. quæ actio
uer. antepen. & pen. & ue.
Spe.in ti.de loca.§.nunc ali-
qua.uer. lxxxvi. Idem tenet
Pet.Iac.in ti.de act.in ré pro
re emphy. data, quæ cec. in
comm. in xvii. col.uersi. &
idem forté in anniuersariis,
& talis præstatio annua, di-
citur seruitus personalis in-
nominata, ut ponit Cyn. C.
de usufru. super rubrica. &
plenius scripsi s̄.q.xlii. in fi.
Quarto

Quæro.] *Vide per Ange. do. 2 Aret. in §. item Seruiana. & per Io. de Platea ibidem. instit. 3 de actionibus.*

*Contra tertios possessores.] *Adde, nunquid tertius possessor bonorum possit hypothecaria conueniri, non discusso principali. Corn. in consi. lxxxv. incip. uidetur prima. in prin. in iiii. uol. & in consi. ccxlvi. incip. in hac consultatione. in princi. eo. uol. iiii. & hypothecaria expressæ hypothecæ possit pro dote intentari, contra tertios possessores bonorum obligati, non facta excussione. latè tradit idem Corn. in cons. cclxvii. incip. quanquam uideatur. in iii. uol.*

c An constitutio precarii.] *Tu uide de hoc per istum, consi. x. incipi. domini de parlamento. uersi. suprà in dicta facti narratione.*

d Quòd sic.] *Istud intellige procedere de iure antiquo C. alias non ualet tale pactum, nisi in casibus exceptis de iure canonico, nota. C. de usu. auth. ad hoc. & extra eod. ti. c. conquestus. c. salubriter. ita dicit formaliter Bal. in l. dudum. in uersi. caue tibi. C. de distra. pigno.*

SVMMARIVM.

1 *Notarii recipientes instrumenta falsorum contractum, qua pœna puniantur.*

Instrumentum falsum qui dictat, qua pœna puniatur.

Notarius si fateatur in tortura, uel alias, se instrumentum falsum confecisse, an noceat pati illa confessio.

QVAES. CCCCXXXIII.

DVo notarii de Alauardo receperunt instrumentum de quodam actu à iure reprobato facto in villa Alauardi, de quo actu scripsi s. q. ccccxxiii. quæro si dicti duo notarii deliquerint, & qua pœna ueniāt

1 puniendi? Credo* quod ipsi deliquerunt, & quod pœna exilii perpetui ueniāt puniēdi, per text. in l. iubemus. la ii. in §. œconomus. ibi, his tabellionib. qui huiusmodi cōtractū uetitorū ausi fuerint instrumēta cōscribere, irreuocabilis exilii animaduersione plectent. C. de sac. san. eccle. Reperio tamen alias pœnas grauiores, uidelicet priuationis officii notariatus, infamiæ & amputationis pugni. in §. callidis. de prohi. feu. alie. in feudis. Sed credo, quod in casu nostro, de quo hic agitur, nō habeant locū pœnę dicti §. callidis. quia ibi loquitur tex. de cōtractu fraudulēto, scienter per notarium recepto. Ideò acrius ibi punitur propter

 frau-

fraudem dolose commissam. hic autem in casu, de quo agitur, licet actus fuerit de iure reprobatus, in eo tamē non interuenerunt fraus neq; dolus, licet quædā simplicitas.
a ideo mitius punitur *a*, pœna tantūmodo exilii: ut d. §. œconomus. Nec excusantur dicti duo notarii, si dicerent se nō credidisse dictum actū corā dicto Rodulpho per eos receptū fuisse de iure reprobatū, quia hoc scire debebāt, iuxta ea quæ legūtur & not. in l. generali. C. de tabu. li. x. & nihilominus dici posset ipsos officio notariatus fore priuādos, cū in ipso officio deliquerint: iuxta no. per gl. in auth. de nō alie. aut pmutā. re. ecc. coll. ii. in §. super hoc. super uerbo, reuisionem. Super hoc casu die ix. Augusti, M. cccclx. in cōsilio fuit cōclusū, dictos notarios grauiter deliquisse, & ipsos fore deportandos, iuxta d. l. iubemus. aut saltem officio notariatus eos fore priuandos. per d. gl. Sed mitius agendo dicti domini in pñtia dicti nobilis Io. Pales cōmissarii regii cōcluserunt, ꝙ pecuniariter punirentur, attēta qualitate personarum suarū: & ita fuerūt cōdēnati per dictū Pales ĩ audiētia, de mēse Decēbris, M. cccl.
2 *Sed qua pœna debeat puniri ille, qui dictat falsū instrumētū? Dic ꝙ pœna falsi, sicut notarius, qui cōficit instrm: ut tenet Bal. in d. l. iubemus. circa fi. in q. quæ incipit.
3 *Vltimo quæro, si notarius cōfiteat̃ in tortura uel aliàs se falsū instrm fabricasse, an noceat parti. Dic ꝙ nō, ẜm Bar. in l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff ad Sillei.

a Ideo mitius punitur.] *Ad hoc faciunt, quæ notantur & legun tur ĩ c. inter corporalia. §. sane. ibi, quia nō ex malignitate etc. extrà, de translat. episco.*

SVMMARIVM.

1 *Secretarij parlamenti an debeant exigere decimam de condemnationibus. Et pœna exigentium. nume. 2.*

QVAES. CCCCXXXIIII.

ANno domini, M. cccclx. & die vi. mēsis Augusti, in camera cōsilii, in qua erant omnes domini mei de parlamēto & cameræ cōputorū Delphin. ac thesaurarius generalis Delph. fuit appunctuatū,
1 * ꝙ secretarii curiæ parlamēti, qui nunc sunt & ꝓ tēporib. fuerint de condēnationib. aut pœnarū declarationibus fisci, ærario in dicta curia parlamenti adiudicatis, aut adiudicandis in futu-

a futurũ,non exigant decimã *a* a partibus priuatis:licet in aliis curiis præsentis patriæ e-
b xigi cõsueuerunt. *b* Et corroboratur huiusmodi appunctuamentũ per curiam parlamenti factũ authori Archi. in c.ut officiũ.de hæreticis.li.vi.in gl.super uerbo,publicã. ubi dicit, ꝙ tales personæ cõtra quas inquiritur, non debẽt satisfacere tabellioni de labore.alle.in auth. ut nulli judicum. §.his insuper. coll. ix.Et ideò quia Petrus de Bolliaco secretarius in d. curia petebat decimam pœnarum declaratarũ in processu, ĩ manibus suis formato contra nobilem Rodulphum de cõmeriis domini Basside,campi rotundi, & eius complices ad cãm cuiusdã dietæ, per ipsos tentæ in uilla Alauardi, de qua dieta latius s.q. ccccxiii.tetigi.fuit tunc die vi.huius mensis Augusti appũctuatũ per dictos dominos in consilio, ꝙ ipse Pet. de Bolliaco, nõ exigat dictã decimã à partibus priuatis cõdẽnatis : sed fuerũt sibi taxati super dictis expletis ducenti flo. Et aduerte ꝙ dico,super expletis,quia hoc fuit licitum facere super dictis expletis,ut ponit Bart. in l.diuus.ff.de bo.dam. in fi.
2 Caueant ergo secretarii prædicti,ne decætero exigant dictã decimã : quia inciderent in crimen concussionis.l.i. & & ibi gl.ff.de concuss. etiam si à sponte soluentibus reciperent.ita gl.in l.i. C. de salg. hospi.non præst.lib.xii.& deberet talis contrafaciens, ab officio secretarii repelli,& priuari.l.si quis. C.de offi.præfe.prẹto.ultra pœnã concussionis,de qua s.proximè : & iõ in quibusdam curiis præsentis patriæ, maximè in curiis Delph.Ebreduni notarii non recipiunt decimas à partibus priuatis: sed super emolumẽtis domini.attamen Zaba.in cle.i.uersi.notariis. de hæreticis.uidetur tenere,ꝙ si talis secretarius non habeat stipendia ratione sui officii, ꝙ ipse potest exigere salarium ab inquisito.Et ita etiam faciũt dicti secretarii parlamenti : quia salaria exigunt ab inquisitis,pro eorum uacationibus & scripturis, ipsos inquisitos concernentibus. Sed an curia parlamenti potuit statuere,ꝙ dictæ decimæ nõ recipiãtur? Dic ꝙ sic,potestate eis, per d. Humbertum Delphinũ attributa:ut scripsi j.q.ccccliiii.

a Decimam.] *De decima tangitur C.de episco.et cle. auth.generaliter autẽ index. & in l.i. & ii.C.de spor:& sumpti.*

b Consueuerunt.] *Vide in arg. quod dicit Odof. in prædi. auth. generaliter. in ii. col. uersi. unde not. argumen.*

SVMMARIVM.

1 *Commissum emphyteoticariæ locumne habeat contra pupillũ.*

2 *Pupillus & adultus ubi æquiparentur.*

3 *Emphyteota si soluerit censum in parte, & in parte non, an pro parte committatur.*

4 *Pupillus non seruiens domino, an priuetur feudo.*

QVAES. CCCCXXXV.

VTrum cõtra pupillũ locũ habeat l. ii. C. de
1 iure emph. adeò * ꝙ res cadat in commissum per lapsum triennii, si non soluerit canonẽ? Et licet gl. in d. l. ii. in q. fi. & Cy. ibidẽ. in xii. q. Dy. in c. qui in ius. extrà de reg. iur. Spe. in titu. de locato. uer. xviii. Bar. in l. cũ filius. §. in hac. ff. de uerb. obli. dicãt, ꝙ cõtra minorẽ currit triẽniũ: licet posteà restituatur: attamen ipsi nõ distinguunt expressè, utrum talis minor sit pupillus, uel adultus. Credo tamen, quòd contra pupillũ
a dictum triẽnium nõ currat *a* motus per rationem positam in l. fi. ibi melius etenim est, intacta iura seruare &c. C. in quib. cau. in integ. rest. nõ est nec. cõsiderato, ꝙ talis lapsus tẽporis est adeo odiosus 2
respectu emphyteotæ: sicut & lapsus biennii respectu debitoris in pecunia non numerata, q. nõ currit cõtra pupillũ: ut d. l. fi. sic ꝙ ĩ utroq; casu eadẽ uř ratio. ergo idẽ ius statuẽdũ. l. fi. C. ad l. Fal. l. illud. ff. ad l. Aquil. Et per hoc uidet text. in d. §. in hac. ibi, nõ 3
uidet aũt ꝑ pupillũ stetisse ex huiusmodi stipulatione, si pupillus hæres erit &c. presupponẽdo, ꝙ pupillo nõ dẽt imputari quod adulto imputat. & istã partẽ uř tenere gl. or. & multũ no. in l. si tutoris. C. de adm. tu. istud idem cõprobatur in materia feudal. ubi adulto negligẽtia anni & diei imputatur. in c. i. §. prætereà. ibi, de prohi. feud. alie. per Fede. coll. x. quæ tamen non imputantur pupillo. in c. si qs decesserit, mino. non cogi fid. fac. eadem colla. Et maximè, ubi talis pupillus in ius patris 4
sui uel alterius succedit, qui ꝓpterea iustã causam ignorãtiæ habet, an talis census debeatur, uel res sit emphyteoticaria. & ita nõ põt sibi opponi rõ posita ĩ d. l. ii. de iure emph. quia talis ætas ipsum hẽt excusare. l. i. ĩ fi. C. de fal. mo. Nõ obst. l. properãdũ. in fi. C. de

de iudi. & §.pupillus. in auth.de hæred. & fal.colla.i.ubi
2 *pupillus & adultus æquiparantur quo ad casus ibi positos:quia in eis est speciale,sicut dicit & soluit Bar. in d.l. fi.C.in qui. cau. in integ.resti.non est nece.Concluditur ergo quòd cõtra pupillũ nõ currat dictum tempus triennii,& sic nõ est necessaria re-
3 stitutio in integ.* Contra uerò adultum currit dictum tẽpus:sed restituitur.ita debent intelligi glo. Cy.Dy.Spec.& Bar.in locis s̃.alle.Et ita uidi determinari in d.curia parla. De hac materia præscrip. cõtra pupillum uel adultũ etiã tetigi s̃. q. xxxi. de aliis præscriptionibus tã contra fiscũ, quã alios priuatos,uide multas quæstiones s̃.q.ccccxvi.Si emphyteota soluerit censum in parte, & in parte non, an pro parte incidat in commissum ? uide quæ plenè dixi s̃. q. clxxiiii. Et de illo,qui soluit falso gestori,an liberetur:
4 uide q.clxxiii.* Quæro,si pupillus nõ seruiat domino, an priuat feudo?dic quòd nõ. c. si minori.& c.fi.si de feud.def. contr. fuer. aliàs est rubrica, minorem non teneri fidelitatem facere. & ita ibi tenet Glo. & Bal.

a Nõ currat.] *Quòd autem nulla potest præscriptio aduersus pupillum currere. uidetur expeditum per text. in l. sicut. in uer. sed pupillari ætate. C.de præscr. xxx.uel xl.annorum.*

SVMMARIVM.

1 *Appellationis interpositæ uirtute, quis constituitur in protectione Iudicis ad quem:& eximitũ a potestate Iudicis a quo.*
2 *Iudex appellationum,de quibus possit se intromittere.*
3 *Iudex appellationum habet iurisdictionem in territorio ordinarij:ligata tamen est.*
4 *Iurisdictio Iudicis appellationũ expirat sentẽtia per eum lata.*
5 *Appellans non debet recedere a præsentia eius, a quo appellatur,ante, quam ille deferat appellationẽ, uel renuet deferre.*
6 *Iudex appellationum succedit in locũ Iudicis causæ principalis.*
7 *Appellari potest ad Papam. a superiore non recognoscente superiorem.*
8 *Appellans , uel appellatus,quis debeat probare in causa appellationis,disting.num.9.*
10 *Appellatione pendẽte an omnia debeãt remanere in eodem statu,in quo erãt tẽpore sentẽtiæ.*
11 *Appellatio a diffinitiua ualet.*
12 *Iudex appellationũ an debeat confirmare sententiam Iudicis a quo, latã expressa causa iniqua,& indebita,etiã si secundum*

dum processum potuerit aliter sententia ferri.
13 Appellatio nō petitis apostolis, an ualeat.
14 Sententia iudicis a quo, an cōfirmetur per appellationē interpositam.
15 Appellari an poßit a commina tione per iudicem illata.
16 Appellationem desertam esse, an sit sentētia interlocutoria, uel diffinitiua.
17 Sententia iudicis appellationū lata post desertionem, an sit nulla.
18 Sententia lata super nullitate processus, an sit interlocutoria, uel diffinitiua.
19 Appellari an debeat ab interlo cutoria, quæ habet uim diffinitiuæ.
20 Innouata medio tempore an debeant reuocari, si appellans nō faciat citari partem suam infra terminū statutorum Delphin. coram iudice, ad quem.
21 Attenta an debeant reuocari, si constet appellationem euidenter esse iniustam.
22 Appellatio an sit deserta, si eā quis nō poßit introducere præ inopia.
23 Iudex a quo, an terminum datū a se appellāti ad introducēdū appellationem, corā iudice ad quem, poßit prorogare.
24 Iudex causæ principalis, a quo, an poßit eius sententiam exequi, appelllatione deserta.
25 Filius an poßit appellare pro patre, sine eius mandato.
26 Dominus an poßit appellare, pro homine suo.
27 Episcopus an poßit appellare p sua ciuitate, uel suis subditis.
28 Impedimenta appellationis prosequēdæ qui allegat, an sit audiendus.
29 Tempora fatalium an currant in curia Grationop.
30 Cōpromißū inter partes factū, an impediat cursum decē dierū, qui dantur ad appellandū.
31 Appellatio ab interlocutoria, an admittatur in curia parlamenti Delph.
32 Grauamina oīa inserta in appellatione, an sint probanda.
33 Appellari an poßit a futuro grauamine.
34 Dies xxx. dati ad Apostolos cōcedēdos a iudice a quo, an incipiāt currere a die sententiæ, uel appellationis interpositæ.
35 Dies xxx. dati ad Apostolos cōcedendos, an currant de momento ad momentum.
36 Appellationi suæ renūcians, an ueniat cōdemnādus in expēsis.
37 Iudex ad quē, si pronunciet bene interlocutum a iudice, a quo, an desinat esse iudex.
38 Clausula solita apponi in appellationibus: protestando quod dictam meā appellationē possim prosequi per uiam nullitatis,

tatis, &c. quid operetur.
39 Incarceratus si appellat, an debeat remitti iudici ad quem.
40 Officium quod sit hodie subrogatum loco Quæstoris.
41 Appellari ad quē debeat à sententia Vicarij.
42 Episcopus si cōmittat causam, ad quem appellabitur.
43 Sentētiam quis an dabit executioni: an iudex, a quo: an iudex, ad quem.
44 Lex penult. C. de appel. ad quæ potest adduci in argumētum.
45 Tempora fatalium, an currant contra minores.
46 Tempora fatalium, an poßint prorogari consensu partium.
47 Iudex a quo, an poßit præfigere terminum parti ad introducēdam appellationem.
48 Appellationē an poßit pars introducere ante terminum sibi præfixum.
49 Appellans si petat se remitti iudici immediato, debet remitti.
50 Appellationē introducere uerbo, an sufficiat in parlamento Delphinali, si non poßit a notario statim haberi instrumētum appellationis.
51 Procedendi ratio, in causa appellationis, quæ interponitur a reintegratione poßeßionis, uigore statuti Delphina.
52 Statutū Delphinale, si quis per literas, an uideatur prohibere causam nullitatis.
53 Appellatio an ualeat a sententijs curiæ parlamenti.
54 Sententia diffinitiua uel interlocutoria super aliquo crimine prolata, an poßit mandari executioni infra decē dies datos ad appellandum.
55 Iudex appellationis an cognoscat de nullitate sententiæ, si simpliciter appelletur, & opponatur ab appellante.
56 Victus uictori an condemnari debeat in expensis, in causa appellationis.
57 Appellari an poßit a statuto uel edicto facto per iudicem, ne portentur arma.
58 Appellari an poßit a citatione, quando citatur non citādus.
59 Appellare an sufficiat ad iudicem competentem, nullo tamē expreßo.
60 Iudex appellationum cognoscit an appellatio sit recipienda.
61 Iudex appellationū nū debeat sequi statuta primi Iudicis.
62 Appellatio extra iudicium facta, quid operetur.
63 Appellari an poßit ab omißione condemnationis expensarum.
64 Appellatio an poßit interponi coram notario.
65 Appellatio an impediat executionem sententiæ.
66 Iudex q nō detulit appellationi, an poßit exequi suā sentētiā.
67 Iudex appellationū, an debeat statim inhibere.

Iudex

68 *Iudex appellationum, an ſit Iudex nullitatis.*

69 *Appellãs coram Iudice a quo, an intelligatur delere eius appellationem.*

70 *Dominus cõtumax an poſſit appellare per ſe, uel per procuratorem.*

71 *Appellare an poſſit tertia perſona.*

72 *Appellari an poſſit ab interlocutoria, de iure ciuili. et n. 85.*

73 *Poſſidens rem aliquam, dubitans in ea turbari, appellat extra iudicium.*

74 *Sententia ſi contineat plura capitula, an appellari poſſit ab uno.*

75 *Appellationes duæ an requirãtur, ſi ſimul & ſemel proferuntur interlocutoria et diffinitiua.*

76 *Appellari an poſſit à Iudice, a quo, qui aſſignauerit ad ordinandum ſuper amiſſione articulorum traditorũ, & ad diffiniendum ſuper tota cauſa, et cauſa diffiniatur omiſſa dicta ordinatione articulorum.*

77 *Si appellem a ſententia, & appellatus negat eam eſſe latã, an ipſe perdat commodum dictæ ſententiæ.*

78 *Tempus præfixum ad appellandum, an currat, etiam nullitate propoſita.*

79 *Iudex qui defert appellationi ob reuerentiam ſedis Apoſtolicæ, an totam iuriſdictionem a ſe abdicet.*

80 *Appellans a ſimplici interlocutoria, an poſſit de nullitate agere corã Iudice, ad quem.*

81 *Iudex appellationum, an poſſit pronũciare de his, quæ coram eo agi non poſſunt.*

82 *Dux ſi ferat aliquã ſentẽtiam, ad quem debeat appellari.*

83 *Appellari an poſſit a Iudice nõ ſuo, communiter electo.*

84 *Appellari an poſſit a ſentẽtia, in qua Iudex pronunciauit bene uel male appellatum.*

86 *Appellari an poſſit, ſi denegetur dilatio quæ petitur, uel audientia.*

87 *Appellationi per aliũ interpoſitæ, qui poſſint adhærere.*

88 *Appellare an poſſim poſt decem dies, ſi procurator meus non appellauit.*

89 *Appellari an poßit ſup decimis.*

90 *Attentata qualiter debeant reuocari.*

91 *Appellationis quis ſit effectus, cum quis primò appellat uiua uoce, ſaluo iure appellandi in ſcriptis.*

92 *Appellari an poßit, propter locum non tutum.*

93 *Pronuncians ſe iudicẽ non cõpetentem, an poßit illam interlocutoriam reuocare.*

94 *Iudex appellationum non ſuccedat loco iudicis cauſæ principalis.*

Prin-

95 *Princeps an poßit appellationẽ desertam admittere.*
96 *Appellari an poßit ab executore.*
97 *Iudex, ad quẽ, an poßit de nullitate sententiæ cognoscere, si appellatio a sentẽtia fuerit deserta, lapsu fataliũ, uel alias.*
98 *Appellari an poßit in causa momentaneæ possesionis.*
99 *Appellatio an poßit interponi coram notario.*
100 *Tempora fataliũ an currant, facto cõpromisso sine termino.*
101 *Appellatio deserta coram iudice ad quem, an poßim redire ad iudicem, a quo.*
102 *Reconuẽtio an admittatur in causa appellationis.*
103 *Ratificare infra decem dies an debeam appellationẽ meo nomine factam.*
104 *Dominus an repellatur ab appellãdo, si procurator fuerit uerus contumax.*
105 *Arripiens iter post appellationem interpositam, an censeatur interim esse in protectione iudicis, ad quem.*
106 *Iudex non admittens appellationem, an poßit statuere terminum appellanti, ad introducendam appellationem.*
107 *Minor qui non appellauit, an petens restitui, audiatur.*
108 *Appellationis instrumentum portãs, coram iudice ad quẽ introducens, an introducẽdo præsumatur habuiße mandatum introducendi dictam appellationem.*
109 *Causæ iustæ appellationis non prosequutæ, quæ sint.*
110 *Appellari ad quem debeat, ab episcopo in temporalibus.*
111 *Attentata an poßint reuocari, si lis contestetur super attentatis.*

QVAES. CCCCXXXVI.

CVm materia appellationũ sit quotidiana, & ipsius usus frequens existat, ut inquit iurisconsultus, in l.i. in prin. ff. de appel. & tam in practicando, quàm in iudicando. in d. superiori curia parlamenti, & aliis curiis inferioribus huius patrię, ideò ego Guido, duxi ipsam materiã hic tractare per quæstiones, & in fine cuiuslibet ponã quæ uidero de iure aut stylo curiarum obseruari. Et pro introitu præsentis materiæ præmitto vii. cõclusiones.
1 *Prima conclusio, quòd uirtute appellationis interpositæ quis cõstituitur in protectione iudicis ad quẽ appellatur, & à iurisdictione iudicis à quo appellatur, est exẽptus. extrà de app. in c. ad audientiã. Et hoc uerum, quantũ ad articulum appellationis: in aliis autem nõ est exemptus.
2 in c. proposuit. eo. ti.* Secũda con-

cõclusio, quòd iudex appella
tionum nõ potest se intromit
tere, nisi de his, quibus ad eũ
est per appellationem iurisdi
ctio deuoluta. in c. pastora. ex
trà de of. ordi. & c. i. de app.
3 lib. vi.* Tertia cõclusio: quòd
licet iudex appellationũ ha-
beat iurisdictionẽ in territo-
rio iudicis ordinarii: ipsa tñ
est ligata: quia non habet ef-
fectũ nisi appellatione inter-
posita, & corã ipso iudice de-
bite introducta: ut in d. c. pa-
storalis. no. per Bar. & Host.
Nam si iurisdictio sua uni-
cuiq; non seruaretur, ordo se
cularis et ecclesiasticus cõfun
deretur. xi. q. i. c. peruenit.
4 *Quarta conclusio: ꝙ iurisdi
ctio iudicis appellationũ per
appellationem ad eum deuo
luta, expirat sententia per eũ
lata. c. ut debitus honor. extrà
de app. & faciunt quę legun-
tur & not. per Host. in c. i. ex-
5 trà de offi. or.* Quinta cõclu
sio: quòd ubi appellatur ab a-
liquo, non debet appellans à
sui præsentia recedere antè, q̃
ipse à quo appellatur, deferat
appellationem, uel renuat de
ferre. ut in c. ex parte. extrà
de appel. la ii. & tenet Inno.
in c. super. eo. tit. quod uerũ
dico, nisi iudex statueret sibi
terminũ ad audiẽdum suam
responsionem, quod potest.
Sed secundum statuta Del-
phi. non tenetur appellans re
dire in petendo apostolos: sed
debet prosequi eius appella-
tionem corã iudice appella-
tionum, & ualet ac si aposto-
los obtinuisset: ut dixi s. q.
6 xxv. * Sexta conclusio: quòd
iudex appellationũ succedit
in loco iudicis causę principa
lis. l. tutor. in princ. ff. de usur.
& in c. Ray. in fi. de testa. ita
tenet Spec. in tit. de expensis.
§. nunc uidẽdum. uer. & not.
7 quòd expensę. *Septima con
clusio: quòd à superiore non
a recognoscẽte superiorẽ, *a* po
test appellari ad Papam: ut te
net Host. in c. cum Ioannes.
extrà de fide instru. quem se-
quitur Abb. Pan. in c. ex lite-
ris. extrà de prob. Et istis sic
præsuppositis uenio ad quęst.
8 *Et primò quęro, quis debeat
probare in causa appellatio-
b nis *b*, an appellans uel appel-
latus. & quia super hoc uarii
9 uaria dixerũt, sic * distingue,
post Bar. & doc. quia quan-
doque quæritur quis debeat
probare se iustè appellasse,
hoc est appellationem ritè in
terpositam esse, uidelicet con
gruo tempore, & similia, tũc
ille, qui appellat, probare de
bet. l. eos. in princ. & §. penu.
C. de app. & l. litigantibus. &
l. quoniam. eo. tit. Quandoq;
quæri-

quæritur quis probare debet de iniustitia causæ: & tũc aut altera pars tantùm prosequitur appellationem, altera absente contumace, & tunc ille debet probare, qui prosequit: ut in l. ampliorem. C. de app. & in auth. de his, qui ingre. ad appel. §. quia illud. Quandoque utraque pars prosequitur: & tunc aduerte: quia quædam est probatio, quæ fit per modum abnegatiuum. uerbi gratia, dico sententiam latã, me non citato, non prçcedẽte causæ cognitione, & hoc uolo probare per inspectionem actorum: tũc ei, qui appellat, incũbit probatio. & debet acta producere quæ iudex habet inspicere. ut l. ne casus. C. de app. & l. is apud quẽ. C. de eden. Si uerò quæris de probatione, quæ fit de directo per testes uel instrumẽta, tũc ille debet probare in causa appellationis, qui habet probare in causa principali. ut l. hi, qui. & ibi hoc tenet glo. post Io. And. C. de app. Nam appellatione interposita omnia remanẽt in eodem statu. l. iii. C. de app. Et ex hoc apparet, quòd originarius actor, qui habet probare in prima instãtia, debet producere acta in causa appellationis, siue sit appellans, siue appellatus. Et ita seruatur in curia parlamẽti, quando appellatur à diffinitiua; secus si ab interlocutoria appelletur: quia tunc de stylo appellans semper tenetur acta primæ instantiæ producere, tã in hac curia parla. quàm in cæteris curiis præsentis patriæ Delp. Et de hoc ẽt tetigi s̃. q. xx. In quibusdã tamẽ curiis extrà hãc patriã, uidelicet in curia officialatus Arelatẽ. semper appellatus siue sit actor originarius siue non, & siue sit appellatũ à diffinitiua siue ab interlocutoria, semper acta tenetur producere, prout uidi: quia in dicta curia Arelatensi aliàs liti
10 gaui in causa ꝓpria.* Secũdò quæro, an appellatione interposita, omnia debent remanere in eodẽ statu, quo erant tẽpore sentẽtiæ. l. iii. C. de app. An sit illud uerũ indistinctè in omni appellatione? Dic ꝙ nõ in appellatione ab interlocutoria. Nã in appellatione ab interlocutoria interposita iudex põt procedere, quousq; sibi per iudicẽ ad quẽ, fuerit inhibitũ, & ea quæ fecerit ualebunt et tenebũt: ut est casus in c. non solũ. extrà de app. li. vi. quòd secus est in appellatione à diffinitiua: quia si à diffinitiua fuerit appellatum, iudex non debet procedere ad exe-

executionẽ etiam ante inhibi
tionem:& si faciat, omnia re-
uocantur: ut in d.c.non solũ.
imò (quòd plus est) iudex te-
netur lege Iulia. de ui pu. ut
est casus in l.lege Iulia. ff. ad
11 l.Iul.de ui pub.* Tertiò à dif
finitiua potest uiua uoce ap-
pellari, & ualet appellatio.
Sed si appelletur post inter-
uallum, iudice nondũ sedẽte
pro tribunali, debet in scri-
ptis appellari: aliàs appellatio
est inualida. ut l. litigatori-
bus. cum sua gl. C. de app. In
appellatione autẽ ab interlo-
cutoria siue statim tempore
sententiæ, siue ex interuallo
appelletur, debet in scriptis
appellari: ut est casus secũdũ
12 gl. in c.i. de app. lib. vi.* Quar
tò super mã l. eos. C. de app.
q̃ro, & ista quæstio est aurea,
Iudex à quo tulit sñiam cõtra
Titiũ, & in sentẽtia expressit
cãm ratione cuius eam tulit,
quæ causa est iniqua, seu in-
iusta, ueruntamen secundum
processum nõ aliter debebat
ferri contra d. Titium. Titius
appellauit; iudex appellatio-
nũ reperit causam in senten-
tia expressam esse iniquã, &
indebitam: tamen secundum
processum contra d. Titium
non aliter debuisse ferri, an
ipse iudex appellationũ dictã
sentẽtiam debeat cõfirmare?
dic quòd sic, & causam bonã
& iustam in sua sententia ex
primere. & de hoc est casus
aureus in l. fi. ff. quod cum eo,
& ibi glo. & ita uidi iudicari
& fieri in hac curia parlamẽ-
ti. & istud tene menti: quia
13 alibi non reperies. * Quintò
quæro, aliquis appellauit, &
nõ petiit apostolos, an ualeat
appellatio? Dic, quòd nõ, sed
est nulla, iuxta cle. quáuis re-
gor. de app. Sed quid si simpli-
citer dico, appello, & iudex
det apostolos: nunquid cõfir-
matur, & ualet appellatio?
quidam dicũt, quòd si iudex
incontinenti det, quòd ualeat:
aliàs secus. Ita dicunt aliqui
doctores. Sed pone, quòd est aliquis
rusticus, q nescit petere apo-
stolos, sed dicit duntaxat ap-
pello, an ualeat eius app.
Crederẽ quòd sic: qm̃ non om
sciunt petere apostolos. arg.
in l. quoties. C. fam. exci. &
not. in c. per tuas. extrà de ap-
pel. & ita uidi in hac curia de
terminari, propter simplicita-
tem aliquorum rusticorum.
14 *Sexto, pone quòd sententia
iudicis à quo, est nulla, an per
appellationem interpositã ui
deatur confirmata? sic distin-
gue: quia aut sentẽtia est nul
la defectu cõsensus: quia fal-
sus procurator egit: & tũc cõ
firmatur, iuxta ea, quę dicit
glo.

gl.in l.fi.C.si ex falsis instru
mentis. Aut sententia ex alio
defectu est nulla : & tūc non
confirmatur per appellatio-
nem.in l.si expressim.§.fin.ff.
de appel.Ita dicit Bar.in d.l.
ii.C.si ex fal. instru. & in l.i.
15 qn̄ pro.nō est nec.* Septimò
an a cōminatione per iudicē
illata,possit appellari?& uide
tur ꝙ nō,qa uani timoris nul
la est æstimatio.l. si qs ab a-
lio.ff.de re iud.Tu dic, ꝙ qn̄
iudex comminatur de his, q
ad suā iurisdictionē pertinēt,
quòd tūc potest appellari. ff.
quod met.cau.l.ii. & l.fin.§.
i.Et ille est uerus casus. c.cū
cessante.extrà eo. Si uerò es-
set aliquis nō potēs, qui com
minaretur:qui aliàs nō habet
iurisdictionē,nō posset appel
lari.ita dicit Inn.in d.c. cum
cessante.quē ibi sequitur Io.
And.& uide gl.in l. si quis ꝓ
16 uocauerit.C.de appell.*Octa
uò,pone ꝙ iudex appellatio-
nū pronūtiet appellationem
desertā:utrū ista sit sententia
interlocutoria,uł diffinitiua?
doctores in iure scribētes in
hac q.uaria dixerūt,& repe-
riūtur diuersæ opiniones . iō
uide plenè quæ dixi suprà q.
xi.qa ibi recitaui opiniones:
&dixi qd sup articulo seruat̄
in d.curia parlamēti de stylo
17 ipsius curiæ. * Nonò quæro,
an sententia iudicis appella-
tionū sit nulla , lata post de-
sertionē.Bal.ꝙ sic,in feudis,
in ti.quo temp.mil.inue.per.
deb.in §.fi.in fi. quem sequi-
tur Host.in c. ex ratione. de
appel.& ista est ueritas, dicit
Old.per l.ii.in fin.C. de tēp.
appel.& est ratio ẜm eos:qa ꝑ
desertionem desinit iudex ap
pellationum habere iurisdi-
ctionē:licet Inn.teneat cōtra
18 riū, in d.c.ex rōne.*Decimò
quæro,an sñia lata super nul
litate processus,sit interlocu
toria sentētia,uel diffinitiua?
quod prodest scire:quia si sit
interlocutoria, debet in scri-
ptis appellari : alias appella-
tio est deserta. in c. cordi. de
app.li.vi.Et uide q̄ plenè dixi
19 s̃.q.ccxxi.*Vndecimò quæro
quid de interlocutoria, quæ
habet uim diffinitiuæ,an de-
beat in scriptis appellari? Io.
Mona.tenet,ꝙ sic,in c.cupien
tes.§.si uerò per uiginti dies.
de elec.li.vi.ī gl.magna. & te
tigi,in d.q.ccxx.& latius s̃.q.
20 xii.*Duodecimò quæro , qd
si appellās nō faciat citari par
tē suā infra terminū statuto-
rū Delph.corā iudice ad quē,
an innouata medio tēpore de
beāt reuocari? uide quæ ser-
uat hæc curia parlam.s̃.q.c-
21 xiii.*Tertiodecimò quæro,si
cōstet euidēter appellationē

iniustã, an attentata debeant
reuocari? Ant.& Bald. dñt, ꝙ
non.in c.pastoralis.extrà, de
offi.delegati.notatur ẽt ff. nil
noua.appel.pen.in gl.item ꝙ
si patenter appareat. quos ibi
sequitur Bar.Idem si consta-
ret ex actis de desertione ap-
pellationis, per decisionẽ Ro
tæ, iuxta regulam, dolo petis
&c.& per l.si is, à quo.ff.ut in
poss.leg.hodie agatur.in c.cũ
olim.de re iud.de restit. spol.
c.literas.Faciunt no.per Ioã.
Monac.in d.c.cupientes.in §.
22 pen.*Decimoquartò quæro,
quid si quis propter inopiam
nõ posset appellationẽ intro
ducere, an sit deserta? Inn. ꝙ
nõ, ĩ c.ex ratione.extrà, de ap
pellat.Idem dici posset de il
lo, qui propter paupertatẽ o-
misit appellare.l.si procurato
rẽ.§.si ignorãtes ff.mand. Et
dicũt super hoc docto.ꝙ tales
paupertates episcopus excu-
sat in appellãdo in scriptis:
quia ibi est expensa. Ab alia
uerò, quæ fit uiua uoce, nõ ex
cusat paupertas: quia ibi non
est expẽsa. Quis sit effectus i-
nopiæ, uide Inn.in c.pe.& gl.
extrà, de offi. deleg. Et ibi di-
cit, ꝙ inopia excusat ab excõ
municatione. idem dicit ibi
Inn.de inope, qui iurauit sol
uere certo termino, & nõ põt
soluere, ꝙ nõ dr̃ periurus. ita
ibi dicit Inn. Nã inopia quan
dã excusationẽ p̃stat, ut no.ff.
de ꝓcur.l.Titius.Ita ẽt ponit
Bal.i feudis, q̃ fuit prima ci
23 bene.amitt.in c.porro.*X[illegible]
quæro, an iudex à quo, ter
nũ per eũ datũ appellanti
introducẽdũ eius appella[illegible]
nẽ, corã iudice ad quẽ, [illegible]
prorogare, ẽt infra tp̃s te[illegible]
ni p eũ dati? Inn. dicit ꝙ
24 ĩ c.personas.de app.*Xvi.
iudex causę principalis à [illegible]
possit eius sententiã exe[illegible]
si appellatio sit deserta, [illegible]
to ꝙ super desertione nõ [illegible]
rit pronũtiatũ? Inn. ꝙ sic, ĩ
25 c.ex ratione. * Xvii. quæ[illegible]
an filius possit appellare [illegible]
patre sine mandato, & app[illegible]
lationẽ eius introducere. [illegible]
de quæ dixi, & quid serue[illegible]
in curia parlam.s. q. cc[illegible]
26 *Xviii.quæro, an dñs pro [illegible]
mine suo possit appella[illegible]
Spe.ꝙ sic.ĩ ti.de appel. in §.
27 ĩ fi.& tetigi j̃.q.ccccliii.*X[illegible]
an episcopus possit appellare
pro ciuitate sua, uel pro suis
subditis sine mandato? Dic,
ꝙ sic.in c.dilecto. circa prin.
extrà, de app.scripsi, in d.q.cc
28 cclxiiii.*Xx.quęro, si quis d[illegible]
cat se nõ potuisse eius app[illegible]
in termino sibi per iudicem
quo, p̃fixo introducere, alle
get impedimẽta quæ uult [illegible]
eius iuramentũ ꝓbare, an [illegible]

ad hoc admittẽdus? uide quę dixi. s̃. q. ccv. & ibi reperies quid super hoc seruatur, in
29 dicta curia parlamenti.*Xxi. an hodie ĩ d.c. curia parlam. currãt tpa fataliũ? uide q̃ di-
30 xi s̃.q.cxxxv. *Xxii. q̃ro, an cõpromisũ inter partes factũ impediat cursũ x.dierũ, q dã tur ad appelãdũ? uide quid iu dicatũ fuit in d.curia parlam.
31 s̃.q.cxv.&ibi plenè dixi.*Xx iii.q̃ro, an hodie in curiis pñ tis patriæ Delph.appellet ab interlocutoria? & qui sunt ca sus, in quibus de iure ciuili põt ab interlocutoria appella ri, uide q̃ plenè dixi s̃.q.lxxv.
32 *Xxiiii.quæro, pone, ꝙ plura grauamina inferuntur in ap- pellatione, nũquid debẽt om- nia ꝓbari? Dic, ꝙ si tẽdãt ad eũdem effectũ, quod sufficit unũ probare. si uerò tendunt ad diuersos effectus, tũc de- bẽt omnia ꝓbari, in c. ex par te.lo i.& ibi gl. not. & Henr. Bohic.extrà, de rescrip. & c. significauit.extrà, de appel.& ita dicit gl.super uerbo, ipso- rũ.in c.exhibita.extrà, de iu-
33 di.*Xxv.quæro, an à futuro grauamine possit appellari? ur̃ textus, ꝙ sic.in l.& in mul tis.C.de appel. & est casus in auth.de coll.§.si quis prouo- cauerit.coll. ix. unde plenius circa hæc quæ dixi in tracta- tu meo de appellat. in quęst.
34 xxvi.*Xxvi.q̃ro, an triginta dies ĩ. quos iudex a quo, dẽt apostolos cõcedere, de qb. ĩ l. iudicicib.C. de app. incipiãt
c currere à die sñiæ, c uel a die appell.interpositæ. Vide Tho. deci.cccclxxxiiii.quę incipit, nota ꝙ xxx.dies.Hostien.post Zenzeli.dicit ꝙ tempore ap- pellationis interpositę.& hoc probat quinque rationibus: quas uide in c.cordi.de appe. lib.vi.Verùm gl.in c.ab eo.su per uerbo, xxx.de appel.li.vi. & gl.iii.in clem.quamuis. ex trà, de app.& gl.ii.in l.i.ff. de libel.dimis.tenuerũt indistin ctè, ꝙ à tempore sententiæ la tæ currunt dicti xxx.dies: & hanc partẽ tenet Ioan. And. in d.c.ab eo.tam in gl. quam in nouella. Pro qua parte ur̃ casus, in dicta l.iudicibus. C. de appel.dum dicit, ex die sen tentiæ diffinitæ, & c.& ista est cõmunis opinio.tamen in as signatione ad dandum respõ sionem iudici super concessio ne apostolorum, est aduerten dum: quia quandoque iudex assignat diem ad dandũ eos, simpliciter dicẽdo, assigno ti- bi decem dies: qui cõputanẽ a tẽpore appellationis interie ctæ, quandoq; iudex assignat nõ simpliciter; sed specificè, di cẽdo. assigno decimũ diem iu

ris:& tunc illi x.dies cōputā-
tur à die sentētiæ latæ:& hoc
importat uerbum iuris, assi-
gnatione diei positum per d.
l.iudicibus.C.de app.& gl.su
prà alleg.Et est effectus:quia
si appellatio fuerit interiecta
die iii.post sententiā, & dies
v.iuris fuerit assignata,ꝙ nisi
pars appellās uenerit die x.à
die sentētiæ latæ cōputanda,
eius appellatio erit deserta .
Et ita uidi seruari ꝑ aliquos
iudices ad decipiendum iuris
ignaros, ut eorum appellatio
nes sint desertæ, ignorantes
tēpus iuris,ut eorū sententiæ
ratæ maneāt.Sed malè faciūt,
& contra conscientiā,nisi de-
clarent diē iuris.ita secūdum
statuta Delph. & stylū dictæ
curiæ parlamēti tēpus datū
ad petēdū apostolos, currit à
35 die sētētiæ.*Xxvii.quero,an
dicti xxx. dies (de qb. suprà
tetigi) currāt de momēto ad
d momētū? *d* Dic, quòd sic.est
glo. ord. in.cap. nō solū.glo.
sup uerbo,dicēdū.& glo.in c.
sciuit. de appel. lib.vi. & gl.
etiā in l.i.§.dies.ff.quā.appel.
sit. Et est effectus, quia hora,
qua sētētia fuit lata die x.iu
ris assignata,eadē hora pete-
re debet apostolos : alias ap-
pellatio sua esset deserta, iux
tà cle. quamuis rigor. aliàs
ubi non esset x. dies iuris as-
signata:sed simpliciter x.dies,
tunc tota dies cedit:& sic non
esset deserta. Et ista sunt no-
tanda, quia quotidie in facto
36 occurrunt.*Xxviii.quæro,qu
demus quòd appellans potest
renunciare suæ appellationi.
l.si quis libellos.C.de appel
la. An talis renuntians su
appellationi ueniat conde
nādus in expensis?Dic,ꝙ
ut tenet Inno.in cap.ex pa
te.extrà,de rescrip. Et ita
uatur in curiis præsentis p
37 triæ Delph. * Xxix.quæro
iudex ad quem, pronun
bene interlocutum à iudice
quo,nonne desinit esse iudex
ita quod cognitio negotii p
cipalis redeat ad iudicem
quo? Dic,ꝙ sic, per c.ut de
tus honor.extrà,de app.tam
hæc curia parlam.de stylo
sius curiæ,si æquū sibi uide
tur,retinet ad se quandoq
cognitionem negotii princi
palis : quòd facere non de
alii iudices inferiores,per di
ctum c.ut debitus. Et si con-
trarium faciant, potest appel
38 lari à tali grauamine.*Xxx
quæro,si aliquid operatur il-
la clausula in appellationib.
apponi solita protestando,
dictam meam appellationem
possim prosequi per uiā nul-
litatis,iniquitatis,uel facti in
iuriosi,& alias,secundū quod
mihi

mihi uidet̃? Dic, ꝙ sic, ut ui-
det̃ text. cum glo. in. l. si quis
ꝓuocatione. sup uerbo iniu-
39 ria. C. de app. *Xxxi. quæro,
si quis incarceratus appellat,
an debeat remitti iudici ad
quem? Gulielmus de Monte
Lauduno, dicit quòd erat ma
gis quæstio in studio Tholo-
sano, cum Episcopo Narbo-
nensi: & quia erat in facto, ip
se uoluit præcipitare senten-
tiam. Ancha. dicit, quòd cu-
stodiatur per iudicem à quo,
si est appellatum ab interlo-
cutoria: quia gesta per eũ te-
nent. c. non solum. de appel.
lib. vi. Si autẽ à diffinitiua, tũc
quia tota iurisdictio est deuo
luta ad iudicem ad quẽ, isto
casu põt petere, quòd sibi re-
mittatur sicut remittetur pro
cessus. C. de eden. l. is apud
quẽ. & c. i. de app. li. vi. Nam
incarceratio, est de processu.
Ad quod ipse Anch. nihil al-
legat. Sed probatur in cle. i.
post principium, de hæreti. ꝓ
hoc quia iudex ad quem, exe
quitur sententiam, si non con
firmetur prima. de quo dic,
ut notãt doctores, in c. pasto
ralis. §. prætereà. extrà. de of-
fi. del. Et quia (ut patet ibi &
not. ibi) iudex ad quem, non
indistinctè habet exequi sen
tẽtiam: uidetur quòd propter
dubium euẽtum incarcera-
tus non remittatur ad iudicẽ
ad quem, sicut etiam is, qui
captus est per iudicem secu-
2 * Sed quid si quis legauit uel donauit omnes res suas, an iura & actiones, quæ habebat talis testator, uel donans, cõtra tertium ueniant, & compræhendantur? glo. in l. omne ius. & ibi plenè Bar. ff. de sta. homi. uidentur uelle, ꝙ sic. Gul. de Cuneo, ibi tenet cõtrariũ: quia gl. procedit, quãdo donauit res simpliciter. in hac autem quęstione proposita, dicitur res suas. Et suas & meas denotãt dominium. l. suos. in princ. ff. de leg. iii. & l. non solũ. §. meum. ff. de rei. uen. Quod nõ potest in actionibus uerificari, quæ suæ non dicuntur. l. nomen. in princi. ff. de leg. iii. hoc tenet Gul. de Cuneo. & no. in l. si legatari⁹. §. si bona. ff. ad Treb. & in l. res. ff. de uer. signi. & de bonorum possessione. l. i. & dic ut ibi not. in glo. Ita dicit Bar. in d. l. omne ius. & uide plenius per eundem Bar. in l. quintus. §. argento. ff. de au. & ar. leg.

Ponit

a Ponit Bal.] *Caue, quia non se firmat ipse Bal.*

SVMMARIVM.

1 *Citatus coram diuersis Iudicibus, coram quo potius debeat comparere.*

2 *Citatus Regi potius, quàm Archiepiscopo, debet honorem in comparendo exhibere.*

QVAEST. CCCCXLIII.

QVidam reperitur citatus ad instantiam suorũ creditorum, eadem die, in hac curia parlamenti, & coram domino officiali huius ciuitatis Gratio-
1 nõ. An * comparendo coram dicto domino officiali, possit reputari contumax in d. curia parlamenti, ut expletum contra eum factum ualeat? et uidetur quòd non. quia prin-
a cipes subsunt episcopo *a*, quo ad censuram ecclesiasticã: ut no. Inn. in c. extrà de offi. ordi. & sic uidetur maior episcopus. attamen Inno. in c. cum parati. extrà de appel. ibi, nos credimus &c. dicit quòd cita-
2 tus à Rege, debet * ei honoré
b in cõparendo exhibere *b* magis, quàm Archiepiscopo. Ex quo propterea cõcludo, quòd expleta facta in casu præsupposito in curia parlamenti in contumaciam partis non cõparentis; ualet & tenet: quia tunc debuit cõparere in parlamento citius, quàm coram officiali Grationo. Et ita uidi concludi in camera consilii. Secus si corã Papa fuisset talis citatio facta: quia Papa ante omnes honorari debet, & semper est eidem obediend... Et citatio coram eo facta, excuset à comparendo alibi, ... si procurauerit se ibi citari: ... ibi dicit Inn. et uide quod ... ff. de offi. præfe. præto. l. i. §. his cunabulis. & l. ii. in fi... cust. reo. De hac materia ... tetigi s. q. cclxxvi. Sed q... de illo, qui citari facit debi... rem suum coram diuersis ... dicibus, pro eodem debito ... de, quæ dixi s. q. ccccxxi. uide plenius de hac q. in l. ii. in §... ff. si quis cau. & in l. contra pu... pillum. in §. solus qui ad mi... nus. ff. de re iudi.

a Subsunt episcopo.] *Vide quod nota. in c. omnes principes. et ... c. solitæ. extra de maio. & ob...*

b Exhibere.] *Vide Bal. in marga... ri. uersi. citatio, uersi. xli.*

SVMMARIVM.

1 *Vicini an possint collectam indicere pro puteo reparando, aut uia reficienda.*

2 *Collecta pro uia publica reficienda, an possit indici authoritate dominorum Parlamenti.*

Con-

3 *Conductor, an dominus, debeat conferre in collecta, pro uia reficienda.*

4 *Via publica destructa, quomodo subueniatur Reipublicæ.*

QVAES. CCCCXLIIII.

VTrum possint uicini collectã indicere, pro
1 * puteo publico reap
a tando siue reficiendo *a*? dic quod
b sic. *b* arg. in l.i.§. uicinales.ff. ne quid in loco publico. Ad idem ff.de collegiis illicitis.l.i.§.i. & ff.de redi. l. iiii. §.actor.& ff.qđ cuiusq; uniuer. l.i.& ff. de uia pu.l.ædiles. Et possunt talẽ collectã indicere eorũ propria authoritate: per tex.in d.§.uicinales.in fi. quia concernit tantummodo illos, qui morantur in uicinitate uel in loco, ubi sit puteus. Secus autem in collecta publica: ut puta in collecta quæ indicitur transeuntibus supra pontem.nã illa non potest indici ab uniuersitate, nisi authoritas principis interueniat.ut C.de superindicto.
2 l.i.li.x.* Sed an ad hoc sufficiat authoritas dominorũ de parlamento, qui non obtinẽt uicem principis, sed solũ præfecti prætoris? Dic quòd sic, de consuetudine & stylo ipsius curiæ parla. De materia cõtributionis in reparatione mœniorum: uide quę dixi s. q.vii. & q.lxxviii. Et de cõtributione in reparatione uiarũ & itinerum: uide tex.in d.l.i. §.uicinales.ff.ne quid in loco publico.& Pet. Iac.in tit.sup iurisdictione, libellus in materia, ubi tractatur de bassa iurisdictione. ibi, nũc quæritur ad quem pertineat iurisdictio
3 in uia publica &c. Sed * quis debeat conferre pro puteo reficiendo uel pro carreria reparanda, aut cõductor domus, uel Dominus? Dic quòd dominus, per tex.in l.hi quę.C. de agri.& censi.lib.xi. Si tamen conductor aliquid soluerit, poterit imputare domino, & deducere de mercede.l.
4 ædiles. ff. de uia publica.* Si uia publica destruatur, quomodo subuenietur reipublicę? dic quòd iudex pręcipiet fieri uiam per fundum uicini, ut dicit Pet. Ia.ubi s. De uia publica, ad quẽ in ea pertineat iurisdictio, tetigi j.q. cccccl xxvii.

a Puteo publico reaptando siue reficiendo.] *Vide Spec. in tit.de censi.in §. nunc dicendũ. in v.col.in uersi:item pone.*

b Dic quòd sic.] *Adde Bar.in cõsi.incipien. quædam conuicina. Barth. Cæpol. de seruitu. urba. prædio. cxlvij.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio facta in personam uxoris, an ualeat: & possit procedi contra maritum, tanquam cõtra contumacem.*

2 *Citatus corã Iudice delegato, an teneatur comparere, si in citatione non mittatur copia rescripti sui.*

3 *Citatus a non suo Iudice, an teneatur comparere.*

4 *Citari an, et quando debeat a delegato, uel ab ordinario.*

5 *Mulier grauida citata, personaliter ne teneatur comparere.*

QVAEST. CCCCXLV.

1 AN ualeat * citatio in personã uxoris & cõtra maritum tãquam contra contumacẽ possit procedi in iudicio? Aliqui dicũt, ꝙ sic. & allegãt ar. text. in l. q aliter. §. sed & si seruus rectè ait. ff. quod ui, aut clã. Sed Ia. de Are. dicit contrarium. Primò, quia ex hoc posset sequi inconueniẽs, si fortè uxor haberet odio uirum, uel ecõtra: & sic nõ notificaret unus alteri. Itẽ, quia sciẽtia patris non nocet filio. ff. quis ordo in bo. posse. seru. l. iiii. Sed qđ si fiat in personam uxoris in domo habitationis uiri? Credo ꝙ posset dici ista citatio ualida: per text. in d. l. aut qui aliter. in §. j. in fi. ibi autem dom[illegible] denunciandũ &c. Et facit pro hoc ff. de li. agno. in l. i. §. i. & de dam. infec. l. iiii. §. prætor. maximè, si uxori uel alteri de familia uiri in domo sua cõ moranti tradatur copia lit[illegible] rarum compulsoriarum, [illegible] citationis. ut dicit glo. no. l. licet. C. de repudiis. sed i[illegible] Iac. de Areti. credit hoc u[illegible] si lis erat contestata: alias [illegible] & sic intelligit ipse Iac. g[illegible] de autho. tut. in l. fin. & ff. app. l. ex cõsensu. §. fi. et l. [illegible] fi. quæ sentẽtiæ sine appe[illegible] Et etiã disponũt statuta D[illegible] phi. quæ uolunt ꝙ citatio [illegible] in personã citandi. Sed in [illegible] curia parlamenti de styl[illegible] uatur, quòd quãdo citat[illegible] cta in domo habitationis, [illegible] in personam uxoris, uerisi[illegible] liter deuenisse præsumitur [illegible] notitiam mariti, quòd ta[illegible] citatio reputetur ualida: & [illegible] proceditur cõtra eum in eius cõtumaciam, ubi maximè [illegible] agitur de magno præiudicio mariti, ita semper [illegible] & obseruari. 2 An citatus * corã iudice delegato teneatur comparere, si in citatione nõ mittatur copia rescripti sui? Inno. & Host. dicunt ꝙ non, in ca. proptereà. de dilatio. De citatione, uide s̃, q. ccccl[illegible]xiii. De hac materia citationis,

nis, etiã tetigi in tractatu de presumptionibus p me Guidonē Papæ cõpilato, in uer. presumitur clericus in ecclesia &c.
3 * Vtrum citatus à non suo iudice, debeat comparare? uide Bart.in l.extra territorium. ff. de iuris. om. iu.& Dy.in c.quæ fiũt à iudice. de reg.iur.li.vi. Vbi citari debeat uagabundus: uide Inn.in c.si aduersarius. extrà de eo, qui
4 mittitur in possessionē.* Non debet quis personaliter citari à delegato, nec ab ordinario: nisi in casibus descriptis in c. i.de iud.li.vi. Nisi citaretur corã Papa uel Imperatore: aut coram aliquo alio principe. Quod facit ad quæstionē sæpe occurrentem de his qui citantur coram domino guberna. Delph. personaliter ultra casus ibi descriptos. Verũ fieri possit? Sed quicquid sit de iure, tamē de stylo huius curiæ parla. in quibuscunq; casibus citatus personaliter corã dicto gubernatore, si nõ ueniat, reputatur cõtumax, & fit expletũ contra eũ indifferenter.
5 Sed * an mulier grauida teneatur personaliter citata cõparere? Dic ꝙ non, per l. non exigimus. §. si uerò propter. ff. si quis cautionibus. & ibi Bart. De materia citationis, ẽt tetigi s̃.q.cclv. An sufficiat citare syndicũ uniuersitatis: uide s̃.quæ.cccxxi. An sufficiat citare procuratorē: uide q̄ plenè scripsi in notabilibus meis in §.citatio, & processus incipere possunt.&c.

SVMMARIVM.

1 *Vox publica, & rumor in patria, excusãt à dolo et calũnia.*

2 *Lata culpa in delictis non æquiparatur dolo.*

QVAEST. CCCCXLVI.

1 VOx publica a *, & rumor, qui sunt in patria, sunt iusta causa credẽdi id de quo est uox publica: licet uerũ nõ sit. Ita dicit Bart.in l. proprietas. C.de pbationibus. & pbat̃ in l.ul. ff.de hær. insti. & ita ibi not. Bar.& in l.ii.in prin.ff.qs ordo in bonorũ possessione seruet. Idē probat tex. in l.eũ q. §.qđ dicitur. ff.de acq.hęr.& ibi dicit Bart.ꝙ fama excusat à dolo. facit l.miles.§.mulier. ff.de adul. & ibi ẽt per Bar.in l.i.ff.de arbitris. iuncta glo.& alibi dicit Bar. in l. ꝓprietas. C.de proba, ꝙ fama inducit iustã causam credendi. & sic inducit titulũ putatiuũ, qui sufficit ad prescriptionē. ita ibi dicit Bar, Et sic facit, ꝙ q accusauit aliquem de maleficio de quo erat fama, non põt puniri, tanquam faciens falsam

accu-

accusationem, quod fuit obtẽtũ millesies: ut ibi dicit Bart. & Sal. dicit in l. ea quidẽ. C. de accu. quòd opinio communis facit eum, qui secundùm illã agit, præsumi bonæ fidei: ut C. ne de statu defunctorũ. l. si mater. itẽ excusat à dolo. ut C. ad l. Flauiam de pla. l. plagii. & ibi glo. & ff. de abig. l. i. §. fi. cum ibi no. Ideò opinando, dixi nobilẽ Christianum de mota, uice castellanũ Voyronis, non fore inquietãdum etiam instante parte priuata: quia fecit per matronas uisitari quandam filiam puellam, quæ uoce & fama referẽtibus dicebatur partũ fecisse, & eum occultasse* Lata enim culpa in delictis nõ ęquiparatur dolo. glo. in l. in actionibus. ff. de in litem iurando. Quæ sit differentia inter cõmunem opi. & famam publicam: uide Spec. in tit. de notorio crimine. §. sequitur de manifesto. in fi. Per cõfessionem dicitur fieri crimen notoriũ. c. nostra. extrà de coha. cle. & ibi no. in glo. & ponit Bart. in l. si confessus. ff. de custo. reo. Vide de fama, quę scripsi s̃. q. ccci. Quæ sit differentia inter rumorem & famam, uide Inno. in c. iii. de præscr. Et de effectu rumoris, in l. Pacumeuius. ff. de hæret. instit. & per Bart. tetigi etiã s̃. q. cccl. in fi.

2 Vox publica,] *seu fama, cuius effectus sit, uide omnino Sal. in l. proprietatis. in uers. quæ quæ sunt. C. de probat.*

** Tu adde, cuius sit effectus, si est quæstio de filiatione, & fama uiciniæ, est contraria assertioni illorum quorum filius dicitur, & illi hoc negant: uide Pet. de Anc. in c. transmissa. qui fil. sint legit. in y. no. ubi dicit. quòd fama uiciniæ tunc deest, quando a patre & matre filius reputatur & nominatus. c. per tuas. de probat. uel quia in domo, uicinis scientibus, natus est: ut l. filium. ff. de his, qui sunt sui uel alie. iu. & l. si nis. C. de nup.*

SVMMARIVM.

1 **Executio an debeat fieri in bonis dotalibus, pro debitis mariris, uiuente uiro disting.**

3 **Creditori uxoris quo remedio subueniatur.**

QVAES. CCCCXLVII.

1 PONE uxor cõuenitur & cõdemnatur * in actione personali, an fiet executio in bonis dotalibus uiuẽte uiro? dic quòd non, à secundum gl. in quinq; legibus, in gl. magna. in fi. ff. de bo. dam. 2 * quod intellige, nisi debito cõtracto ante contractũ matri-

trimonii, quo casu quando mulier postea constituit omnia bona sua in dotē, pōt fieri executio in dote, cū bona dicantur deducto ære alieno. ut ff de uer.sig.l. subsignatū. §.bona. & ff.de iure dot.l.mulier bona. Pro debito uero cō tracto per uxorē, post cōtractum matrimonii, & dotis cōstitutionē, nō fiet executio in bonis dotalib. Ita intelligitur d.gl.& ꝓ hoc facit l. cū post. ī §.patrona.ff.de iu.dot. & ff. de his, quæ in frau.cre.l.fi.§. si à socero.uers. aut certè &c. Et ita uidi in hac curia deter
3 minari. * Sed quo remedio subuenitur hoc casu creditori uxoris? dic, ꝙ uxor tenebit cauere de soluēdo, sol.mat.ut d.uersi. aut certè &c. Vel fiet executio in bonis paraphernalibus si quæ habeat. Sed si nō possit cauere, credo quòd sufficiet iuratoria cautio, iuxta auth. generaliter.C. de episco.& cler.

2 Quòd non.] *Istud probatur, quia dos est uiri.ut in gl. in l. in rebus.in uersi.iure naturali. ibi, imò sunt uiri.C. de iure dot. Sed sic est, quod uir non conuenitur pro uxore, ut in rubro & nigro, nec uxor pro marito. Patet ergo, quòd pro debito uxoris in rebus dotalibus non debet fieri executio.*

SVMMARIVM.

1 *Commentariensis an pro expensis possit retinere incarceratū.*

2 *Commentariensis quod debeat præstare iuramentum.*

3 *Commentariensis capite punitur, si rem habuerit cum muliere incarcerata.*

QVAES. CCCCXLVIII.

SI incarceratus per sententiā iudicis, liberetur, an commētariēsis possit eū
1 retinere *pro expēsis, & salario custodie? Ia.de Are. dicit ꝙ nō: sed dēt eū ralaxare: & posteà cōtra eū agere, si uult.
2 allegat *a* ipse l. omnes. C. de pe.l.ob ęs.C.de act.& obli. & in auth.ut nul.iud.§.quia uerò homini. Ad quod facit (dicit ipse) quod no.in l. diuus. in fin.ff.de bo.dā. Sed de consuetudine, quæ iuri derogat, cōmētariēses huius ciuitatis Gration.solent eos retinere, donec soluerint, aut cum eis concordauerint, taliter quòd de expensis & custodia carce
2 rum sint contenti.* Sed iuxta hoc quæro, quod iuramentū debet præstare cōmētariēsis introitu talis officii? uide in clem.i. §. porro. de hæreti.
3 *Si cōmentariēsis cognoscat carnaliter mulierē incarceratam, capite punitur. ut di-

cit Ioan.Fab.instit.de pu.iud. §.item lex. De materia incarcerationis,uide quę dixi s̃. q. lxxiiii.

a Allegat.] *Iura hic allegata non probant opi. Iaco. de Aret. Et quod de iure incarceratus retineri possit pro expensis factis, facit l.si necessarias. in prin. ff. de pig.act.*

SVMMARIVM.

1 *Tonsura collata a non suo episcopo,an ualeat.*

2 *Tonsura collata laico a non suo Prælato,tenet.Et qd ita,nu.3.*

4 *Clericatus an possit probari per testes.*

QVAEST. CCCCXLIX.

1 LAicus effectus est clericus,à non suo episcopo*sine licentia uel cõsensu sui episcopi, nũquid ualeat tonsuræ collatio? Et uidetur primò, ꝙ non, iuxta c. eos.iũcta gl. super uerbo statuũt.& c. cũ nullus. de tẽpo. ord.li.vi.facit bene lxxi.di. c. i.& hoc uidet̃ tenere Io. An.ĩ c.fi.extrà de tempo.ordi.li.vi. & tetigi in c.i.gl.super uerbo. clericatus.eo.tit.in contrariũ uidet̃ quòd character uidet̃ impressus habita illa conside ratione,quòd clericatus ẽ or-

2 do a.c.cùm cõtingat.extrà de æta.& qualita. Ita dicit gl. in fi.super uerbo, tonsurã.extrà de tẽp. ord. Si igit̃ character sit impressus,ipse nõ potest de leri.sicut dicimus de actionibus directis,quæ in ossib. nostris adeò sunt incorporatæ quòd à nobis separari nõ possunt.l.iii.ff.pro soc. Item no.Bar.qui talem similitudinem facit de charactere & actionibus directis.ut l. nec potest.ff. de le.i. Nec obstant iura s̃.pro parte cõtraria allegata:quia loquuntur in clerico,qui facit se ordinari à non suo episcopo, sine consensu uel licentia sui prælati, [illegible] iura non possunt adaptari [illegible] casum istũ: in quo loquimur de laico & nõ de clerico [illegible] uidentur casus diuersi & aduersi. Et potest esse diuersitatis ratio: quia ille qui [illegible] clericus, iã est effectus de iurisdictione Episcopi.ille autem qui est laicus, non est de iurisdictione Episcopi: sed est de iurisdictione temporali [illegible] modò:sicut clericus non potest iurisdictionem alicuius Episcopi prorogare sine licentia sui Episcopi. ut l.significasti. extrà de foro comp.iii.q.vi.c. non liceat.& not.gl. in l.i.ff. de iudic.sic nec debet etiã ordines a nõ suo prælato recipere, sine licẽtia sui Epi. ut & c.eos.& c.cum nullus. lxxii. di. 2

3

di. c. i.de tempo.ordin.lib.vi. cũ potior rõ nõ uideaẽ ĩ uno casu, quam in alio. Iõ idẽ ius statuendũ est.l.fi. C.de cõsti. pe.& l.fi.C.ad l.Fal.Ille autẽ qui est laicus, nõ est de iurisdictione Episcopi: sed de temporali.ideò sicut ipse põt iurisdictionem alterius iudicis tẽporalis prorogare sine cõsensu & snĩa sui iudicis.l.i.ff. de iudi.& l.si cõuenerit.ff.de iurisdi.om.iudi.Ita uĩ, ꝙ primã tonsuram põt à non suo Episcopo sine licentia sui diœcesani recipere, postquam prohibitus nõ reperitur ordines cõferre clerico alienæ diœcesis:ut s̃.alleg. Non tamẽ reperitur prohibitum hoc in laico, si cõferatur.tenet ergo ta-
2 lis coll.arg.præmissorũ.* Pro hoc facit una talis ratio: quia si laicus à non suo prælato tõsurari non debet, argu. iuriũ allegatorum. attamen si tõsuretur, ualet, & tenet talis tõsura:iuxta illud, qđ fieri non debet, factum tamen tenet.l. ii.§.biduũ.ff.quã. appel. sit.l. relegatorum.§.ad tempus.ff.
3 de interdi. & releg.Et* maxime, quia aliquis canon non annullat talem tonsuram, saltem, quòd uidero dicẽdo sic: Nullus episcopus laicũ diœce.alienæ debet ordinare sine licentia Episcopi, & si fecerit, quòd ordinatio non tenet &c.Sicut in simili ponit Dy. in c.quæ contra ius.extrà, de regu.iur. Et licet in d.c.lxxi. dicatur in fine, quòd talis ordinatio de clerico facta rata non habeatur, &c. hoc debet intelligi in suis terminis.& ita in clerico ordinato a nõ suo Episcopo, & nõ in laico, de quo hic loquimur, cum à uerbis legis seu canonis nõ sit recedẽdum.l.non aliter. in prin.ff.de leg.iii. Vel potest dici, quòd d.c.i.locũ habet, quãdo executio talis ordinis interdicta est à proprio Episcopo:iuxta c.quod translationẽ. extrà de temp. ordi. in antiquis.aliàs autem ubi nõ sequitur aliqua interdictio talis ordinis, sed eam tolerat proprius Episcopus, & ita etiam habet ratã.saltẽ tacitè, uel aliàs expressè, rata manet talis ordinatio de clerico facta.ita uidenẽ sentire gl.ĩ d.c.i. lxxi. di.& Io.An.in d.c.eos.gl.sup
4 uerbo, statuunt tale. * Iuxta præmissa, quero, an clericatus possit probari ꝑ testes.Iac.de Bu. tenet quòd nõ.in l.si qua per calumniã. C.de episco.& cle.uide tamẽ super hoc quæ scripsi plenè ĩ.q.ccclxxiiii.
2 Est ordo.] *Dum quæritur, an prima tonsura sit ordo: dic si loquimur de ordine, in-*

quantum est sacramentũ, & imprimit characterẽ: isto modo nõ est ordo, nec sacramentũ, nec imprimit characterem. secundum Tho. ĩ iii. sñia. distin. xxiiii. et iõ iura non posuerunt primã tõsuram inter ordines. xxxii. distin. c. seriatim. lxxvii. dist. c. illud. & xciii. di. c. a subdiacono. si uerò loquimur de ordine, nõ ut est sacramẽtum, sed ut largo modo pro deputatione ad diuinum officium seu cultũ: sic est ordo. & ista no. extrà de ætate & qualitate. cum c. contingat.

SVMMARIVM

1 *Mulctæ inflictæ clerico antè, quàm se allegaret clericũ, an possint exigi per clericum.*

2 *Citatus a delegato an teneatur comparere.*

QVAEST. CCCCL.

SVpra q. ccccxxiiii. & q. ccccxxxvii. fuit uisum de delictis perpetratis in
1 hac patria *per nobilem Rodulphũ de cõmeriis, & eius sequaces. & contigit, quod quia aliqui ex dictis suis sequacibus citati coram parlamento responsuri intitulandis cõtra eos ad causam præmissorũ nõ cõparuerũt, mulctæ fuerunt cõtra eos declaratæ ad diuersas pecuniarũ sũmas fisco Delph. adiudicatas. Post quarũ mulctarũ declarationẽ fuerunt ipsi delati capti & incarcerati: sed fuit cõclusum eos fore remittẽdos officiali Gration. tamquã clericos, cum de eorũ titulis docuerint. Sed tũc fuit dubitatũ an ipsi remittẽdi deberẽt soluere antè eas mulctas, contra eos (ut præmittitur) declaratas. & dixerunt aliqui ex dominis, quod sic: quia ipsi debebãt cõparere, & eorũ priuilegia allegare: ar. l. ex quacunq; c. ff. si quis in ius uo. nõ ierit. & dicit l. si quis ex aliena. ff. de iudi. Sed ego dixi cõtrarium: quia in clericum iudex secularis nullã habet iurisdictionẽ neque coertionẽ & proinde ius corã iudice seculari, contra clericũ formatus est ipso iure nullus. in c. si diligẽti. extra de fo. com. Nec obstat d. l. ex quacũq; cã. quia loquitur de tali cõtumace, q. si cõparuisset, potuisset cõsentire in iudicẽ. quod secus ĩ clerico: cuius contumacia & comparitio æquiparanẽ. Nec põt operari plus cõtumacia, quàm consensus: ut in c. at si clerici. extra de iu di. & in dicto c. si diligẽti. & faciunt no. per Dy. in c. ea quæ fiunt à iudice. de reg. iur. li. vi. Et hanc opinionẽ expresse tenet Bal. ĩ d. l. ex quacũq; cã. ĩ q. quæ incipit, Itẽ quæro de illa q. clericus & c. & Spe. ĩ ti. de citatio-

tatione.§.uerhc.sed pone, ꝙ iudex secularis. Ideò die xiii. mẽsis Augusti, M.cccclx. in camera cõsilii, præsente nobili Io.de Pales, commissario regio, fuit determinatũ & cõclusum ꝑ dominos meos de parlamẽto, & ordinatũ, ꝙ dicti clerici non soluant dictas mulctas cõtra eos (ut prę mittitur) declaratas, & fuerũt relaxati absque solutione ipsarum mulctarum. de hac materia uide per Ang.de Are.l.cotumacia.§.contumaces.ff. de re iud. Vltra præmissa quærit Bal.in d.l.ex quacũq; cã, si iudex laicus bãniat clericũ quẽ ignorabat clericũ, an impunè possit occidi. Dicit Bal. ibidẽ ꝙ occidens excusat: qa ignorabat eum clericũ. & ita dicit Bal. ita fuisse determinatũ in quadã disputatione, per has leges, uidelicet, per l.pc. ff.de adul. & ꝑ l.fi.ff. de abig. Sed illi qui scirent de clericatu, nõ excusarentur. Et istud adduco pro determinatione q.cccxxiii. ubi dixi cõplices dicti Rodulphi excusandos ex eo, quòd credebant quòd in congregatione ibi enarrata dictus Rodulphus de commeriis, uellet aliquid eis dicere ex parte dñi nostri Delph. ꝑut ipse Rodulphus eis dabat ad intelligendũ: licet nõ fecerit. Itẽ * quærit Bal. in d. l.ex quacũque cã. an citatus à delegato, teneatur cõparere. & dicit quòd non, nisi iudex delegatus transmittat in citatione copiam delegationis suæ. ꝙ secus in ordinario iudice, alleg.tex.i c.pręterea. extra.de le. Et i hac materia curiæ, ibi ad hoc Bal. a qui eã latè tractat, ꝑ diuersas quæstiones, per duas colũnas. Ad hoc Bal. iiii. col. in uers. *ità quæro de ista quæstione.*

2
2
a
a
1
2
2
1

SVMMARIVM.

1 *Curia, uerbum, quid importet.*
2 *Sententiæ latæ, curiæ nomine, ualent.*

QVAES. CCCCLI.

Quid contineatur appellatione curiæ. ? ∗ do. Raymundus* de Sabanaco in sua reper.l.morte maiorũ.ff.de iuris. om. iu. dicit ꝙ uerbum, curiæ, ẽ uerbũ indifferens ad quẽcũque ius reddẽtẽ in curia, ar.l.ii.in prin.ff.de ori.iur. Quod facit ad quæstionẽ in ordinatione factã: in ꝓcessu alicuius causæ, dicitur uisis actis curia sic ordinat, &c. Vtrũ ualeat talis ordinatio, & quid cõpræhendatur appellatione huius uerbi, curia. Ego credo ualere talem ordinationẽ, & tale

uerbū curia, postquā est indif
ferens, summi ac referri de-
bet ſm materiā. Et ita tali or
dinatione sumetur curia, p
iudicē uł magistratū ī tali cu
ria pręsidente. l. si uno anno.
ff.locati. & l.si olei. C. eo. tit.
sic, ut res potius ualeat, quā
pereat. l. quoties. ff. de reb. du
2 biis. Ex*quib. propterea infe
ro, quòd snīę & ordinationes
quæ fiunt in hac curia parla-
mēti Delph. in quib. dicitur,
curia ordinat uł cōdēnat, &c.
quòd ualent tales sententiæ.
Et ita seruatur de stylo pn̄tis
curiæ. Similiter etiā, ut audi-
ui, seruaē in hac curia parla-
mēti regii Parisiis & Tholosę
a Appellatione curiæ.] *Ponitur
enim curia pro officio decuriona
tus. l. exceptiones. C. de numera
riis. libro xii. Et hoc facit in
materia præsentis quæstionis.
Quòd autem per curiam, intelli
gatur iudex, patet: quia ibi cen
setur curia, ubi est iudex. arg.
eius, quod dicit domi. Inn. in c.
exposuit. extra, de dilat.*

SVMMARIVM.

1 *Consulum creatio.*
2 *Consules cui iuramentum præ-
stare debeant.*
3 *Consulum creatio an fieri debe-
at cum decreto Iudicis.*
4 *Consulū unus an poterit negotiū
uniuersitatis insolidū gerere.*

QVAES. CCCCLII.

DE modo eligēdi cōsu
les ī hac ciuitate Gra
tiono. uel alia uniuer
1 siate: uide tex. in*authent. de
defen. ciui. in §. si qua uero
colla. iii. ubi habetur quomo
do cōsules, hoc est, defensore
2 ciuitatū, a debēt eligi per c
culū, id est, circuitū, sic, qui
quilibet suo loco tale onus
beat: & ita ēt de consuetudi
ne seruaē. Sed quid de cōfr
tris huius ciuitatis uel alte
us loci, an priores ipsarū co
fratriarū debeāt similiter e
gi, & ille modus obseruat
Dic quòd sic, p dictū §. si er
uerò. & ita de cōsuetudine
uaē. Et circa hāc mām aten
tēdū: quia in creatione acto
ris, tutoris, curatoris, uel fra
dici debet attēdi cōsuetu
ut not. gl. in l. ita tamē. circa
prin. ff. ad Trebel. quod est singu
lare: quia in multis locis non
semper seruaē dispositio iu-
2 ris in ipsis cōstituēdis. *An
cōsules debeant iurare domi
no uel suis officiariis: & de iu
ramēto quod ipsi debēt de iu
re præstare cōsules: uide quæ
scripsi post dominū Pet. Pa-
pæ, patruum meū j. q. cccccc
3 xxxj.*An in creatione cōsu-
lum requiratur decretū Iudi
cis? gl. quòd non. in l. actor.
ff. rem

ff. rem ratam haberi. Tamen alibi dicit gl. quòd requirit. C. de decretis decurionū. lib. x. super rub. Sed in gl. loquitur in syndicis creatis decurionib. uide Ioan. And. in tit. de
4 syndico. Si sint plures* consules, an unus ipsorū poterit in solidum negotium uniuersitatis genere? gl. quòd sic, in l. i. C. si unus ex pluribus tutoribus. idem Spe. in tit. de procuratorib. §. ratione. uersi. quid si plures sunt consules.

a Hoc est, defensore ciuitatū.] *Hi Græco uocabulo syndici uocitantur, qui gerunt negotia uniuersitatis. cap. i. & ibi gl. in rubr. & in gl. extra, de syndic. & ibi uide do. Gof. in summa. qui tractat, quid sit syndicus, unde dicatur, quid sit officium eius, & in quo inter se differunt procurator & syndicus, æconomus, actor, & uicedominus.*

SVMMARIVM.

1 *Fiscus, dicitur saccus.*
2 *Camera fiscalis, unde orta.*
3 *Cubicularii Papæ, uel Imperatoris, quam dignitatē habeāt.*

QVAES. CCCCLIII.

a Camera a fiscalis, dicit esse domus, in qua scripturæ patrimoniales, & alia iura fiscalia reponun-
1 tur.* Nā fiscus, dicit saccus, seu bursa: & augente impe-
2 rio, quia saccus non* sufficiebat pro præmissis reponendis, subrogata fuit una domus. Ita dicit gl. ordi. in l. In prouinciis. C. de nume. rutularriis & chartulariis. lib. xii. Quæ domus expost fuit appellata camera fiscalis, seu Imperialis. in c. i. §. si quis ausu. ibi, pœna. c. libra auri cameræ nostrę inferenda, &c. Quę camera in regno Franciæ, & in hac patria Delph. camera computorū appellatur. & de hoc uide quæ ponit do. Iac. Rebuf. in l. i. C. de iure fisc. li. x. Et in curia Roma. camera apostolica nuncupatur. Et
b quam camerā apostolicā b uisitaui ego Guido Papæ, de anno domini, M.ccccxlii. de mēse Septē. dum tunc Romæ ad Papā Nicolaū quartū in ambasiata missus fuissem, per illustrissimū dominū nostrum Lud. Delph. Vienñ. Verū, q2 tunc ibi me existente Romæ, præfatus dominus noster Papa habebat octo cubicularios
3 actu sibi seruientes: * quæro quam dignitatem habeant tales cubicularii Papæ, uel Imperatoris? uide in l. i. §. & cubicularios. C. de prępposi. sacri cubiculi. lib. xii. ubi de cubicularriis mentio habetur.

a Camera.] *Tria sunt scrinia seu*

cameræ sacræ, scilicet epistolarũ, quæ principi, uel ab eo mittebãtur, item, libellorum conuentionalium, recognitionum, item dispositionũ, ut est registrũ gl. super rub. C. de proxi. sacro. scrinio.

b Cameram apostolicam.] *Quæ etiam sic appellatur mortuo Papa, extrà, de elect. cap. ubi periculum. §. si quod ab. lib. vi.*

SVMMARIVM.

1 *Agi ut possit ad cõmissum, quæ requirantur, uide per discursum. nume. 2. 3. 4. & 5.*

6 *Dominus qualiter aget ad commissum.*

7 *Rem emphyteoticariam quibus sit prohibitum alienare.*

QVAEST. CCCCLIIII.

SVprà q. clxii. & q. clxiii. & q. clxiiii. & quæst. ccccxxxviii. tetigi de materia commissi rei feudalis: sed ultrà ibi dicta[a], di-
1 co inter* cætera requiri quatuor ad hoc, ut possit agi ad
2 cõmissum.* Primò probatio
3 feudi ex parte agentis.* Secũdò, in curia seu negligentia uel alia ingratitudine ex parte illius, qui uasallus dicitur. in c. i. circa prin. quę fuit prima causa beneficii amittendi. Et de prohibita feudi alienatione per Federicũ. §. præ-

tereà si quis. in feudis. col.
4 *Tertiò, quòd ipse qui uasallus dicitur, maior xiiii. ann.
existat: ut dic. §. præterea, si
5 quis. Quartò* quòd ipse ua-
sciat aut saltē scire debeat b
esse feudalem. in cap. i. in
super uerbo, ultra annum,
prin. quo tempore miles in-
uestiturã petere debeat. Sed
6 qualiter* agit a dominus
a cõmissum? gl. & Bal. dicũt,
aget dominus rei uendica-
ne directa. ita dicunt, in c.
de cõtrouersia inter do. & e-
ptoré. Idem ibi tenet And.
Ysern. attamen (prout dic.
melius uideť domino, qu
condictione ex moribus.
usu feud. uidelicet condi-
ne ex l. Imperialem. cum
concordantiis sic dicendo
Titius teneret in feudũ a
talé ré, & eã sciẽter uẽdi-
ex ea cã tu possideas eá. ob
feudũ illud est mihi aper.
ago ut mihi restituas. & hæ
cõdictio aduocat possessioné
tm̃: ut l. i. C. de do. quæ sub
modo. Non aũt aduocat rem,
nec rei dominiũ: quia nemo
condicit rem suam, præter-
quã à fure. l. fi. ff. usufru. qué
admodũ caueat. tñ quoquo-
modo istorũ duorũ modorũ
formeť libellus, in hac mate-
ria cõmissi rei feudalis admit-
titur libellus, put uidi in cu-
riis

riis huius patriæ obseruari. Idē etiam uidi obseruari in cōmissore emphyteoticariæ. in quo ratione commissi potest dari libellus concludens
b in rei uendica. *b* Et hoc modo formaui (credo) mille libellos, de tempore quo practicaui. Posset etiam intentari conditio ex l. ii. & ex l. fina. C. de iure emphyteotico. si emphyteota uersaretur circa rem emphyteoticariā, aliter, quàm in dictis legibus statuitur. Et tunc tantummodo ad uocaretur possessio, ut dixi su
7 prà in re feudali. * Iuxta hāc materiā quæro, quæ sunt personę quibus est prohibitū rę emphyteoticariam alienare? Dic, quòd illi, qui non sunt soluendo, aut quia emptor est ita magnus dominus, ꝙ non esset ausus emphyteota canonem petere: ut dicit Bal. in d. l. fi. C. de iure emphyt.

a Sed qualiter agit.] *Quòd autē possit utraq; uia experiri, tenet do. Pet. Iac. in practica sua libellorum, in tit. de eodē act. si agat contra emp. in ult. col. in uersic. item si feudum.*

b Rei uendicatione.] *Sic etiam formas libellum in huiusmodi casu, concludentem in rei uendicatione, do. Pet. Iac. in ti. de actio. in rem pro re emphyteot. cecidit in commissum. & in ti. sei.*

SVMMARIVM.

1 *Falsificantes literas Papæ, aut Principū, qualiter puniātur.*
2 *Delphini literas frangens, qualiter puniatur.*

QVAEST. CCCCLV.

1
2 Committitē * falsum *a* in literis domini nostri Papæ, & punitur committens sicut habetur, in cap. ad falsariorum. extrà de crimine falsi. Sunt etiā literæ Regis Franciæ, & committēs falsum in eisdem, punitur, sicut habetur in cap. ad audiētiam. eod. tit. Sunt etiā literæ prelatorum, uicariorū, et officialium suorū, & committēs falsum in eisdem, punitur, sicut habetur in cap. olim. extrà, de rescript. & hoc quādo tales literæ sunt de pura iustitia, importantes ordinationē uel decretum. Vbi uerò tales literę essent de simplici iustitia, ut sunt literæ citatoriæ & inhibitorię, quæ à iudicibus appellationum cōceduntur, uel aliæ consimiles, si falsitas cōmittatur in eisdem: quia tales de facili possūt iterato obtineri, nō est præsumendū, ꝙ impetrans, fraudem in eisdē commiserit, & maximè si eas non fecerit exequi, uel non fuerit usus: ideò nō debet molestari. iste est casus notabilis, in c.

in c.accedens. extrà, de crimine falsi. & uide quę ibi not. p gl. Gofr. & ita uidi obseruari in eo qui nõ fuit usus talibus literis. pro quo facit etiã l. qui
a falsam. ff. de fal.* Sed qualiter puniatur frangens literas domini nostri Delphini, uel domini gubernatoris Delph. uide quæ scripsi suprà quæst. ccxxiii. & ĩ. q. ccccclxxix. ĩ fi.

a Falsum.] *Qui sit falsum, quod modis dicatur, & committatur.*

SVMMARIVM.

1 *Testamentum an ualeat, filio instituto quandocunque decessevit hæres. & num. 2.*

QVAEST. CCCCLVI.

DIxi suprà q. ccccxxv. quòd testamentũ patris est nullũ, in quo filius non reperiatur institutus, licet reperiaẽ hæredi sub
1 stitutus.* Sed pone in aliis terminis, pater quidã Frãcesiam eius uxorẽ hæredẽ uniuersalẽ instituit, & quandocunque decederet filiũ suũ aut nepotẽ hæredẽ instituit, & dictæ eius uxori substituit. an ualeat tale testamentũ? & uideẽ ꝙ nõ: quia filius in primo gradu reperitur præteritus: quia institutus uel exhęredatus nõ reperitur, in §. eadẽ instituit. de hæred. quæ ab intestato. & ita testamentum nullũ. insti. de exhæredatione libe. in pri. In cõtrariũ uidetur, ꝙ imò ualeat, & incipiaẽ testamentum uires accipere à secundo gradu. l. iii. §. fin. ff. de lib. et posthu. & l. si miles in pri. ff. de iusto rup. test. Et uideẽ de præmissis casus expressus, in l. facto. §. Lucius. ff. de uulg. pupil. & ibi text. not. Quid
2 *dicendũ? ego credo testamentũ fore ualidũ, ẽt respectu primi gradus, & dictũ filiũ hæredem debere pro quasi instituto in sua legitima, quæ ad quatuor ascẽdit uncias. Et dicta Frãcesia uxor erit & reputari debet instituta ĩ octo unciis: & de hoc uideẽ casus notabilis & satis singularis, in l. Scimus. §. cũ aũt. C. de inofficioso testam. quẽ sic intelligit Bar. in
a l. si pater. *a* C. de cõdi. insti. & istud ponit, & dat intellectum ad d. §. cũ auth. non obstante, quod filio relinqui debet id, quod relinquitur iure institutionis: nec sufficit relinquere iure fideicõmissi. *b* in auth. ut cũ de
b app. cog. §. aliud quoq; capitulum. col. viii. & tetigi s. q. ccccxxv. ꝙ nõ fuit in casu præsenti: quia respõdetur, ꝙ imò fuit pater: quia ipse post mortẽ uxoris nedũ fuit substitutus, imò institutus, ut apparet dũ dicit, hæredẽ instituit: & dictæ

dictæ ei⁹ uxori substituit, &c. In qua institutione cũ mora fuerit adiecta, tractum habẽs post mortẽ uxoris, illa mora habeẽ pro nõ adiecta, quo ad eius legitimã. l. qm̃ in prioribus C. de inoff. test. Et habeẽ filius pro quasi instituto purè in sua legitima. & dicta uxor remanet, & habeẽ pro hęrede uniuersali instituta, ĩ residuo, uidelicet in octo unciis cũ onere fideicõmissi iniuncti, ut dicit d. §. cũ aũt. aliter uerba prædicta, hæredẽ instituit, essent adiecta super fine, nec de aliquo operarenẽ: quod tamẽ nõ est dicendũ. l. si quãdo. in princ. ff. de leg. i. & l. si stipulatus. ff. de usuris. & res ita debet accipi, ut potius ualeat, q̃ pereat. l. quoties. ff. de reg. iur. Et ita mihi Guidoni Papæ uidetur dicendũ. Et pro hac parte uidi iudicari in hac curia parlam. licet aliqui ex dominis meis parlamen. contrariam opinionem tenuerint.

In l. si pater.] *In i. col. in uer. ulterius opo. ibi, iam sic. et ibid. in prædi. l. si pater. uide omnino do. Bald. in ii. col. in uer. quintò oppo. ibi, & hoc uerum. ubi limitat huiusmodi dictum.*

Iure fideicommissi.] *Tu uide de hoc istum planè, consi. xcvi. in cip. casu nominibus. nu. ii. uer. ad secundum dubium.*

SVMMARIVM.

1 *Ascendentes, an dicantur legitimi hæredes, ut excludant substitutum.*

2 *Hæres uerbum, non compræhẽdit patrem. Et quos compræhẽdat. num. 3.*

4 *Filius uniuersaliter institutus an admittatur ad substitutionẽ insolidum, auo paterno uel materno hæredes nascituros ex legitimo matrimonio filiæ suæ substituente, filiis suis hæredibus per ipsum institutis.*

QVAEST. CCCCLVII.

1 MAter filiũ suũ * sibi hæredẽ instituit, & casu quo moreretur sine hærede legitimo, filias suas, & quosdã extraneos sibi substituit. defuncta matre, & ipsius hæreditate adita, moritur filius hæres sine liberis, supstite tñ patre suo, auo paterno, aut materno, utrũ excludãt substitutos? Videtur ꝙ sic: q̃a ipse pater uel auus hæres legitimus dici meretur. C. de suis & legitimis hęredi. ꝑ totum. iũcta. glo. posita super rubrica ibidem. ubi ascẽdentes sicut descendẽtes dicũtur legitimi hęredes: sicut ibi probãt multæ leges. Credo tamẽ contrarium, quia uerbum hærede, in casu isto sumitur pro filio,

filio, uel alio ex proprio corpore descendente.l. ex facto.
§.fin.ff.ad Trebel. Et talis appellatur legitimus, postquam
ex corpore proprio descẽdit.
l.ii.& iii.C. de suis & legitimis hæredi.& etiã uoluit glo.
super rubri.aliter sequeretur, quòd alii descẽdentes uel collaterales usque ad septimum
gradũ, qui legitimi dicuntur.
C.de legitimis hæredi. per totum.et institut.de legitima agnatorum successione.substitutos excluderent. Quod tamen non est dicẽdum, nec ita
fuisse de mente testantis: quæ in his debet præcipuè attendi.l.ii. §. itẽ si quis.ff. de leg.
iii.& l.penu.ff.de lega.primo.
& l.cum uirum.C.de fideicõmissis. Et pro hoc bene facit
quod ponit Bald. in capit.primo, de naturali successione
2 feudi.ubi dicit * quòd uerbũ,
hæres, non compræhendit patrẽ.facit etiam bene quod ponit Specu.in tit.de testibus.§.
3 in primis.uersic. fin.ubi * dicit, quòd nomen hæredis positum in ultima uoluntate in
substitutione, non significat
a alios, quàm descendentes.a licet in contractibus & in legibus significet directo succedentes in uniuersum regulariter, in l.fi.C.de hære.instit.
l.sub diuersis. §.i.ff.de condi.
& demonstratio. l. quædã.§.
his autem.ff.de eden.Non obstat ad præmissa, quod ponit
Bar.in l.Gallus.§. nunc de lege Velleia.ff. de libe.& posthu. Quia suum dictum credo intelligi debere in contractibus, & non in substitutione. & hoc satis sonare uidetur titulus quæstionis per sum Bart.ibi motę: dum causam mouet in illo, qui aliquid concessit Titio.& suis hæredibus.
Et ita in cõtractu, in quo uerbum, hæredes directo succedentes in uniuersum, significat, sicut dicit Bal.in loco supra allegat.uel etiã potest dici dictum Bald. locum habere: ubi aliàs non constaret de uolũtate contraria testatoris, quæ coniecturatur, ut quando Titiũ instituit.& si sine liberis decesserit, eius hæredes substituit: quia cum mentionẽ fecerit de liberis, ipse substituẽdo eius hæredes, de descendentibus uidetur sensisse, ut talia sint subiecta, quia demõstrãt prædicta.l.licet tamen sor.in prin.ff.de interog. act.
b Ita dicit Bald.in d. c.primo, de natu. succes. feud. colũna
ix. Et ita uidi determinari iudicando in camera consilii huius parlamenti. Sed iuxta præmissa quæro, de alia quæstione, quæ dependet ex præalle-

allegantis. *Auus quidam paternus uel maternus hæredes nasciturос ex legitimo matrimonio filiæ suæ substituit, si liis suis per ipsum hæredibus institutis. filia relinquit unũ filium masculum, quem hęredem instituit uniuersalem, & unam filiam, quam præteriit, uel legatariam facit aduenientе substitutione. Vtrum filius uniuersaliter institutus admittatur ad substitutionẽ insolidum: uel an filia soror sua cum eodem, & omissis multis quæ dici possent? Credo ꝙ filius hæres uniuersaliter institutus admittatur insolidum, pro eo, quòd secundum uerba institutionis duo requirũtur, uidelicet quòd sit filius, & quòd sit hæres. Ita tenet glo. ordina. in d. l. ex facto. §. finali. in fine. & idem Bartolus ibidem. Idem etiam teneri uidetur ipse Bartolus, in l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de rebus dubiis. in quæst. quæ incipit, secunda limitatio. & & ibi uidetur mouere istam quæstionem. & quia dicta filia licet sit filia, non tamẽ est hęres: ideò ad substitutionem non admittitur. Idẽ est, si talis filia nolit esse hæres uel nõ possit: utpotè quia repudiauit hęreditatem uel testamentũ, in quo ipsa fuit præterita, approbauit. Et ad istud bene facit, quod ponit Bartolus in l. cum filio. ff. de legatis primo. Et de hac materia uide quæ dixi suprà q. cccvi. Sed quid si dicta filia soror fuisset hæres particulariter instituta; an debuisset admitti cũ dicto filio masculo, uniuersaliter hærede instituto? uide infrà in sequenti quæstione.

a * Alios quàm descendentes.] *Nunquid appellatione hæredũ comprehendantur solum descẽdentes, & qui ueniant appellatione hæredum, latè tradit Phi. Cor. in consi. cclxxij. incip. in hac cõsultatione. in iiii. uolu. & quãdo appellatione hæredum, comprehendatur hæres hæredis in infinitum, consuluit Alex. in cõsi. clxv. incip. consideratis uerbis. in ii. uolumine.*

b Bal. in dicto ca. i.] *Videlicet in ij. colum. circa medium. in uersi. item no. quòd una persona.*

SVMMARIVM.

1 *Hæredis appellatione, an comprehendatur etiam hæres particularis.*

2 *Omne qui dicit, nihil excludit.*

QVAEST. CCCCLVIII.

1 IN dispositione paterna idem est dicere, hæres sicut filius:* dum tamen ipse filius hæres instituatur. ita,

habe-

habetur in l.ex facto.§.fin.iūcta glos. ff.ad Trebellia. sicut etiā ibi tenet Bald. expressè. modò pone, ꝙ testator moritur una uel duabus filiabus hæredibus particulariter institutis, & uno extraneo hærede uniuersali instituto, nūquid filiæ faciāt deficere cōditionē in terminis d.§.fi. Credo, quòd sic, & ratio, quia appellatione hæredis, omnes successores significantur. l. hæredis appellatione. de uerborū significationibus. Si ergo omnes successores significantur:
a ergo hæredes particulares *a* significari & cōprehendi mererentur, cùm successores appellentur, etiam hi, qui in unam rem tamen succedunt. l. prima. §. in locum successisse accepimus. siue per uniuersitatem, siue in rem sit successum. ff. quorum legat. & l.fin.
a ff.de excep.rei iud.* quia qui esse dicit, sicut in d.l. hæredis. dicitur, cum ibi subiungatur uerbum, omnes, nihil excluditur. l.à procuratore. C.mā. l. Iulianus. in prin. ff. de le.iii. Si igitur hæredes particulares appellatione hæredis simpliciter prolati cōprehēdantur, tales filiæ, licet particulariter institutæ, conditionē facient deficere. hoc tenet expresse Spec. in tit. de test. in §. imprimis. uersi. pone Ludo. instituit, etc. ubi ponit q̄stionē
b sequentem, *b* Ludo. institu[it] &c. filios suos, & rogauit C[.] ut si decederet sine liberis portionē suam restitueret fratri suo, si uiueret, & si n[on] uineret, eius hæredibus. [...] post decessit duobus filiis [ma]sculis relictis, quos hæred[es in]stituit uniuersales, ac una [fi]lia relicta, quæ hæres par[ticu]laris fuit instituta in dot[e,] quibus iussit eā esse contē[tam.] deinde moritur C. sine li[beris.] ris. & ita locus est fideicō[mis]so. filia quæ fuit hæres pa[rticu]laris, petit etiā partē po[rtio]nis C. ratione fideicōmi[ssi fi]lii fratris sui se opponu[nt fratres, di]cunt, ꝙ ipsa nō est hære[s] patris, sed legataria. Q[uæritur] utrū bene dicāt. Finaliter [...] matis diuersis rationibus [...] & cōtra, determinat ipse [...] ꝙ filia est admittenda [...] ultimę uoluntatis, quia qu[an]do pater facit mentionem de hæredibus, uidetur sensisse de liberis. Et pro ista parte for[ti]mat duas quæstiones eiusdem. Et ita fuit iudicatū in hac cu[ria] parlamēti super process[u] dñæ de spina, & nobilis L[...] liæ sororis suæ, nunc uxoris nobilis Claudii de area, hab[i]to contra procuratorē fiscale ad causam testamēti domini Guliel.

Gulielmi de agonto, domini quondam saornonis, & testamenti domini Raymũdi eius filii ac hæredis, qui dom. nostrum Delphinũ, ac dominũ Episcopũ Diẽsem hæredes instituit uniuersales, dictis suis filiabus hæredibus particulariter institutis. Pro quibus filiabus fuit pronũciatũ & sentẽtiatũ in dicto parlamento. De materia, si institutus in re certa habeatur loco hæredis, uide plenè Cy. in l. fi. C. de edicto diui Adria. tollen. & in l. quoties. C. familiæ ercis.

Hæredes particulares.] *Tamẽ propryssimè loquendo, is dicitur hæres, qui est hæres re & nomine: non qui est hæres ex re certa. Ita uoluit And. in l. cũ speciali. in ult. colum. circa prin. C. de testa. licet largiori modo loquendo appellatione hæredis, ueniat etiam hæres in re certa institutus, & hoc impropriè: non tamẽ propriè, ut idem Baldus in l. liberti. C. de operis liberto.*

Quæstionẽ sequentem.] *Istã quæstionem in proprys terminis format domi. Ioan. de Imola. in l. ex facto. in vi. colum. in uersi. item attende. ibi, ubi tra.*

SVMMARIVM.

Hæres uniuersalis debet declarari & palam, & nominatim.
Et quid de particulari. nu. 2.

QVAEST. CCCCLIX.

1 HAEres uniuersalis, debet à testatore palam *nominari, & institui nominatim *a.* l. iubemus. C. de test. & l. heredes palam. in princ. ff. de testa. & l. filiusfa. miles. ff. de lib. & posth. Modò ponamus, talis sit institutio particularis. Illis quibus parẽtes mei relinquerẽt, tũ qui
2 bus * de iure teneor relinquere, eidem relinquo iure institutionis tantas summas, quas eidẽ relinquerent &c. reperiẽ per testamentũ maternũ centũ florenos fuisse relictos Titiæ auię maternæ, nũquid talis institutio per neptẽ facta, diceẽ ualida, uel an auia materna dicetur præterita ꝑ neptem sic testantẽ? & credo ꝙ nõ dicetur præterita, & ualebit testamentũ, licet auia materna nominatim non fuerit instituta, neq; nũcupata: q̃a paria sunt aliquid exprimere per se, uel per relationẽ ad aliud, de quo tamẽ constet & appareat. l. fi. in fi. C. de falsa causa adiecta leg. & l. ii. & iii. C. de sententiis, quæ sine certa quanti. profer. & l. si ita rescripsero. ff. de con. & demõ. et l. asse toto. ff. de hęre. inst. et facit l. si fit. §. i. ff. de le. i. Et est rõ, q̃a institutio particularis æq̃paraẽ legato. l. quoties. C. de hæ-

de hære.insti. Ideo sicut legatũ potest fieri ac relinqui nutu.l.nutu.in prin.ff.de leg.iii. l.cum proponebatur.ff.de le. ii.ita etiam institutio particularis. Non obstant l.iubemus. & l.heredes palam.s. allegatæ: quia loquũtur in institutione uniuersali, quæ est caput, & fundamẽtum instit.de leg. §. ante hæredis. hic uerò loquimur in institutione particulari, quę similis est legato, sine quo uel qua bene potest fieri testamentũ, & quòd etiã ab intestato potest relinqui, sicut ista probãtur iu auth.ex causa. C.de libe.præteritis uel exheredatis.iũcto.§.ptæterea.insti. de fideicõmissis. & istam solutioné uoluit dare glo.in d. l.iubemus.licet loquatur in legato. Et secundum hanc parté uidi determinari in d.curia parlamenti.

a Nominatim.] *Si istud est spirituale, in institutione uniuersali.ut not.in l. iubemus. C.de testamentis: ergo ius commune est in contrarium. ut l.ius singulare.ff.de senatuscon.*

SVMMARIVM.

1 *Donatarius hæreditatis, possitne conueniri actione personali a creditoribus hæreditarijs.*

2 *Actiones effectualiter trãseunt contra emptorem hæreditatis.*

3 *Legatum hæreditatis, quid importet.*

4 *Creditores an possint agere actionibus personalibus, contra donatarium omnium bonorum.*

QVAEST. CCCCII

HAEreditas est nom[...] iuris.l.nihil.& l.[...] ditatis appella[...] de uerb.sig. Et cõtinet in[...] bita & credita. Ita tene[...] l.hæreditate. ff. de dona[...] ii. C. de pactis. iuxta [...]
1 quęro,* hæreditas aliqu[...] gatã est à testatore, uel d[...] ta, sicut legari uel don[...] test: iuxta d.l.hæredita[...] de donationibus. & l.cu[...] lius.§.Lucio. ff.de leg.[...] gatarius possit conue[...] ctione personali à cre[...]
2 bus hæreditariis. a Et[...] deatur, quòd non, pe[...] de hære.act.iuncta l.i.§[...] res.ff.ad Trebel. attam[...] dum est, quòd sic: post[...] ctiones ipso iure tran[...] tra legatariũ, uel don[...] Ista est opinio Azo[...] d.§.Lucio. Pro cuius[...] ne, quã credo ueram, [...] in d.l. ii. C. de pactis. q[...] actiones creditoribus n[...] peterent, ipsi ibidem ea[...] uere non potuissent, cũ n[...] sine actione experiat.l. [...] pil.§.uideamus.ff. de neg[...]

& l.quoties.§.item si tẽporali.ff.de admi.tu.& hoc uerum intelligo, si uult sponte subi-
b reb iudiciũ,ita ꝙ non opponat se non posse cõuenire:ut in dict.l.ii.C.de pactis.habẽt expresse, aliter inuitus non põt cogi.l.ii.ĩ fi.C.de hęred. uel actio.uendita. Istud idẽ
2 *uoluit dicere Ia.de But. dũ summãdo dicit actiones effectualiter trãsire cõtra empto rẽ hæreditatis. Et isto modo iura p̃dicta limitanẽ & intelligũtur, ꝙ est notabile.Non obstãt. l.fi. C.de hære. ac.& §.si hæres.s̃.alle.quia ipsa iura loquunẽ in legato fundi: aliàs alterius rei particularis. hoc apparet ex tenore d.§.si hęres.ubi de fundo fit mẽtio. ꝑ quẽ §. gl.uoluit ponere casũ in d.l.fi. ꝙ tamẽ secus est
3 in*legato hæreditatis. quod est nomen iuris, & importat damnum, & lucrũ, commodum,& incommodũ,debita, & credita:ut iuribus s̃.alleg. iũcta l.ii.§.sicuti.ff. de hære. uel act.uen. & uide in materia ista quæ notabiliter ponit Bar.in d.§. Lucio.& l.cũ pater.§.mẽse.ff.de lega.ii.& in d.l.hęreditatẽ. Vna alia limitatio ad d. l. ii.de hęred. uel acti.uen. & ad d.l.ii.hereditatẽ.ponit ibidẽ gl.& Bart. quare ibi uide. & hæc notantur: quia sunt satis singularia, & non reperies ita alibi collectũ.uide de hac materia per Io. Ferra.in tit. forma libelli pro legato rei singula-
4 ris. *Sed an contra donatarium omnium bonorum possint agere creditores actionibus p̃sonalibus: uide que dixi s̃. q.cv. An appellatione hæreditatis,legata,& fideicõmissa contineãtur? Dic quòd non,ut in l.Titius.ff.de leg.ii.

a Creditoribus hæreditariis.] *Vide d.Odof.in l.ii.in uer.item not.C.de pac.et d.Pau.de Cast. in l.hæreditatẽ.i.col.ff.de dona.*

b Sponte subire.] *Et tunc nõ poterit ulterius cum effectu conueniri hæres propter tacitũ pactum, factum inter ipsum & creditores. Et hoc limita esse uerum, nisi emptor seu donatarius hæreditatis esset non soluẽdo, & creditores illius fuissent inscii:ut tenet Alex.post d.Ric. & Saly. in l.post uenditionem. in ult.q.C.de pactis. & ibi dominus Odof. in uersi.sed denuò quæritur.*

SVMMARIVM.

1 *Hereditas,uerbum, an restringatur per uerbum, bona,copulatiuè iunctum.*
2 *Hæres an quis possit institui in re propria.*

XX QVAEST.

QVAES. CCCCLXI.

1 VTrum verbum, hære ditas, * restringatur per uerbum, bona sibi copulata, & copulatũ, vel declaretur? Dic quòd nõ, sed pro uno, & eodẽ subiecto hæreditario ponuntur. l. cogi. §. sed similes. uersi. & quamuis. ff. ad Treb. quod facit ad quæstionem, testator legauit hæ
2 *intelligitur dicta l. in fideicommissa. ubi uerò exceptio. opposita pro parte, actor dicit reo, da mihi aliam partẽ, quæ non est in controuersia, & cuius respectu nulla opponitur exceptio: tunc isto casu reus uidetur esse in mora constitutus respectu talis partis. Sic intelligit d. l. qui solidũ. & est ratio secundum eum. Quia quando petitur totũ, reus nõ tenetur offerre partẽ: quia non est uerisimile, quòd actor uellet eam recipere. l. tutor. §. Lucius. ff. de usur. Ideò actor except. partis opposita exprimere debet ac protestari, quòd est paratus partẽ recipere. Ita dicit ibidẽ Bart. Et ideò cum dictus fideicõmissarius in petitione sua non subiũxerit illa uerba: detractis detrahẽdis, ipse hæres rogati ad iudiciũ uocatus, iustã habu[it] causam se opponendi, ac exc[i]piendi contra & aduersus ta[]lẽ petitionem factam per dictũ fideicommiss. respectu [to]tius hæreditatis. Et hoc propter detractiones tam quart[æ] Trebellianicæ, quàm etiã funerũ impensæ, debitorum quæ & legatorũ testatoris per eius hæredem solutorum. Nec nõ reparationũ & melioramẽtorũ in rebus hæreditariis factarũ, quæ detractiones in uim exceptionũ, pro parte dicti hæredis propositarũ sunt de[iure] admissibiles, elidẽtes in parte petitionẽ dicti fideicom. Ad cuius onus propterea solutio legatorũ insolidum debit[orum]
uerò & funeris impensæ, nec non expensarum in reparationibus & melioramentis re[rum] hæreditariarũ factarũ pro [certis] partibus, spectat & pertinet. & hæc probãtur in l. ii. iũcta gl. C. ad Treb. & l. i. §. fi. iuncta gl. ff. eo. ti. & l. ubi. §. fi. iũctis ẽt no. ibi ꝑ Bar. & l. mulier. §. sed ipse tibi. ff. eo. ti. & tetigi s̃. q. ccxcvi. Quæ sic so[-]
luta dictus hęres hæredis rogati, ac impẽsam potuit & debuit

buit detrahere,& sic de hære ditate petitã,retinere usq; ad cõcurrētē quãtitatē,donec si bi de p̃missis facta sit solutio. l.si ĩ area.ff.de cõdi.inde.et §. furta.inst.de obl.quæ ex male.na.Ex quib. ꝓptereà sequit̃ dictũ hæredē respectu totius hęreditatis,ad iudiciũ uocatũ nõ esse,nec dici posse fuisse in mora,neq; in toto neq; in parte,secũdũ Bar.in loco p̃alleg. quē ēt sequitur Sal. in l. si ex legati causa.in q.quæ incipit, pro euidēti tamē declaratione,quæro,si creditor plus debito petat: an super uero debito cõstituat debitorē in mora &c.ff.de uer. obl.in sua repe.& determinat,ꝙ nõ.Et ita uidi determinari in hac curia parla. An pro re particulari restitutioni subiacēte debeat detrahi Trebellianica. uide quæ dixi ĩ. quæst.ccccl xvi.

a Opponi excep.] *Non tamē tenetur opponere: sed poterit simpliciter petitionē negare.l.is qui ducēta.§.utrũ.ff.de reb.dub.& hoc secundũ regulam,quæ dicit, Cuius aliqua particularis est falsa, eius uniuersalis simpliciter est falsa.Spe.ti.depositi.§.septimò uidēdũ occurrit.uer.xi.cõsiderãdũ est.ibi,uel si uelit caut.*

SVMMARIVM.

1 *In mora an quis constituatur ante interpellationem.*

QVAES. CCCCXCVII.

1 IVxta prętactã quęstionē, quæro,an euētus* cõditionis fideicõmissi uniuersalis cõstituat hæredē hæredis rogati in mora ipso facto.Credo,ꝙ nõ.Ratio: quia in obligatione, quæ est pura ab initio, quis nõ constituit̃ in mora *a*, nisi per interpellationē. l.mora.in princ.ff.de usu.ibi, mora enim fieri intelligitur. nõ ex re, sed ex p̃sona,id est, si interpellatus loco opportuno nõ soluerit &c. Et in l.si ex legati causa. ff.de uer.obl. Ita etiam fieri debet in obligatione cõditionali, postquã est purificata: aliàs sequeret̃, ꝙ in puncto,quo quis obligatur per euentũ cõditionis,illo eodē puncto cõstitueretur in mora:quod tamē est absurdũ.l.quod dicimus. ff.de solu ti.& l.promissor Stichi. ff. de const.pecu. Ita dicit Guil.de Cug. in l. quod &. ff. si cert. pet.& Cy. *b* in l. si minorum. C.in quib.cau. in integ.resti. nõ est nec.& Bar.in l.quoties in diē.ff.de uerbo.obl.conclusio est ꝙ dictus hæres non potest argui de mora.De materia moræ, uide plenè p Bart. in l.si insulam. ff.de uerb.ob. & Sal.in l. si ex legati causa, ff.eod.tit.in sua reperi.

In

a In mora.] *Quid autem si minor committit moram, an restituatur aduersus cõmissionẽ moræ: uide per Bar. in l. in minorẽ. circa fin. uersic. quæro hic. C. in quib. caus. in integ. rest. non est neces.*

b Et Cy.] *In iii. col. in vi. q. aliter tamen uidetur sentire Odof. ibi, in v. col. in uersi. sed quæro hic. ibi, licet non habebant necesse &c. Sed quòd euentus conditionis constituat in mora, tenet Alex. & dicit esse communẽ opinionẽ: ut in l. quoties. in ii. col. in uer. itẽ inducitur. ff. de uerb. ob.*

SVMMARIVM.

1 *Monetam cudendi ius, cui competat.*
2 *Vectigal exigendi ius, per consuetudinem acquiritur.*
3 *Monetam quis primum cuderit.*

QVAES. CCCCXCVIII.

CVi competat ius cudendi monetã? dic ꝙ
1 ad * Imperatorẽ solũ, & duntaxat de iure, ut in c. quæ sunt regalia. ibi, moneta &c. in feudis. col. x. Attamen de iure speciali, ut potè priuilegio uel consuetudine, bene potest acquiri & cõpetere ta-
2 le ius *a*. De priuilegio probatur, quia ea competunt principi, bene possunt per eum cõmitti, & in priuilegium alicui dari. l. fi. C. noua uect. inst. nõ poss. facit quod not. glo. in c. quod translationem. extr. de offi. dele. de consuetudine probatur in l. quisquam. ff. de diuer. & temp. præscr. & C. de fund. limitro. l. i. & de pascu. publ. l. i. lib. x. Et est bona ratio: quia quæ potest princeps potest facere cõsuetudo: ut in c. super quibusdã. §. præterea. extrà de uerb. sig. facit q... ponit Cy. in l. i. C. de em... lib. ubi istud dicit. Item tenet & ponit Hen. Bohic. in c. quia ... to. extrà de iureiur. in ii. dist. ... allegat extrauagãtẽ lo. xxii. quę incipit, prodiẽs &c. Hinc est, quòd nos uidemus, quam plures principes & prælati, q cudi faciũt monetã, ... ex priuilegio uł cõsuetu... sicut duces Borbonii, Sabaudiæ, Archiepiscopus Ebredunen. Episcopus Lausan. Episcopus sancti Pauli ... strẽsis diœcesis, Princeps ... raicæ, & plures alii. Istud ... tiam una alia ratione cõ...
2 batur: quia * licet ius exigendi uectigal, sit de iure reg... ut in c. i. quæ sint reg. Atta... tale ius per consuetudinẽ ... quiritur. l. fi. §. præterea ... Idem tenet Bar. in l. si pub... canus. ff. de pub. & uecti. Idẽ tenet Cy. in l. i. C. noua uect. insti. non pos. & ibi ponit plu... rei

rés bonas rationes, & bñ urgentes. idẽ etiã tenet Spec.in ti.de cau. pos. & propri. in §. quia uerò.uer. quid de colligentibus pedag.&c.Istud etiã tenent doc.in l.i.super glo.in qua fit mentio de priuato.C. de impo.lucr.descr.li.x.alleg. l.eũ qui.C.de fund.rei priua. iũctis his quæ not.in l.si decurio.C.de decur.lib.1.Et ita seruatur in hac curia parla. Delph.et ubiq;.*Sed quis fuit primus qui fabrificauit monetã? dic ꝙ Thares,pater Abrahæ:sicut recitat Alb.de Ros. in suo reperto.super uerb.moneta.Et ibi ẽt recitat unde ꝓcesserũt xxx.argentei,quibus Iesus Christus dñs noster fuit uẽditus.Itẽ si fieri debeat solutio debiti de moneta currẽte tempore cõtractus, uel tẽpore solutionis, plenè suprà dixi quæstio.ccccxciii.

a Tale ius.] *Adde Cy. in l.si quis nũmos.C.de fal.mo.ubi dicit, q̃ moneta fieri possit per ciuitates. Est aũt sciendum, quòd moneta debet cudi expẽsis publicis. Bar. in l.qui falsam.ff.de fal.& in l. i.C.de ue.nume.po.lib.xi.Et debet moneta tantũ ualere formata,quantũ in massa.gl. in l.i.de contrahen.emp.*

SVMMARIVM.

1 *Nomina,an ueniant,legatis mobilibus & immobilibus.*

2 *Mulier an nubẽdo uideatur bona sua in dotem constituisse.*

3 *Mulier an censeatur cõstituisse in dotem nomina, siue debita.*

QVAEST. CCCCXCIX.

1 Testator quidã * suum mobile legauit,uel per fideicommissum reliquit alicui bona sua mobilia & immobilia: nulla facta mẽtione de nominibus seu debitis, nũquid ipsa nomina ueniant in legato uel fideicom

a missoa?dic ꝙ non,secundum

b Bar.in l.cẽturio b.in ii.q.principali. circa fi. ibi dum dicit, secus, si dicat,peruenire uolo omnia bona mea mobilia,etc. ff.de uulga.& pup.& dixi suprà qõ.ccxci.Et est ratio secũdũ eũ:quia nomina non sunt mobilia,nec immobi.sed sunt quoddã genus per se.l.à diuo Pio.§.in uenditione. ff. de re iud.l.quã Tuberonis.§.fin.ff. de pec.Idẽ tenet Spec.in ti.de fructi.& inter.§.i.uer.secundo queritur.Idẽ tenet Cy.in l.i.C.si aduer.trans.& ibi dicit se ita pluries dixisse.Idẽ & plenius Pe.Iac. in ti.de actio. ex testa.Et præmissa sunt uera,quãdo testator dicit bona mobilia & immobilia,qa secus esset, si simpliciter dixisset,bona sua, nulla mentione facta de mobilibus & inmobili-

bilibus: quia tunc iura, nomina, & actiones, uenirent in tali fideicommisso. l. ex asse. §. si quis bona. & l. nam quod. §. fin. cũ l. seq. ff. ad Treb. ponit Bar. in l. Quintus. la ii. §. argẽto. ff. de aur. & arg. leg. Nomẽ accipit pro actione personali. l. nomen. §. i. iuncta glo. ff. de

2 leg. iii. *Iuxta præmissa quæro, an mulier nubẽdo uideat bona sua in dotẽ constituisse. dic ꝙ sic, si interueniat traditio. ita debet intelligi, l. mulier bona, ff. de iur. dot. ex quo sequitur, ꝙ nomina debitorũ, quia nõ tradũtur, sed ceduntur: nõ præsumuntur in dotẽ dari. l. fi. C. de pact. conué. & l. fi. C. de repud. Ita tenet Bal. in c. i. an mari. succ. uxori in

3 bo. *Et ex his etiã infero, ꝙ si mulier cõstituat expresse bona sua in dotẽ uiro, ꝙ nõ cẽseatur in dotẽ constituisse nomina siue debita, nisi expresse dicatur, uel nisi dicat, quòd omnia bona sua in dotẽ cõstituit: tũc iura & actiones cõprehẽderentur, per præmissa.

a *Veniant in legato, uel fideicommisso.] *Aduerte tamen si testator dicat, lego bona mea: ueniunt nomina debitorum: ut no. Bart. in l. uxori meæ. ff. de usufru. leg. Et an nomina computentur inter mobilia, & immobilia, uide omnino Pe. de Anch. in c. nulli. de reb. eccl. non al... & Bar. in l. potest. de auth. tu...*

b L. centurio] *Vide Alex. i... mouentium. ff. de uerb. signi.*

SVMMARIVM.

1 *Obiectus cõtra testes, nõ pro... in causa principali, an adm... tantur in causa appellatio...*

2 *Parti, contra quã dantur ... ctus, licitumne sit dari alios ar... ticulos saluatorios.*

3 *Infamis an possit opponere te... stem contra productum, ... infamem.*

QVAEST. CCCCC...

1 Actor dedit obiectu... in causa pricipali ... tra testes rei, uel co... trà, super quibus testes cõ... runt examinati: licet habue... rit pars terminos ad proba... dum. An in causa appellatio... nis illi obiectus debeant ... probandum admitti? Et ... tur quòd non, quoniam ob... cere contra testes, est ... sum, ideò obiicere uolens ... admittitur, nisi ante pub... tionem fuerit protestatus: ... c. præsentium. extrà de tes. Nec ad talem actũ datur, ... unica dilatio. in c. licet di... ctus. extrà de test. & cũ pri... habuerit dilationẽ in prima instantia, ad hoc faciendum, & non fecerit, non debet ipse ...

in causa appel. admitti. Pro hoc uidetur text.expressus in c.licet causam, extrà de proba.ubi dato termino competenti parti,ad obiiciẽdum, & obiicere non curauit,ulterius ad obiiciendũ non debet admitti:ut ibi dicit tex.dum dicitur, super quo interloquẽdo dicimus &c.Tum ẽt, quia causa app.est alia à principa. l. cum apud Sempronium. ff. iud.solui. & l.ita demum. C. de proc.ideo exclusa parte ab obiiciendo,cõtra expressè uel tacitè per termini super hoc assignati lapsum, pars non debet in causa app. admitti ad hoc faciendũ. l. ita demũ.alleg.cũ in eadẽ instantia si adhuc duraret,non admitteretᷣ: ut d.c. licet causam. Nec obstat l.præcipimus. C. de app. & c.fin.de app.lib.vi.quia loquũtur in his,quæ concernũt negotiũ principale, & nõ ista accessoria,sicut obiicere contra testes .pro hoc facit cle. fi. de appel. Sed quicquid sit de iure, seruatur tamen contrariũ tã in hac curia parlamẽti,quàm in cæteris curiis præsentis patriæ,de stylo & consuetudine ipsarum curiarũ, in quibus curiis obiectus cõtra testes admittuntur ad probandũ, in causis appellation. qui non fuerãt probati in prima instantia. Et ita uidi obseruari xl. annis proximè lapsis.Sed quæro si obiectus probentur cõtra testes, an iudex coram quo factæ sunt probationes,eos punire poterit, dic ꝙ nõ.casus est in ca.cum dilectus.in fin. extrà de ordi.cog. Nec efficiũtur testes infames. secundum quod ibi text. & glo. ponunt. Licet Innoc.dicat eorum opinionem ex hoc grauari. 2 * Sed nonne est licitum parti, cõtra quam seu eius testes traduntur obiectus, dare alios articulos saluatorios a a,approbando famam bonam testium ? dic quòd sic: quia cuicunq; b b est licitũ testes saluare & iuuare:ut in c. præsentium.extrà de testib.li. vi.& ibi per Archid. & iii.q. i.c.de iudiciis.glo. super uerbo,confirmandos.ibi, dum dicit, uel potest confirmare illorum testimonia qui probati sunt criminosi &c.& ita seruatur de stylo præsentis curiæ parla. Sed an testis,contra quem dantur obiectus & non probantur, possit agere actione iniuriarum ?uide in l. i. §. i.ff. de uent.inspici. uide etiam quę dixi in apparatu.si quis per literas. in glo. super uerbo, communi æstimatione.circa finem. in quæstione, sed pone,quòd pars opposuit.

3 * An infamis possit opponere contra testem contra eum productum, quòd ipse testis sit infamis? Bart. quòd non. in l. in arena. C. de inoff. testa. & in l. cum mulier. in fin. ff. sol. matr. & ibi no. per eũ.

a Saluatorios.] *Sicut & reprobatorios. Sed hic sciendũ q; testes probatorios & testes reprobatorios probatoriorum reprobare licet, sed reprobatorios reprobatoriorum non, ut in c. licet. de test.*

b Quòd sic: quia cuicũque.] *Et etiam ratione: quia parilitas est seruanda in iudiciis. l. in sacris. C. de proxim. sacro. scrinio. lib. x.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicaturæ finito termino, an idem iudex possit administrare, donec successor acceperit possessionem.*

QVAEST. CCCCCI.

Vacante officio iudicaturę maioris curiæ Graysuodani, quę nõ durat, nisi biénio, secundũ libertates generales huius patriæ, dominus noster Delph. uel dominus gubernator huius patriæ prouidit de alio iudice: ipse tamé iudex nouiter creatus, nondum accepit possessioné officii dictæ iudicaturæ, nonne ualebunt gesta per antecessorem, qui est in possessione ipsius officii, do... alius adeptus fuerit posse... nem dicti officii? Dic q; a quia *a* apud eũ remanet ... ministratio cum titulo: ... l. i. §. administrationem. C. ... omnes tam ciuiles, quam m... litares. Et idem dicendum ... de iudicatura curiæ com... nis huius ciuitatis Grati... quæ non durat, nisi anno. 1 idem de aliis maioribus iu... caturis huius patriæ. Et ... seruatur & uidi seruari te... poribus meis.

a Quòd sic: quia.] *Hoc intelligi... tur uerum, iurisdictio... ordina... ria: secus est in alio officio: unde legatus positus cum tẽpori... sumptione, non posset consi... neficia post tẽpus: licet ante ... cessoris aduentum, quod ... cundum Bal. in l. meminis... terit. ff. de offi. procon. in ... a uersi. extra quæro.*

SVMMARIVM.

1 *Professionem facere quã... censatur.*

2 *Ingressus religionis an ... sine religiosorum consen...*

3 *Prior conuẽtus prædicat... minorum, an possit confer... charistiã uel extremã u... nem suo religioso, extra ... nos conuentus, & num. 4*

5 *Prædicatores an debeant præ... dere minores.*

QVAE

QVAEST. CCCCCII.

VBi quis emittit uotũ intrãdi religionẽ aliquã:& postmodũ per interuallum habitũ suscipit, ab eo qui potest habitũ conferre,& illũ cui cõfert religioni aggregare,ipse talẽ habitũ suscipiẽs,professionem facere cẽsetur.*Ita dicit & tenet Inno.in c.fraternitatis.in gl.super uerbo,solẽni. extrà de frig.et malefi.in antiq.dũ tamẽ in ætate discretionis existat: ut in cle.fi.de reg. & transeũ. ad reli.Ita dicit Gul.de mõte Lauduno,in d. cle. Et est iste unus de quinq; casibus,quos ibi enumerat,quibus quis ꝓfessionẽ facere cẽsetur. Alius est & secundus casus, si quis uno cõtextu uotũ emittit, &
a habitũ solenniter recipit *a*,animo deserendi seculũ : ut in c.consulti.extrà de regula. in antiquis.quos casus etiã recitat Zaba.in d.cle. fi. Nec obstat c.porrectũ. extrà de reg. in anti.& quod not.in c.cum in magistrũ. extrà de elec.ubi dicit,ꝙ ex sola susceptione habitus quis non efficitur religiosus, nisi professio uera sequatur,quia in casu d.c.ingredi uolens religionem, habitũ suscepit, per manũ monachi, qui potestatem non habebat ipsum aggregandi religioni, sicut ex tenore d.c. potest uideri.Ita dicunt Gul. de mõte laud.Zaba. & Inn.in locis sũprà alleg. sic d. c. intelligentes.Pro hoc bene facit c.consuluit.quod alleg.ibi, ita habitus sine professione susceptus,ne matrimoniũ contrahatur, impedit &c. extrà qui cle.uel uou.matrim.contrah. pos.in antiq.& licet in habitũ conferendo requiratur cõsensus religiosorũ, ar.c. quos omnes tangit.de reg.iur.li.vi.
2 Tamẽ *receptio talis ingredientis religionẽ facta ꝑ Abbatẽ,uel Priorẽ sine consensu aliorũ religiosorum,ualet fauore religionis.Et ista fuit q. Mart.de Fano. qui sic determinauit,alleg.c.cum plãtare. & c.in his.extrà de priui. xii. q.ii.c. religiosam. & in arg.c. porrectum. §. alleg. ita dicit Spec.in tit.de statu mona.ubi istam ponit quæstio. in uersi.
3 xx.quæritur.* Insurgit tamẽ talis quæstio, utrũ Prior conuentus prædicatorum, possit cõferre euchari. uel extremã unctio.suo religioso,extra terminos sui conuentus ? Et licet uideatur quòd non , per cle.i.de priuil.& exces.præla. attamen dicendũ uidetur cõtrarium: cum d.cle.loquatur duntaxat in clericis & laicis

non autem in religiosis. Ideò ad tales non debet extendi: ut c.statutum.extrà de elect. lib.vi.& c.in pœnis.de reg.iu. & refert ibi Pe.de Saba.in lectura sua dictæ clem. primæ. quendam cardinalem sic tenuisse.super qua cle.dicit Zaba. quòd tales priores malè faciunt, si ministrant d.sacramenta religiosis alterius monasterii. Secus tamen, si religiosis sui monasterii. cle.ii.§. sanè.de sta.monac. ita seruāt prædicatores huius ciuitatis Grationop. & similiter uidi alibi seruari. Nec obstat l. fi. ff. de iuris. om. iudic. cum si.
4 quia respondetur, quòd * ministrare talia sacramenta, se habet respectu iurisdictionis uoluntariȩ: quia in inuitum non ministrantur. l.ii. iuncta glo.i.ff.de offi.proc. & leg.Et illa quȩ sunt uolūtariæ iurisdictionis, possunt ubiq; prȩsertim in subditum exerceri: ut d.l.ii.& nota.in l.i.C.de emanci.liber.Hoc uidemus in ordine militiæ: qui potest in alieno territorio conferri. & ponit Bart. in l.i.C.de digni. lib.xii.Et in aureis annulis liberto præstandis.l.ii.C.de iu
5 re anu. aur. * Sed qui debent primò ire, uel sedere, an prædicatores uel minores? dic ꝙ prædicatores: quia antiquior est eorum institutio. ita no. in cap. quarundam. de elect. lib. vi.

2 Habitum solenniter recipi... *Vide Anch.in c.i.in i.not.& nota.& in x.not.de reg.& ... ad relig.lib. vi.*

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum, quo sum usus ... aliqua causa, productum ... alio in alia causa, an possim ... probare. disting. num. ...*

3 *Instrumentum an possit quis im... pugnare, subscriptum manu propria.*

QVAEST. CCCCCIII.

1 POne, ego sum usus ... quo instrumento * ... qua causa. Deinde ... quis id produxit contra ... in quadam alia causa. Nunquid possum tale instrumentū reprobare? Dic quòd ... uolo id reprobare ratione au... thoritatis eiusdē, hoc est, ... tarii, qui recepit, uel scri... ipsum, & nō possum. ar. l. ... testibus. C.de test. aut uolo ... reprobare, propter aliquod ca... pitulū in eodē insertū, sepa... tum à primo, quod cōtra me facit. & tunc illud reprobare possum: secundum Pe.de Bel la pertica. ar. l. Publia Meuia. §.fi. ff.depo.& l.si ex falsis.C. de trāsa. Ita dicit Cy. in d. ... quis

quis. in ulti.q. Idem dicit de uerbo ad uerbũ Henr.Bohic, in c.presentium.in ii.di.extra de testi. & ad istud propositũ dicit Bar. quòd ubi producto aliquo instrumento, si uolo unũ capitulũ eiusdẽ reprobare, & aliud capitulũ ibidem
a insertum approbare.* Aut tale instrumentũ continet plura capitula separata, & tunc possum approbare unũ, & aliud reprobare. ut d.l.Publia. in fi.Aut continet tantũ unũ capitulum seu plura cõnexa: tunc aut respectu capituli qđ uolo reprobare, habeo cõtra me præsumptionẽ iuris. Aut ius non præsumit contra, nec pro, nec contra me. Primo casu, nõ admittitur reprobatio. l.si nõ conuicii. C.de iniuriis. & l.i.C.ad le.Cor. de sicar.secundo & tertio casibus admittitur reprobatio. l. Aurelius. §.idẽ quæsiit. ff.de li. leg.ubi
a Bar.a ista ponit.& ita fuit cõclusum in hac curia parla.ut
3 dixi plenius s.q. cxxxi.* Sed iuxta præmissa quæro, quid si instrumentum est subscriptũ manu illius, qui uult ipsum impugnare: utrum possit? credo quòd sic: tamẽ oportet eũ probare in subscriptione, ꝙ fuit deceptus, utpotè quia si ostenso instrumento fuit sibi dictum, ꝙ continebat unũ, & aliud cõtinebatur, & ipse nõ legit.l. fi.C.plus ualere quod agitur.& l.ii. C.de re. ecc.nõ alienã.hoc ponit Bart. in l.ii. ff. quẽadmodum testamenta aperiantur.Et ex hoc ego certifico decisionem huius curiæ aliàs factam. de qua in d.q.cxxxi.in qua dubitabaẗ, si ille qui producit instrumentũ in iudicio, in aliqua causa, possit aliquem errorẽ ibi adiectum petere corrigi. & dico ꝙ sic, per not.per Bart. in d. l. ii.ff. quẽadmodũ test.aperiã. Non obstante eo, quod posuit Inn. in c.cũ olim.in fi.de cen.quia debet intelligi, quãdo instrumentũ à domino sciente contenta in eo, fuit productum: cui tunc error ut ignorantia potest imputari. De hac materia uide Bar. in l.post legatũ. in princ.ff. de his, quibus ut indig. Inn.& Henr.Bohic. in c.Io. de fide instru. ubi ponit istam materiam.

a Vbi Bar.] *In uer.quæro pducto uno instrumento.adde bo.tex.optimè facientẽ in c.cũ uenissent. et ibi Panor.in v.col.in uersi.itẽ not. quòd licet confessio emanet cum certa qualitate. extra de institu.sanè istud libens addidisse uolui propter opi.distinguẽtem, an sit una oratio, uel diuersa, quam refert Bald.in l.i. in viii.col.in uer.denuò quæro.quæ*

tamen opinio sibi non placet: ut ibidem inquit, in uersi. quod mihi non placet. C. de confessis.

SVMMARIVM.

1 *Error adiectus in testamẽto, per quot testes probetur in testamẽto inter liberos. Et per quot, si inter extraneos.*

QVAEST. CCCCCIIII.

FVit in hac curia parlamẽti dudum processus uentilatus de & super hæreditate domini Amedæi de Mirabello, domini quodã de Mirabello, super quo processu ac etiã super testamẽto d. Io. eius filii factæ fuerũt aliquę decisiones, de quib. s. q. cxxvii. usq; ad q. cxxxv. in quo processu fuit orta alia quæstio, uidelicet, Vtrũ error allegatus ex dicto testamẽto domini Amedęi inter eos liberos cõditi, qui aliquos ex eisdẽ liberis suis hęredib. institutis onerauerat de debitis suis soluendis, quod fuit omissum describi: poterit ille error pro-
a bari per duos testes. *a* Cyn. tenet quòd sic: ut in l. errore. C. de test. Idem Innoc. in c. quoniam contra falsam. extrà de proba. Bart. tamen contrarium uidetur tenere in l. cum proponebatur. ff. de leg. ii. Credo tamen, quòd hoc casu talis error poterit probari per duos testes: pro eo, quia ista est quædã qualitas de debitis soluendis. quæ qualitas potest per duos testes probari, secundùm Bart. in l. cum proponebatur. in uersi. ii. casu &c. quòd sic, pro tali ratione testamentum inter liberos cõfectum, prout fuit dictum testamentũ do. Amedæi, posset probari duobus uel tribus testibus. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. a
multò ergo magis, & fortius potest probari talis error in eodem adhibitus, per duos uel tres testes. arg. in authen. multomagis. C. de epis. & cle. Et hoc rectè colligitur ex solutione, quam dat Bar. in d. l. cum proponebatur. ad d. c. quoniam contra falsam. dum dicit, quòd d. c. loquitur in actu, in quo nõ requiritur certus numerus testium. & ideò fieri potest probatio per duos testes. Quod tamen secus est in testamento, ubi certus nu- 1
merus testium est determinatus, per quem & non minorem debet fieri probatio. Et quia in testamentis inter liberos confectis non requiritur certus numerus testium à iure determinatus: ut d. ca. ex imperfecto. ideò sequitur, 1
quòd talis error in testamẽto præ-

prædicto adhibitus, pōt per duos testes probari secundū solutionem prædictam, quā facit Bar. ad d.c. quoniam cō tra fallam. ideo supposito, ꝙ opi. Bar. uera esset, & procederet in testamento inter extraneos cōfecto, ipsa tamen non procederet in testamento inter liberos confecto: ut appa ret tam per sua dicta, quàm per alia suprà tacta. De hac materia etiā tetigi s. q. cxxx. & in q. s. prox. precedēti.

a Per duos testes.] *Hoc autē est sciendū, quòd testatoris uolūtas debet probari per septē testes: & illa probata testamenti solennitas potest probari per duos testes, secundum Alex. ii. uol. consi. lxxxvii. in i. col. in uer. quantum ad secundum. & propterea pro resolutione huius quæstionis, uidetur considerandum, an error inspiciat uoluptatem, an solennitatem: ut sic uel ii. uel vii. requirantur.*

SVMMARIVM.

1 *Donatione facta primò nato ex tali matrimonio, seu alteri masculo, si maluerit: an primò natus, uel omnes admitti debeāt.*

QVAES. CCCCCV.

1 FActum est pactum in contractu matrimonii, * ꝙ pater primogenito filio dabit tale castrum, seu alteri, ex ipso matrimonio nascituro, si maluerit &c. Ex quo matrimonio nati sunt duo liberi masculi. Deinde moritꝰ pater, nulla alia facta declaratione suæ uoluntatis. Insurgit dubium, utrum primogenitus insolidum admittetur ad istud castrum, uel utrum omnes pariter admittātur? Et licet dicendum uideretur, ꝙ omnes ęqualiter admitti debeant. arg. l. cū quidam. in prin. & l. cū pater. §. pe. ff. de le. ii. & quod habetur in l. utrū. §. cū quidam. ff. de reb. dub. attamen credo primogenitū admitti insolidum: supponendo tamen tale pactum fuisse stipulatione uallatum, iuxta ea, quę dixi s. q. cclxvii. Et est ratio, quia donatio respectu primogeniti fuit pura: & respectu aliorum liberorum, qui inde essēt nascituri, fuit conditionalis, uidelicet si alium mallet. Quę tamen cō ditio non euenit ex eo, ꝙ pater non declarauit aliū malle habere: sed ꝙ donauit primogenito: igitur remansit in solidum dicta donatio penes primogenitum, cui purè fuit facta: qui etiam pendente cō ditione in secundogenito adiecta totum habuit. Et quia deficit conditio, nunquam uenit,

nit,nec cessit dies obligationis,respectu secundogeniti.l. cedere diem.ff. de uerb. sign. Ideò tota donatio peruenit
a ad primogenitum. l.ii.*a* & l. qui libero. cum ibi not. ff.si pars hæredi. pet. & quod no. per gl. & Bar.in l.si quis.ff.de hær. insti. & l. planè.§. qui coniunctim.ff.de lega.i. Constat enim, quod donatio respectu secundogeniti facta, censetur facta sub hac conditione, si maluerit. Et ita donatio primogenito facta reperitur adempta sub conditione,& concessa sub contraria.arg.l. si legatum.ff.de adi.leg.facit l.pecuniam. & quod ibi not.per gl. & doct.ff.si cer. pet.Et cũ talis conditio non euenerit, quia nulla fuit uoluntas declarata:quæ declaratio cessauit per mortem.l.iiii.ff.locati.& l. mandatum.C. mandati.Restat dicere talem donationem nũquam sibi locum uendicasse in personam secũdogeniti. arg.l.i.§.sinautem. C.de cad.tollen.l. prima, & quod ibi not. ff. de condi. & demõ.Vbi autem hæc uerba, si maluerit, non fuissent adiecta: sed simpliciter dictum fuisset primogenito, seu alii ex dicto matrimonio nascituro,tũc isto casu primo& secũdogeniti concurrerent.l.cum quidam.ff.de uerb.sign. & d. l.utrum. quibus per hoc apparet esse responsum. Et si dicatur, quod donatio facta primogenito, fuit conditionalis tacita, uidelicet si nasceret, ipso tamen primogenito nato statim fuit purificata.l.interdũ.in prin.ff.de uerb. obl. quæ tamen non impedit ortum obligationis: ut ibi no. Et respectu secundogeniti fuit duplex conditio: uidelicet, una tacita, si nasceretur, & alia expressa patet; si magis de ipso uellet quàm de primogenito. Quæ expressa cum non euenerit, ipsa habuit impedire tam ortum obligationis, ut d. l. cedere diem. quàm etiam totam ipsam donationem infringere, ut in l.j.§.sinautẽ.C.de cad. tol.Considerato, quòd talis conditio erat meræ & liberæ uoluntatis ipsius donatoris, si mallet uel maluerit alium nasciturum, quam primogenitum habiturum.l.centesimis.§.fi.ff.de uerbo.obl.de filio primo nato,etiam scripsi suprà q.cccclxvi. & cccclxxvii.

a L.ii.] *In gl.in uerbo,ad eos.ibi, tu autem potes distinguere.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta in contractu matrimo-*

matrimonii, primo nato: & nascatur primo filia, item filius, quis admittatur.

2 *Sermonis pronunciatio in masculino, quando nō porrigatur ad fœmininum.*

3 *Primogenitus, seu primonatus, quis dicatur.*

QVAEST. CCCCCVI.

1 IN contractu matrimonii maritus donauit * primo nato ex ipso matrimonio, ultra portionē suā & in auātagium, unā domū forte, cū decē libris annuī reditus. Ex quo matrimonio primò nata fuit una filia, Peroneta nuncupata. Secūdò, unus filius Ludouicus nūcupatus. Tertiò & quartò, gradatim plures filii & filię. Inter quos est quęstio utrū Peroneta primo nata, appellatione horū uerborum primonato, cōprehendatur. Et uidetur quòd sic. l. illa uerba. §. pueri. & l. patroni. & l. liberti. ff. de uer. sig. Et est ratio: quia sexus masculinus etiam sexum fœmininū
2 semper continet *a* l. qui duos mulos. ubi ista ponitur ratio. ff. de leg. iii. attamen credo oppositum in casu isto, in quo donator censetur intellexisse de filio masculo primonato, & non de filia primonata. Et potest assignari ratio: quia filiabus talia non consueuerunt in auantagio & ultra portiones suas donari. arg. c. i. in princi. & §. i. de succes. feud. in feudis. col. x. ideò dicit iurisconsul. Paulus, quòd pronunciatio sermonis in sexu masculino, ad utrunque sexum plerunque porrigitur. l. pronunciatio. in prin.
2 ff. de uerbo. sign. * Et notanter dicitur, plerunque: quia si appareat de contrario, tunc pronunciatio sermonis in masculino sexu, non porrigitur ad fœmininum. l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. iii. Et istud probari potest ex consuetudine talium nobilium: qui talibus masculis & non fœmellis facere consueuerunt donationes, aut etiam ex charitate, id est, affectione, quam habent plus erga masculos, quàm fœmellas: sicut hęc habentur in l. si seruus plurium. §. fina. ff. de leg. i. & l. si fuerit. ff. de reb. dub. in his enim scrutari debet uoluntas donantis, & in qua præsumptione sunt hi, q̄ tales faciunt donationes. Vtrum de masculis uel femellis intelligere uoluerunt, ac ēt modus cōis loquendi & intelligendi ipsorum. l. Cassius. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. iii. & l. cum

l.cum delanionis. §. asinam. ff.de fund.instru.leg. & l.Labeo.& ibi Bar.ff. de supel.le. Ita dicit etiã Ia.de Aret. in l. Lucius.c. quæsitũ.s̃. alle. Et ita sequitur Ludo. dici debere primò natum, cum nullus alius masculus eum præcessérit.l.proximus.ff. de uerb. signi.quia proximus est,quem nemo præcedit, ut ibi habetur. Et primo natus dicitur, respectu secundò & tertiò nati.l.si fuerit.§.fi.& ibi tex. de reb.dub.& no.in auth. de hære.& falcid.§.inordinatũ.iuncta gl.col.i. licet quandoque
3 *primonatus uel primogenitus ét dicitur, ubi nullus alius reperitur natus: ut in c. Ioseph.extrà de uer. sig.& ibi bonus tex. Non obstant iura s̃. in contrarium allegata. & & quod ponit Bar.in l.i.ff.de uerb. sig. quia ipsa militant, ubi de contraria uoluntate non apparet, sicut hic apparet præmissis coniecturatis. Qualiter sciri põt, ꝙ testator in testamento sic senserit:uide l.si seruus.§.fin. ff. de leg. i.& l.Lucius.§.maritus. glo. super uersicu. sensisse.ff. ad Trebel.

a Continet.] *Masculinum an & quando concipiat fœmininum, Bar. l.i.ff.de uerb.sign. distinguit. & in l. ita stipulatus. ff. de leg.ii.& in l.i. §.incertum. ff.de uent.in pos.mit.in l.si quis in tantam.C.unde ui.*

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus an pertineat ad hæredem, ante restitutionem fideicommissi.& nu.2.& 3.*

QVAEST. CCCCCVII.

a DIcit *a* Inno.in c.i.bi in
b fin. extrà de iurepa.
1 *ꝙ ius patronatus, nõ ad propinquos sanguinis.sed ad institutos hæredes def... tur.Nam si ad emptorẽ ... cũ aliis iurib. uillæ def... multò fortius ad hæredẽ... dicit ibidẽ Inn. Et hoc id... ponit recitatiuè Hẽr.Bo... in c.ex insinuatione.eo.ti... nunc surgit tale dubium... res qui habebat ex dispo... ne testatoris ius patrona... rogatus hæreditatem restitu... re Titio,decessit ab intestato, nunquid ius patronatus d... ratur agnatis uel cognatis ... intestato succedẽtibus:uel an pertineat Titio fideicom... sario. Et credo quòd talibus succedentibus ab intestato:& multò fortius hæredi suo ... pto saltem ante restitutioné per eos re uel uerbo factam, spectat ius patronatus, ꝓ eo, quòd omnia iura directa in eos

eos sunt translata. instit. de fideicom. §. restituta. & l. quoties. §. hæredes. ff. de heredi. institu. & l. hereditatis. & l. nihil. ff. de uer. sig. Ita q possunt tunc presentationem facere, tanquã uero patrono facta re uel uerbo restitutione hæreditatis fideicõmiss. ipsi fideicommiss. spectat ius præsentandi tanquam uero patrono, cũ per restitutionẽ omnia iura trãsierint in talẽ fideicõmi. iuxta l. restituta. ĩ prin. ff. ad Trebel. ita uidi determinari bis. hæres rogatus non detrahit Trebellianicã: q̃a fortè fuit prohibita detrahi, prout prohiberi potest hæredi extraneo. ut s̃. dixi, q. ii. tũc enim solus fideicõmissarius præsentabit tanquã insolidũ patronus: ubi autem hæres detraheret Trebellianicã, tunc ambo essent patroni, & facere deberẽt p̄sentationẽ, uidelicet fideicõmiss. cui est facta restitutio ꝑ tribus partibus, & hæres rogatus pro quarta parte, quia nõ obstãte restitutione remanet heres ꝑ quarta respectu Trebellianicæ ꝓ eũ retentę, per d. §. restituta. instit. de fideicõmi. hær. & tenetur etiã debita pro quarta parte soluere: ut dixi s̃. q. ccccxcvi.

2 * Sed iuxta hanc materiam pone, quidam suo testamento dotauit unam capellam & uoluit, q presentatio ipsius pertineret hæredi filio, & hæredibus heredis sui, & instituit hæredẽ uniuersalem filium suũ &c. Postmodum mortuo testatore filius suus hæres fecit testamentum, in quo instituit filium suum: & si decederet sine liberis, uoluit bona sua & hæreditatem suam peruenire ad Caium, subsequenter post mortẽ dicti secũdi testatoris dictus hæres mortuus ẽ sine liberis intestatus, & relicto superstite d. Caio fideicõmiss. nec non & relicto quodã cognato propinquiore, qui ẽ hæres ab ĩtestato, & restituit Caio fideicommi. posteà contingit uacare dictam capellã. Nunc est controuersia inter cognatũ & substitutũ, q̃a cognatus se iuuat testamẽto fundatoris, q̃ uoluit, q hæredes sui hæredis præsentarent. ꝓ l. fi. C. de hære. insti. substitutus dicit cõtrariũ, pro quo facit. l. q̃ liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. facit ẽt ff. de uerb. sig. l. in cõuẽtionib. Præstereà, fortificando sic, q̃a ea q̃ sunt cessibilia sunt ad hæredes extraneos transmissibilia. l. ex pluribus. ff. de admi. tuto. & ea quæ sunt trãsmissibilia ad hæredes extraneos sunt restitutibilia fideicom, ut no. ĩ l. si

patroni

patroni filius. in prin. ff. ad
Trebel.& not.per Ioan. And.
in addi. Spe. in tit. de loca.
§. nunc aliqua. uersic. clvii.
3 & ibi pulchrè. Sed * sic est, ꝙ
ius patronatus est cessibile &
uendibile, ut not. per Inn.
extrà de iure patro.c.ex lite-
ris. & per Io. Andr.in nouel
la. de iure patro. c. i.li.vi.er-
go est ad hæredes extraneos
trãsmissibile: ut not.per gl.in
c. ii. de iure patro. in cle. gl.
i.in fin.& ff. de iure patro. l.
si opera. Nec est curandum
de hæredibus sanguinis: quia
proximiores in sanguine hæ
redes non sunt admittendi,
ubi est dispositio in contra-
rium: ut no. per Inno.in rub.
in fin. de iure patro. & ibi
pulchrè. Nec obst. d. l. fin.
C. de hære. institu. quia si-
cut per obliquum succedit fi
deicommiss. sic etiam & hę-
redes hæredis.ut not. per gl.
in l.iii.in prin.ff.de pet.hęre.
& habet plus fideicommissa-
rius: quia habet dispositioné
hæredis, quam non habet hæ
res hæredis, qui per legem ad
mittitur: at non habet per di
spositionem testatoris: ut d.l.
quę liberis.in §.hęc uerba.&
in l.in conuentionibus. ff. de
uerb.sign. & si quid habeat si
ne retineat hæres rogatus,
hoc est contra uoluntatem
testatoris.l.Titia.ff.ad l.Falc.
facit ad præmissa l.si filius.ff.
quod cum eo, qui in ali. pot.
Nec obstat.l.quia. §. restitu-
ta. ff.ad Trebell. quia loqui-
tur in rebus non transmissi-
bilibus.

a Dicit Inn.] *De his uide per Fe*
ly.in suo tracta.de iurepat. ubi
multis dubijs decisis suo magni
fico sensu omnia cumulauit, quæ
ad ius patronatus pertinere ui
dentur. & sit tibi tractatus il-
le charus, ueluti pupilla ocu-
li tui.

b In c.i.] *Voluit allegare Inn. in*
rubr. de iure patrona. in uers.
transfertur autem.

SVMMARIVM.

1 *Ius prælationis in quib. locum*
habeat.

2 *Res an possit capi iure prælatio*
nis, in donatione.

QVAES. CCCCCVIII.

POne, aliquis emit unũ
1 tenementum * plurium
rerũ, in quo sunt quápl
res & diuersæ possessiones de
directo dominio, & emphy-
teosi diuersorũ dominorum:
mouẽtes, ꝙ quidam tenemen
tum emit uno precio: alter
dominorũ directorũ, uult ali
quam ré, quæ de sua emphy-
teosi tenetur, retinere iure p
lationis, utrum possit? & dicé
2 dũ uidetur quòd non: a quia
omni-

omnium rerum est una uenditio de facto de omnibus rebus insimul facta. l. scire debemus.cũ ibi no.per Bar.ff.de uer.obl.Ideo si talis dominus rem ipsam iure prælationis retineret, emptor non teneretur alias res ipso tenemento comprehensas recipere.ut l.si quis duos. ff. de contrahen. empt.& uend. Et est ratio: quia aliàs tale tenementum non fuisset empturus,nisi omnes res in eodem cõprehensas haberet: pro ut dicit ibidem gl.quæ alleg.l.ꝙ si uno. uersi.Celsus.ff.de in diem ad di.ꝙ esset præiudiciabile aliis dominis directis, ac etiã emphyteotę meliorationes suas uẽdenti.& istud facere non licet, quoniam ius prælationis tunc locum habet,quãdo per eum in nullo præiudicatᷓ emphyteotæ,ut.l.fin. C. de iure emph.Patet: quia à domino iure prælationis utente consequitur,quod sua interest: sicut consequeretur ab emptore:ut in d.l. si habetur. quod tamen non est in casu præsenti:& pro tãto uidetur, ꝙ ius prælationis locũ non habeat. facit bene: quia talis res est pars cõtractus.l. fundi partẽ. ff.de contrah. empt. & uend. Pro hoc etiam facit quod dicitur de permutatione, ĩ qua
1 cessat ius prelationis. & in cõtractu facto,ut des, ubi requiritur personæ industria, pro ut no.doc.in l.fin. C. de iure emphy.& in c.potuit.de loc. & ꝑ Spe.eo. ti.§. nũc aliqua. uers.cvii.& uer. seq.& Pe.Ia. de ac. in rem quæ pro emph.
2 competit. An * in donatione possit res capi iure prælatio-
b nis:*b* uide quę dixi s̃.q. xlvii. Vtrũ ius p̃lationis possit alteri cedi:uide q̃ dixi s̃.q.ccccxi. An dominus possit capere iure prælationis rem permutatã:uide quæ scripsi s̃. q. xcii. in fin.

a Videtur quòd non.] *Fortè tamen tenetur dominũ requirere. ar.de toto ad partem.l. quæ de. ff.de rei uẽ.licet dominus retinere nõ possit, propter rationẽ hic assignatã.ius enim requisitionis cũ sit bonũ & utile, non debet contẽni.ar.c.licet.extra de re.*

b Iure prælationis.] *Vide de hoc post omnes scribentes, Ias. in l. ult.C.de iure emphy.*

SVMMARIVM.

1 *Precarij constitutio.*
2 *Possessio facta, non sufficit ad constitutionem precarii.*

QVAES. CCCCCIX.

VEnditor domus cõstituit se eã possidere p̃cario* nomine emptoris,agit emptor cõtra uẽditorem,

rē,ut domū tradat, & eū potiorē ī possessione faciat:utrū procedat libellus. & uidetur quòd non:quia uenditor constituendo se possidere,trāstulit pos.in emptorem. l. quod meo.in prin.ff.de acquir.pos. l.quidam.ff.de rei uen. & ita facit quod debuit:quia possessionem tradidit.l.rē ali. cum ibi no.in gl. ff. de contrahen.
a emp.& uend.In cōtrariū *a* uidetur,quia iura loquentia de traditione quam facere tenet uenditor emptori,loquuntur de trāditione reali & actuali. & ita de possessione naturali. l.si traditio.C.de act. emp. in c. si facta. si de feudo defun. cōtr.fue.in feudis.col.x.in §. per traditionē.instit. de re.di
2 ui.*Et no.de possessione ficta seu ciuili,modo ita est,ꝙ per cōtestationem precarii non traditur naturalis.hoc est,realis & actualis possessio:sed ficta seu ciuilis:igitur sequitur libellum benè procedere.Pro hoc facit:quia quādo aliquis actus fieri debet naturaliter, non sufficit ꝙ fiat ciuiliter:tamen naturaliter fieri potest. l.si ita quis testamento.§.fin. & l.cū pater.§.hæreditatē.lo i.ff.de le,ii.& l. fideicōmissū. ff. de cond. & demon. & l. & ex parte.§. in insulam. ff.de uerbo. obl. Et quia uenditor domum potest tradere realiter & actualiter, ideò sequitur quòd non sufficit,si tradatur ciuiliter,hoc est fictè. De hac materia precarii uide quæ dixi plenè s̃.q.cxii. & j̃. q.cccccxii.s̃.q.cclxviii.

a In contrarium.] *Facit ꝙ possessio simpliciter prolata intelligatur de naturali possessione:ut l. l.stipulatio ista.§.hi quoque.te hoc quoque. ff.de uer.obl. Et hinc est, quod dicitur pedum positio.ut l.i.ff. de acqui.poss.*

SVMMARIVM.

1 *Remaneat,uerbum in donatione inter uiuos,quid importet.*

QVAES. CCCCCX.

FVit factum pactum iuramento uallatum per Aynardum bastardum domini Vignayci,domino Vignayci præsenti & stipulanti ꝙ eo casu, quo ipse bastardus decederet sine liberis legitimis, uoluit & concessit, ꝙ casttum suum Vatillici,sit & remaneat ex nunc, in antea ac in perpetuum dicto dom. Vignayci, suisque hæredib. & successoribus in dicto ca-
1 stro Vignayci.* Vtrū ex hoc censeatur donatio facta? Et uidetur ꝙ sic:quia uerbū,remaneat,totū importat,sicut si dixisset,

xisset, donat uel legat. l. cũ qs decedens. §. nuptura. ff. de le. iii. hoc ẽt probat in l. si cum a ante nuptias. iuncta gl. C. de do. ante nupt. ubi promissio facta per uerbũ, remanere, tã tum operatur ac si fuisset per uerbũ, dare. Et est ratio: quia in talibus plus sensum, quàm uerba inspicimus. & plus, q̃d est actum, quàm quod est in fieri. d. l. iii. §. conditio. ff. de adi. uel trãsfer. leg. l. sed Celsus. ff. de cõtrah. emp. & uẽd. In conuentionibus enim cõtrahentiũ uoluntatẽ potius, quàm uerba spectari placuit. l. in conuentionib. ff. de uer. sig. Quę uoluntas si consideretur, negari nõ põt, quin tale pactũ operetur & faciat cẽseri donationẽ inter uiuos factã esse, cũ testamentum esse non possit, cũ vii. testes nõ exiſtãt: neq; cõdicillus, aut donatio causa mortis, cũ quinque non existant testes rogati, quæ requiruntur. l. hac cõsultissima. §. i. & §. per nuncupationẽ. C. de test. & l. fi. C. d̃ codicil. aut ultima uolũtas, de qua in l. i. C. de sa. san. ec. mẽtio habetur, pro eo, q̃ ipse tũc in mortis articulo nõ erat cõstitutus, sicut requirit antè, q̃ d. l. locũ habeat. igitur erit donatio, cũ aliũ titulum importare non possit, attẽto quòd nullo cogente tale pactum fuerit factum: sicut dicimus in l. donari. ff. de donat. Et attento, quòd hodie nudo pacto fieri potest donatio. l. si quis argentum. §. sed & si qs. uersicu. & hoc prætermissum fuerit. C. de donat. Et pro hoc bene facit iuramentum interpositum, quo ualidatur dictum pactum: ubi aliàs foret inualidum: & an effectũ donationis facit operari. l. cũ pater. §. filiũ matrẽ. ff. de leg. ii. facit ad idẽ stipulatio interposita, per quã ualidatᷓ ipsum pactum, si aliàs foret inualidũ. l. i. C. ut act. ab hær. & cõ. hær. inci. & nõtauit gl. in l. hæreditas. C. de pact. conuen. super dote. ibi. sinautem à muliere bona eius post mortem suã aliquis stipuletur, ualet &c. Nec obst. l. licet. C. de pa. quia ibi agebaᷓ de hæred. dãda, quæ dari nõ potest, nisi in testõ. l. i. §. fin. ff. de codi. insti. eo. §. codicil. iõ nõ potuit ualere, ut donatio causa mortis in qua ẽt hæreditas dari non potest: sicut nec in codicillis: ut d. §. codicillis. Ita ẽt dicit Bar. in d. l. licet. hic uerè agebatur de re singulari danda: ut q̃a de uno castro, quod bene extra testamentũ põt dari: ut in toto ti. de do. ff. & C. eo. modo põt responderi ad l.

hæreditas. suprà alleg. Ita uoluit dicere Bar. in dictis ll. licet hoc probent clarè. d. l. licet. & l. hęreditas.

a In l. si cum.] *Caue quia uerbũ, remanere, capitur ibidem improprie: scilicet pro uerbo, reddi debere, secũdùm Odofr. ibi, et doct. sed de huiusmodi uerbo remanere, uide plenè per Bar. in l. centurio. ff. de uulg. & pupil.*

SVMMARIVM.

1 *Liberi nati tempore mortis hæredum, si substituantur, an etiam nati post mortem hæredum uideantur inuitati.*

QVAES. CCCCCXI.

1 PAter in testamento suo substituit liberis suis* liberos masculos, quos eius filia haberet tẽpore mortis dictorũ liberorũ, suorũ hęredũ institutorũ: cõtigit, ꝙ dicta filia testatoris nullos habuit liberos tempore mortis dictorũ hæredũ testatoris: sed post eorũ mortem habuit: an uideantur illi posteà nati sub
a stituti? uidetur ꝙ nõ. *a* l. si pro
b ximior. *b* ff. unde cog. & l. Titius. ff. de suis & leg. hæredi. Sed si ipse testator simpliciter locutus fuisset de liberis, tũc isto casu huiusmodi decisio nõ ꝓcederet: quia tales liberi quãdocũq; nati forent, ipsi ex uolũtate testatoris essent inuitati ad successionẽ, postquam de ipsis fecit mẽtionẽ: ut probat l. Lucius, la ii. ff. de hære. inst. iũcta l. cũ acutissimi. C. de fideicõmiss. ita fuit determinatũ in camera consilii.

a Videtur quod non.] *Cum illa inquam distinctione, an scilicet sint concepti in uita testatoris, uel non, secundum not. in §. cũ aũt. instit. de hær. quæ ab intest. defe. & ibi uide Ioan. de Plat. qui istud reducit ĩ simili ad pulchram q. de eo, qui fuit condemnatus, ut ipse ac filii & nepotes sint perpetuò exules. dicit ꝗ post condemnationẽ concepti, non afficiuntur pœna exilii. Et adde omnino Bal. ĩ prædic. §. cũ aũ. in uer. unde pone in terminis.*

b L. si proximior.] *Voluit alle. l. i. §. si quis ꝓximior. ff. unde cog.*

SVMMARIVM.

1 *Præcarii constitutio possit idem operari in personam secundi donatarij, quod in personam primi: factis donationibus duabus successiue in contractu, diuersis personis.*

QVAES. CCCCCXII.

1 TItius bona sua donauit Caio eius fratri, in casu, in quo ipse decederet sine liberis, usufructu retento, & constituit se precario nomine

nomine ipsius Caii possidere ipsa bona, & casu quo dictus Caius sine liberis decederet, ipse talia bona donauit Sempronio, se etiã cõstituendo ea precario nomine possidere, & usufructu retẽto prout suprà obiit dictus Titius donator sine liberis: & ita locũ habuit donatio personã ĩ dicti Caii, qui bona possedit: moritur inde dictus Caius, sine liberis, relicto certo hærede. & ita casus, sub quo donatio Sempronio fuit facta, euenit, contra quẽ hæredem Caii egit Sempronius rei uẽdicatione, asserẽdo bona sic, ut præmittitur, donata: sibi pertinere iure dominii uel quasi, utrũ bene agat? & credo ꝙ nõ. nam moriente dicto Titio donatore sine liberis, fuit uerũ dicere domũ & possessionẽ ciuilẽ dictorũ bonorũ in dictũ Caiũ primũ donatariũ fuisse trãslatas à die dictæ dona. factæ: quo die duo extrema cõcurrebãt de se habilia: extremum, quo naturaliter: & extremum, ad quẽ potẽtialiter: cũ tẽpore talis contractus poterat de iure fieri statim dicta translatio, si nulla donatio fuisset apposita l. quisquis. C. de dona. & l. qđ meo. ff. de acquir. poss. fuit igitur uerus dominus, & possessor ciuilis dictus Caius primò donatarius, cuius respectu, retentio, usus fructus, & ꝓ carii constitutio fuerunt factæ & operatæ: ut probant dicta iura. sed moriente dicto Caio primo donatario sine liberis, & ita casus euenit, sub quo donatio fuit ipsi Sempronio facta. Restat uidere, utrũ dictę clausulæ aliquẽ effectũ potuerint respectu ipsius Sẽpronii secũdi donatarii, operari: & quia dominiũ, & possessio ciuilis uirtute taliũ clausularũ fuerunt semel in dictũ Caium primũ donatariũ trãslatę, ipsę clausulę nõ poterũt ab eo auferri, sine eius uoluntate. l. si quis ui. §. differentia. ff. de acquir. pos. l. quoties. C. de preci. Imp. off. Tamen etiã quia aduenięte cõditione, sub qua donatio ipsi Sempronio secundo donatario fuit facta, non potest fieri retroactio respectu ciuilis possessionis & dominii, ad tempus quo donatio fuit facta: quia illo tempore, quo Titius donator desiit esse dñs & possessor ciuilis propter trãslationẽ in ipsum Caiũ primũ donatariũ, ut ꝓmittitur, factã. & ideò ꝙ non fuit penes d. Titiũ donatorẽ, nõ potuit transferri neq; fictè in dictũ Sẽproniũ ₰m donatariũ. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iu. & l. traditio. in princ.

ff.de acquir.re.dom, & ita tenet Ang.de Are,in l, quãuis, §.si conditor.in prin.ff.de acquir.pos. & dixi Latius in apparatu meo statuti,si quis per literas.in gl.super uerbo, possessio.nam licet tẽpore donationis Caio primo donatario factæ,ac tẽpore existentiæ cõditionis dominium & ciuilis possessio eẽt penes donatorẽ: attamẽ adueniente conditione,sub qua donatio fuit Sempronio facta, nullũ dominiũ nullaque possessio ciuilis, neque naturalis erãt nec fuerũt repertæ penes ipsum donatorẽ.cum iam essent in dictum Caiũ translatæ: ut dictũ est,
a Et qa *a* erat ẽt tũc defunctus, & sic nihil poterat possidere, ut in d.§.deinceps.in auth.de nupt.col.iii. Aliter sequeretẽ dominiũ & possessionẽ ciuilẽ respectu unius & eiusdẽ rei, penes duos uno & eodẽ tpe posse reperiri: quod tamen ẽ absurdum dicere.l.iii.§.econtrario .ff.de acquir.pos,l. si ut certo.§.si duobus uehiculũ.ff. de cõmo.Ex quibus præterea sequitẽ, dictũ Semproniũ malè & sine actione egisse,quod tñ facere nõ potuit.l,si pupilli.§.uideamus.ff.de neg.gest, l.quoties.§,itẽ tẽporali.ff. de admi,tu.quod patet ẽt:qa nõ probauit bona donata ad se p tinere iure dominii,uł quasi. Nec ob.l,quoties.C.de dona, quæ sub mo.quia licet ibi secundo donatario cõpetat utilis actio personalis cõtra hæredes primi donatarii nulla stipulatione subiũcta,ex quadam benigna interpretatione,qua potest contra talẽ hæredem agere , ad tradẽdũ & expediendũ sibi res donatas: & sic est unus de casibus, in quib. alteri per alterum quæritur actio : ut ibi dicit Bart. & ponit gl, in §. si quis alteri,insti.de inut,stip. Nõ propterea tamẽ fit ibidem dominii translatio,in secũdum donatariũ, licet res donata tradatur primo donatario. nec hoc ibi dicitur.& ita ibi non obst,in aliquo,De hac materia constitutionis præcarii dixi suprà q, xii. & q. cclxix. & cccccix.

a Quia.] *Ista est ualidissima ratio: mors enim oĩa soluit, ut §. deinceps.in auth.de nu.col.iiii.*

SVMMARIVM.

1 *Detractio duarum quartarũ non habet locum in testamẽto nullo,adiecta clausula codicillari,Si nõ ualet iure test. &c.*

2 *Clausula codicillaris,Si nõ ualet iure testamẽti, ualeat iure codicill.quando locum habeat. Et de eius ui, et effectu. num.*

QVAE-

QVAES. CCCCCXIII.

DE detractione duarũ quartarũ, uidelicet legitimæ & Treb. & qñ
a fieri posit: uide gl. *a* & melius Bar. in l. quãquã. C. ad l.
1 fal. Quæ* tñ detractio duarũ quartarũ nõ põt fieri si testamẽtũ nullum existat ratione
b præteritionis *b* paternæ uel maternæ, in quo subiuncta est clausula, Si non ualet iure testamẽti, uult ꝙ ualeat iure codicill. Et solũ fit detractio unius quartæ: hoc est, legitimæ ex eo, ꝙ prætextu dictæ clausulæ proximiores ab intestato censentur esse rogati purè restituere hæreditatẽ heredi scripto. l. ex eo. C. de fideic. & l. si iure. C. de testam. man. & l. ex ea scriptura. ff. de testa. & ibi sũt no. gl. quas ponit Bar. in aut. ex causa. in fin. q. de li. præte. uel exher. Et iõ qa rogatio cẽseẽ facta purè, tãtùm detrahiẽ una quarta per filiũ rogatũ restitueẽ: hoc est, legitima. Istã conclusionẽ ponit Bar. in d. l. quãquã. Et ẽm hãc cõclusionẽ uidi determinari inter dños meos de parlamẽto in diffinitione cuiusdã processus. De detractione dictarũ duarũ quartarũ: uide quæ
2 scripsi s. q. lii.* Iuxta materiã clausulæ codicill. q̃ro qñ ha-
c beat locũ. *c* Dic, ꝙ locũ habet ubi testamẽtũ non ualet, ꝑ defectũ solennitatis omissæ. l. codicil. §. fi. de le. ii. & in l. ex his uerbis. ff. de testam. Et
3 *ubi apponiẽ in testamẽto talis clausula, si nõ ualet iure testamẽti ualeat iure codicillorũ, uel alterius ultimæ uoluntatis: talis clausula operatur uim fideicõmissi. Et inter liberos operatur illa clausula effectũ uolũtatis minus solennis & minus perfectę inter liberos: ut in l. fi. C. fam. erciscun. & in l. hac cõsultissima. §. imperfecto. C. de testa. & ita ponit Bart. in l. i. circa fi. ff. de iure codic. Et ꝑ istã clausulã uidenẽ grauati ẽt uenientes ab intestato. l. ex testõ. C. de fideic. quãdo uenientes ab intestato succedunt. Si aũt aliquĩ succederent ex testamẽto, ut puta, qa pręcesserat testamentũ, quod non erat ruptũ, illĩ hæredes succedẽtes ex testõ, uidẽtur rogati, secundũ Bar. in d. l. ex post. in prin. Nam in tali casu dicit Bar. uim testamenti esse conuersam in uim fideicõmissi & codicil. ꝑ d. clausulam. quæ uerba benè sunt notanda, secundũ eũ. Et ubi codicillus habet dependẽtiam ex testamẽto quod fuit nullũ, tũc clausula operatur, ꝙ uenientes ab intestato ui-

dentur rogati, secūdum Bar. ubi s̃.Spec.autē in ti.de de instru.edi.§. compendiosè. in uer.item uide, &c.dicit quòd c ubi testamentum deficit pp solennitatis defectū:quia deficit numerus testiū,uel alia solennitas,& tunc ualet iure codicil.Cy.uerò in auth.ex cā. de li.p̄te.uel exhær.sequendo opi.Dy.uř dicere,ꝙ d.clausula habeat uim fideicommissi, ut uenientes ab intestato restituant hæreditatē substituto. De hac materia clausulæ codicillaris, uide q.cccxxii.

a Vide gl.] *Et omnino Pan. in c. Raynutius.in xi.colum.in uerbo,legitimū.extra, de test.Dixi, omnino:quia disputatio de huiusmodi duarū quartarū detractione,redditur ambigua de iure ciuili,propter quod discrepantia est inter Pe.Cy.et alios eorū sequaces,ex una.& Bar.Bal. et alios doc.ex altera,quo casu tūc recurritur ad Canonistas,secundùm regulam,quæ uult , ꝙ quādo aliquod est dubiū de iure ciuili , si reperitur casus clarus de iur.canoni.prout est huiusmodi casus,stamus iuri cano.et in foro ciuili: ut legitur & notatur in c.i. & ii. extra , de noui ope.nun.& Bar. in l.priuilegia. C.de sacros.eccl.*

b Præteritionis.] *An autē clausula codicillaris habeat locum in testamento nullo ,ex causa præteritionis , uide Pau. de Cast. in consi.lviii.*

c *Quando habeat locū.] *Aduerte,quòd ubi deficit uoluntas testatoris,clausula codicillaris nihil operatur: ut not. declarat Bal.in consi.ccix.incip. quidam Nicolaus.col.fin.lib. v. secundū nouam formam:uide Phil. Deci.in l.precibus.C.de impub.& per eundem Phil.Deci. in consi. ccv.incip. in causa. in ii. parte. consi.Et quid operetur clausula codicill.uide omnino , quæ dixi in q.cccxxiii.in uerbo, in testis. suprà in apostill.ad istum.*

SVMMARIVM.

1 *Barones et Bannereti, an possint prohibere piscari in suis terris.*

QVAES.CCCCCXIIII.

VTrum Barones & Bānereti huius patriæ Delph.qui habent in superiorem dominum nostrū Delph. possint prohibere in terris suis, ne quis piscari habeat in riuis, in suis terris labētibus? dicit Ioan.Fa. quòd non,sicut nec pręsides,hoc facere pn̄t.l.iii.§.planè.ff.quod a ui,aut clā.nisi cōsuetudo a priuilegio eis ius tribuit. & ita ponit Ioan.Fab.in §. flumina. b institut. de rer. diuisio. & ita seruatur ī hac patria Delph.

a Nisi consuetudo.] *Tu dic de hoc, ut per istum, consi. clxxi. incip. circa materiã processus. nu. ii. uersi. ad secundũ. & sequen.*

b Io. Fab. in §. flumina.] *Circa fi. in uer. qd ergo de Baronib. ibi, ego credo, quòd Barones, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Dolus futurus, an possit tacitè per testatorem remitti.*

2 *Falcidia, ad quid inducta sit.*

QVAEST. CCCCCXV.

TEstator facit legatum eius uxori, hoc mediãte, ꝙ ipsa teneatur re-
1 uelare* eius hæredibus aurũ, argentũ, ueyssellam, iocalia, & alia bona mobilia ipsius testatoris penes ipsam existẽtia. deinde in codicillo ipse eã releuauit in tali releuatione, & sibi legauit quicquid ipsa cepit, & alienauit de talib. bonis mobilib. Nũc petunt hæredes, quòd ipsa reuelet iuxta ordinata in testamẽto, ipsa respondet, & dicit se nõ teneri propter ordinata in codicillo. Oritur quæstio, quæ dictarũ partium bene dicat. & ui-
a detur ꝙ uxor, *a* per ea quę habentur in §. disponat. in auth. de nupt. coll. iiii. & i l. i. C. de sac. san. ec. & in aut. quod obtinet. C. de ꝓb. In cõtrariũ uidet, nã si remessio in codicillo facta ualeret, ipsa uxor inuitaret ad delinquẽdũ: cui tñ est obuiandũ. l. cõuenire. C. de pac. do. & dolus malus futurus sibi uideret remissus, qđ
b tñ fieri nõ põt *b* l. qdã decedẽs. in prin. ff. de admi. tu. & l. si unus. §. illud. ff. de pac. hoc ꝓbat alia ratione in cautione de utẽdo, ĩ qua usus fructus ẽ relictus arbitrio boni uiri: q̃ testator remittere nõ põt, ne usufructuarius inuitet ad delinquendum. l. i. C. de usufr. l. scire. C. ut in pos. leg. ita dicit gl. in d. l. scire. Tum ẽt, qa talis cautio fauoré hæredis cõcernit: Ió nõ põt remitti: ut d. l. i. hr̃ cautio uerò quæ respectu legati in die uel sub cõditione relicti, ꝓstari debet, fauorẽ testatoris concernit. Ió ipsa põt ab eodẽ remitti. ut d. l. scire. & cũ reuelatio p uxorẽ fieri ordinata fauorẽ hæredis legatariorũ, & creditorũ respiciat, ut est notoriũ, dicẽdũ uidetur, ꝙ ipsa à testatore nõ potuit ĩ codicillo remitti. Nõ obstat auth. sed cũ testator. C. ad l. Fal. ubi detractio d
Falcidiæ, q̃ fauoré hæredis cõcernit, prohiberi põt: quia dico, ꝙ talis detractio etiã utili
2 tatẽ testatoris cõcernit. * Nã introducta fuit Falci. ut testator hæredẽ habeat. Nã si non 1
detraheret, testator decederet

 inte-

intestatus: quia nullus uellet esse eius hæres. ita dicit & soluit Bar. in l.i.C. de usufr. non obstant iura in cõtrariũ allegata: quia ipsa loquunt, quã do uolõtas testatoris est conformis iuri. nã illa tũc est seruanda. ubi uero esset cõtra legẽ, uel bonos mores, aut per eã quis inuitaret ad delinquẽ dũ, ipsa non esset seruanda. ut d.l.i. & l. cõditiones. & l. filius. ff. de cõdi. inst. & pro hoc bene facit l. nemo põt. ff. de le. i. ita soluit & dicit Bart. in d.l.i. Iudex ẽt ex suo officio nobili põt talẽ uxorẽ cogere qđ reuelet, iuxta ordinata in testamẽto: ne ipsa lucrũ iniquũ reportet in fraudẽ & pręiudiciũ hæredũ legatariorũ, & creditorũ. iuxta l. illicitas. ĩ pri. ff. de offi. p̃si. iũctis ibi no.

a Quòd uxor.] *Et hoc fortè uerum, quo ad ea quæ ceperat, ea alienauerat de huiusmodi bonis mobilibus ante codicillum, per ea, quæ scribit Bar. in l. quidam decedens in prin. in ul. op. ff. de admi. tu.*

b Fieri non potest.] *De hoc scilicet, an dolus futurus possit remitti: uide istum, consi. xli. inci. Anto. pugnantis. ad finem. uersic. & ratio præmissorum.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus an sit nullus, uel usurarius, ex gratiæ redemptiue adiectione.*

2 *Gratia redemptiua ut ualeat, quæ debeant concurrere.*

3 *Gratia redemptiua non habet locum nisi in ultimo anno seu tempore pacto inter emptorem & uenditorem.*

QVAES. CCCCCXVI.

An per confessionem reacheti seu * gratiæ redemptiuæ, quam fecit emptor uenditori, statim post contractum uẽditionis, ad partem, uitietur uenditio, uel ex hoc fiat cõtractus illicitus? a dic quòd non. quia talis contractus utroque iure ciuili, & canonico est permissus. ut in l. ii. C. de pac. inter empto. & uendi. & in c. ad nostrã. extrà de cõtrah. emp. & uendi. & est gl. aurea, q̃ uult & tenet, ꝙ tales cõtractus sũt ualidi de iure. ĩ c. cõquestus. extra de usu. præsertim Inn. Host. & Hen. Bohic. & tenere uidet Bal. in feudis ĩ ti. de feu do da. in uicẽ leg. cõmis. * Et hoc uerũ, dũmodo fiat rationabiliter, & seruet substantia cõtract⁹: uidelicet, ꝙ ibi sit cõsẽsus liber utriusq; partis, uidelicet emẽtis & uẽdẽtis, & q ibi sit p̃ciũ & merces, hæc est res, quæ emitur, & ematur, p iusto p̃cio rationabili taxato. 3 insti. de emp. & uẽd. hoc casu inter-

interuenire debeat iuſtũ precium.dicit glo. in d.c.conqueſtus.quod fieri poteſt taxãdo rei ualorem, quæ uenditur ſecundum conſuetudinẽ regionis,loci & temporis.l.uenditores.C. locati.l. ſi fundus.ff. de euic.& no.per glo.Bart.& Bal.in l. ii. C. de reſcin.uen. Et ſecundũ ea, quæ ſecũdum iudicium bonæ rationis uidetur expedire utrique,ementi, & uendenti,& etiam reipublicæ, ita quòd ibi fiat adæquatio dati & accepti, ſecundum proportionẽ, quam habet ad uſum hominũ, in quem ueniunt ſeu nata ſunt uenire,ut iuribus s̃.alleg. Si enim propter dictam gratiam redẽptiuam ſeu reachatũ minus uẽderetur,quàm res ualeret,iuxta commune preciũ,quo res uẽdi conſueuit, tũc iſto caſu contractus eſſet illicitus. Ita tenet gl.in d.c.conqueſtus.de uſuris. De hac materia plenè dixi in tract.quem compilaui ſuper cõtractibus qui ſapiũt uſuram, & qui uſurarii dici poſſunt uel non, in §. quid ſi uendidi tibi, &c. Et prædicta ſeruantur in iudicando,tã in curia parlamẽti,quàm in cęteris curiis præſentis patriæ Delphi. prout ſemper uidi à
3 xxx.annis citra.* Sed quid ſi emptor dat dictam gratiã redemptiuam,ita quòd uẽditor poſſit reemere in decem annis : nunquid poterit uẽditor redimere ſtatim, quando uoluerit?dic quòd nõ, ſed debet expectare ultimum annũ dictorũ decem annorum, & in qualibet parte ipſius ultimi poterit uenditor reachatare. l.ſi ita fuerit.la ii.ff.de manu. teſta.& hoc operatur dicta dictio,reemere,iuncta ablatiuo caſui.l.i. §. quibus.ff. de ſucceſ. edic. Ita ſentit Bart. in l. ſi cui. in princip. ff. de leg.i. Idem in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de libe. & poſth. Sed ille contractus ex quo non poteſt uenditor quandocunque durantibus dictis decem annis redimere, cenſetur uſurarius:*b* ut plenè dixi in tractatu meo de cõtractibus illicitis.in §.pone circa hoc.xviii.col. De materia reachati uide *c* l.quoties. & l.ubi.& l. itemq́ue.ff.de in diem adiect. & Hẽr. Bohic.in c.ad noſtrã. de emp.& uendi.

a Illicitus.] *Vide ſuper hoc Alex. cõſil.xli.in iii.uol. An ſcilicet talis contractus de retrouendẽdo, cenſeatur uſurarius, & an tale pactum poſſit præſcribi.*

b Cenſetur uſurarius.] *Vide ea, quæ leguntur, & not. in præ.c. ad noſtram. & ibi per Pan.extra de empt. & uen.*

Rea-

c Reachati uide.] *An autem, si emptor alienat prædium emptū, cum pacto de retrouendendo alicui tertio, utrum competat primo uenditori actio contra istum tertium, ut ei reuendat. uide Alex.cons.i. in i.uol.ubi conclu dit post multa argumenta, quòd primus uēditor non pōt experiri cōtra tertiū. l.secundū emptorē.*

SVMMARIVM.

1 *Religiosi & fratres mendicātes, an possint adhiberi testes in testamentis & codicillis.*
2 *Religiosi & fratres mendicātes, quaten⁹ uidenẽ similes mortuo.*
3 *Conuersi an possint esse testes in testamentis.*
4 *Religiosi & fratres mendicantes, an possint esse testes in contractibus.*

QVAES. CCCCCXVII.

VTrū religiosi uel mendicantes possunt esse testes in testamento uel codicillis. & si adhibean-
1 tur*, an ualeat testamentū uel codicillus? Ioan. Fab. instit. de test. §. testes. uidetur tenere quod nō ualeat, quia religiosus similis est mortuo, l. Deo nobis. C. de epis. & cler. in auth. de mona. contrariū credo, qa religiosus monachus aut mēdicās testis in testamēto, non reperiẽ prohibitus. Ideò ipsi capaces esse cēsentur. l.i.ff.de testi. Ita tenet gl. ordi. in authē. si dicatur. C. de testi. plenius in auth. de mona. §. cogi
a tandū. *a* in gl. super uerbo, testes. colla. i. Et quādo dicitur,
2 quòd * uidentur tales similes
b mortuo. *b* hoc est uerum quo ad matrimoniū, ut ibidē dicit glo. & idem uoluit tenere Spe. in ti. de test. §. i. uer. item excipiẽ. ibi, attamē dico &c. pro ista parte bene facit l. quoniā. in fi. C. de hęreti. ubi hæreticus potest haberi testis in testamēto, & si habeatur, non propter hoc uitiatur testamētū. & hoc suadet utilitas necessarii usus. ideò ibi sic dicit, testimonia quæ in ultimis elogiis uel in contractibus cōsistūt, propter utilitatē necessarii usus, eis sine ulla distinctione permittimus &c. si enim propter hæreticū in testē adhibitū testamentū inde
non uitiatur, ut ibi: multò minus debet uitiari, si religiosus etiā mendicās, pro teste adhibeaẽ. Ad quid enim testamenta uel aliæ ultimæ dispositiones, in quibus religiosi, etiam 3
mendicātes, pro testibus adhibenẽ, debeāt propter hoc irritari? imò, quòd tales pro testibus adhibeātur in ultimis uolū. se habet cōmunis obseruātia. Nō obstat Io. Fab. quia si ne le- 4

ne lege loquitur:licet enim tales religiosi pro testibus adhibiti,testimoniũ in iudicio ferre nõ possint,sine sui superioris licẽtia: ut in c.ii.de posth. nõ propterea sequitur, quòd dispositio ipsa uitietur. Sicut dicimus in excommunicato, qui à testimonio ferẽdo repellitur:ut in c.ueniens.extrà de testi.attamen testamentũ uel cõtractus,in quo adhibetur pro teste,nõ uitiatur: ita tenet Spe. in ti.de teste.§.instrumẽtũ publicũ.uer. quid si testis inscriptus in testamẽto &c.Idẽ tenet Inn.in c.pia.gl.super uerbo,duraturis. extrà de exceptionibus.hoc est probatur in religioso dato executore in testamẽto: nã datio ualet,licet exercere non possit,sine sui superioris licẽtia.ut in c.fi.de testa.li.vi.Sic etiã idẽ erit in teste.Et ita secundũ hanc determinationem uidi iudicari in hac curia parlamẽti Delphi.

3 Sed quid * de cõuersis,an possint esse testes in testamentis? uidi quæ dixi ĩ. q. ccccclxiii. An depositio facta per clericũ in foro tẽporali, sine licẽtia superioris,ualeat? uide s̃. q.lxv.

4 *An fratres mendicãtes possit esse testes in contractibus?dic quod sic. plenè pro & cõtra scripsi in apparatu, quem feci super statuto Delphi.incipiente, si quis per literas.in glo.super uerbis cõmuni æstimatione fide dignos.

a §.cogitandum.] *Per hũc §.tenet Bart.quòd monachus potest esse testis,ut in auth.si qua mulier.in iii.col.in uersi.& eodem modo.C.de sacros.eccl.*

b Similes mortuo.] *Hoc nequaquã uerificatur in actibus naturalibus.nã monachus,quo ad actus naturales, nõ censetur mortuus:ut dicit Pan. ĩ c.clerici.in ii.col.in uers. uenio ad ulti.extra de uit.& & honest.cleri.*

**Tu adde Pet.de Anch.in c.sicut.de homi.in ii.not.ubi etiã dicit, quod licet monachi dicantur mortui mũdo.c.ii. de postu.tamẽ impregnãt & quãdoque cõmatres: alleg.Spe.de teste.§.i.uersi.item excipitur, quòd est monachus. Item,& comedunt.ut C.de bon. quæ libe.in auth.excipitur.Debent tamen monachi uacantes reduci ad claustrum.ut not.Pe. de Anch. in c. cùm in ecclesiis. de maio.& obedien.*

SVMMARIVM.

1 *Resortus,quid.*

2 *Resortus, an sit de essentia feudi.*

QVAES.CCCCCXVIII.

1 RESortus secundũ communem usum loquendi in hac patria* Delphinali,ac etiam regni Franciæ,

ciæ, nihil aliud eſt, quàm ius
a primarũ appellationum *a* qui
communis uſus debet atten-
b di *b*. l. cũ delanionis. §.aſinã.
ff.de fun.inſtru.& inſtru.leg.
l.Labeo.& ibi plenè per Bar.
ff. de ſupellec. leg.l. ſi ſeruus
pluriũ.§.fi. ff. de leg.i.de quo
uerbo nihil reperitur in iure:
& tale ius non eſt de eſſentia-
libus feudi.Patet,quia feudũ
poteſt bene concedi ſine re-
ſortu, ſicut ciuitas ſine terri-
torio.De primò,eſt tex.in ca.
i.§.fin. in quibus cauſis feud.
amit.ſecundum Obertum,in
feu.col.x.De ſecundo eſt tex.
in l.ii.in prin. ff.de uerb. ſig.
& l.pupillus.§.urbis.& l.bo-
na ciuitatis. cũ l.ſequenti.eo.
2 tit. Licet * enim fidelitas ſit
de eſſentia feudi, adeò quòd
in conceſſione feudi ſimplici
ter facta fidelitas intelligit,
quamuis de eadem nulla mẽ
tio facta fuerit, ut in c.i.§.fi.
in feudis.per quos fiat inue-
ſti. quod tenet expreſsè Bald.
in c.i.de cap. Coradi.Non ta
mẽ ſic eſt in reſortu.Nec mi-
rum,quin feudum poteſt eſſe
ſine reſortu,ut prędixi:& re-
ſortus ſine feudo : quod pro-
bari poteſt in multis caſtris
in hac patria Delph. ſituatis.
quę licet ſint de feudo Del-
phi.in ipſis tamen non habe-
tur reſortus : ut in caſtro ui-
riaci. Sed quòd reſortus habe
ri poſſit ſine feudo,hoc appa-
ret in caſtris Delph.reſpectu
c quorũ appellationes *c* ad do-
minum noſtrũ Delph.deuol-
uuntur. & tamen talia caſtra
non ſunt,nec dici poſſunt feu
dalia, cum ab ipſo & non ab
illo poſſideantur, nec in e
aliquis habet dominiũ utile,
ſicut habẽt uaſalli in caſtris
feudalibus : ut in c.i.de inue-
ſti.de re alie.facta.& c.i.in fi.
in quib.cau.feud.amit.ſecun.
Ober.Secundò habemus con
tractũ uaſilliticũ ſeu feudalẽ,
ut plenè per Petrum helie, in
tractatu ſuo de iure emphy.
ubi enumerat xx. quæ ſunt
de natura cõtractus feud.nul
la mentione facta de reſortu,
præſupponendo quòd feudũ
bene poteſt eſſe & conſtitui ſi
ne reſortu. Non obſtat clem.
paſtoralis.§. deniq;.de ſen.&
re.ibi, niſi ex natura feudo.
debitam ſuperioritatem, &c.
Quia aliud eſt reſortus, & a-
liud eſt debita ſuperioritas.
Patet,quia dominus non ha-
bet iuriſdictionem in uaſallo,
niſi ſuum foueat domicilium
in ſuo territorio,quãuis bene
habeat debitã ſuperioritatẽ:
ut ibi dicitur. contra tamen
pręmiſſa bene facit,quod po-
nit Inno. in c.cæterum.ext.
de iudi.& Petr.Iaco. in tit.de
condi.

cōdi.super moribus.in q.quæ incipit,comes dedit militi in feu. &c. ubi uidentur dicere, quòd appellationes deuoluũtur à uasallo ad dominũ feudi. Et de hoc tetigi, & plenè scripsi in q.cccccli.

a Primarum appellationum.] *Pro intelligētia eorum, quæ hic dicuntur, uide Petr. Iac.in tit. super iurisdict.ex mori.in uersi. fortalitio tamen.*

b Debet attendi.] *Quia usus quotidianus in causis approbandus est.Spec. tit.de aduo.§.nunc de exordys. in uer. aduocatus igitur.& no.instit.de satis.in prin.*

c Appellationes.] *Quisnam dicatur iudex in causa appel. quādo appellāt a dño feudi, uide Sal. in c.cæterum.hic alle.in vii.col. in uersi. quis dicatur iudex.*

SVMMARIVM.

1 *Renunciatum si fuerit arbitrio boni uiri, cum iuramento, ad illud tamen potest recurri,ubi foret grauis læsio.*

2 *Renunciatio boni uiri arbitrii, habet tacitam conditionem.*

3 *Læsio grauis,quæ dicatur.*

QVAEST. CCCCXIX.

Licet renunciatum fuerit arbitrio boni uiri,
1 & recursui * eiusdem,
2 cum pœna & iuramento:*a* ni
b hilominus pōt recurri *b* absq; metu pœnæ & periurii, si tamen grauis læsio prętēdatur. quoniam sicut promissio de stando ordinationi arbitrorũ simpliciter facta, habet in se tacitam conditionem,si ęquè
c fuerit arbitratũ c.l.si libertus. ff.de oper.libertorum.& in c. ueniens.& in c.quintauallis.
2 extrà de iureiu.Ita*etiam habet dicta renuntiatio tacitam conditionem,nisi renuntians grauiter seu immoderatè lædatur.argu.ff.locati.l.quæro. §.inter locatorem.& l.quidā cum filiũ.ff.de uer.obl.Ita etiam tenet Bart.in l.si societatem.§.arbitrorũ.ff.pro socio. in sua repetitione.uersic.quæro utrum possit renuntiare, &c. Nec iuramentum firmat tales promissionem & renuntiationem, quin prætendens se læsum grauiter, possit intentare cursum ad arbitrium boni uiri: perinde ac si nullum fuisset iuramētum interpositum pro eo, quòd tale iuramētum habet & recipit in se illas tacitas cōditiones præsumptæ uoluntatis,quas habent dictæ promissio & renũtiatio. arg.l.si,C.de non nume.pecu,in l.fin.ff.qui satisd. cog.et c.quintauallis extrà de iureiurand. Ita etiam no.per Bar.in d.§. arbitrio.uer.quid si extrà iuramętum super cō-

pro-

promiſſo,&c. Nec corroboratur talis renuntiatio,ſi in cõpromiſſo dictum fuerit, ſiue æquè, ſiue iniquè, &c. Et ꝙ de iure unius partis poſſit alteri dari,&c. pro eo,quòd talis clauſula præbet apertam occaſionem delinquendi, & inducit ad delinquẽdum, per conſequẽs nihil operatᷓ.arg.l. ſi unus.§.illud. ff.de pac.& l. cõuenire.ff.de pac.dota.Et ita nõ firmatᷓ iuramẽto:qa pactũ ſeu præmiſſio præbens occaſionem delinquendi,& inducens ad delinquendum, non confirmatur iuramẽto.ut no. glo. ordinaria, & ſingularis in ca.quemadmodum. §. fin. extrà de iureiu. & facit c.non eſt obligatorium. de reg. iur. libr.vi. Idem dicit Bart.in d. §.arbitrorum.in q.quæ incipit: quæro utrum poſſit renũtiari.Ita etiam tenet expreſsè Guliel. de Cu. & Bald. poſt eum in d.l. ſi unus.§.illud. in fin. quæſtio. Dicentes etiam, quòd ita practicant aduocati in ciuitate Paduana, uidelicet quòd non impeditur recurſus ad arbitrium boni uiri,per quaſcunque renuntiationes uel clauſulas ſi grauis læſio prætendatur.Et ita etiã in hac curia parlamenti uidi determinari: licet Angel. de Aret.teneat cõtrariũ.in l.i.§.

i.ff.à quib.app.nõ li.ubi dicit,
quòd illa clauſula,quòd arbi
tratores poſſint dare de iure
unius partis alteri,impedit re
curſum ad arbitrium boni ui
ri. Et ibi etiam plenè tractat
ſi poſſit renũtiari recurſui ad
3 arbitrium boni uiri. Sed* quis
dicatᷓ grauis læſio? dicit Bar
quando, quis eſt læſus in ſe
xta parte debiti.ita dicit in d.
§. arbitrorum, in q. quæ in-
cipit, quæro utrum poſſit re-
nuntiari, &c. De hac mate-
ria arbitrorum, uide plene
per Ioan. Ferr. in titulo,for-
ma libelli, quo agitur ad pœ
nam ex compromiſſo. in glo.
ſuper uerbis, tanquam in eo
rum arbitros.& in Spe.in ti.
de arbitrio & arbitratu re.
De materia arbitrorum & a-
micabilium compoſitorum,
etiam tetigi in c. conſi.conb
liorum meorum.

a Et iuramento.] *De hoc ...*
per Alex.in conſi. cxxxi.in ...
col.circa medium.in y.uolu.
b Poteſt recurri.] *Sed ſi arbi...*
habet poteſtatem auferendi ...
tum, & parum, non poteſt pe...
reductio ad arbitriũ boni uiri.
Bal.in marga. in uerb. arbiter.
ii.in i. uer.
c Arbitratum.] *Et ideo arbitriũ*
enorme, non tenet Bal.in mar-
ga.in uerbo, arbiter.i.in uer.ar
biter dicitur bonus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres rogatus restituere fideicommissario quicquid supererit de hæreditate tempore mortis hæredis, an poterit alienare pro libito suæ uoluntatis de bonis hæreditariis.*

QVAEST. CCCCCXX.

TEstator uxorem suam uel alium sibi hæredē uniuersalem instituit,
1 & rogauit,* ꝙ restituat Titio quicquid supererit de hæreditate sua, post ipsius heredis mortem: nunquid poterit hæ
2 res alienare *a* pro libito suæ uoluntatis de bonis hęreditariis: nō obstante l.fi.§.penul. iuncta auth.res quæ.C.quorū lega. Dic quòd sic, dum ta
b men reseruet quartam *b* partem totius hæreditatis fideicōmissario: ita disponit tex.in auth.de restitu.§.nobis ergo. col. viii. unde sumitur auth. cōtra cum rogatus.C.ad Trebel.ꝑ quę iura l. Titius.ff.eo. ti.limitat̄ & restringitur. Nō obstant iura in contrariū allegata: quia illa loquuntur, quando quis rogatus est restituere hæreditatem, nō adiectis his uerbis, quod supererit de hæreditate, &c. Ita soluit glo.in d. l.Titius.& ibi ēt Bar. Et multòmagis posset, si data esset licentia hæredi, ꝙ posset facere ad libitū suū de hæreditate: & quod superesset, rogatus esset restituere, ꝑ eo quòd hæc uerba, ad libitū suum, liberam uoluntatē important.l.ii.de fideic.liber.Et de hoc uerbo, ad libitum suū, tetigi s̄.q.cccclxxv. Qualiter autē debeat formari libel. ꝑ fideic.ut dicta quarta sibi seruetur, uide Spec.in tit.de pigno.aliis causis.circa fin.

a Alienare.] *Tu uide de hoc quæsito istum, consil. ccxxii. incip. Ioā.molaris.nu.vi.uersi.ad sextum.ibi, quia illa uerba.*

b Reseruet quartā.] *Cuius diminutio, ut hic dicitur, non permittitur. hoc uerum, nisi in certis casibus, scilicet pro dote danda uel restituenda, pro sponsalitia largitate, pro captiuorum redēptione, pro sustentatione personæ hæredis suæq; familiæ: ut in præ di. auth. de restitutionibus. in §.si uero & ipsam quartam.in uersi.si uerò contigerit.*

SVMMARIVM.

1 *Substitutio cōpendiosa facta per uerbū commune, continet uulgarem, ante aditam hæreditatem, & pupillarem expressam.*

QVAEST. CCCCCXXI.

1 SVbstitutio *compendio-
a sa *a* facta per uerbū commune, continet uulgaré ante

ante aditam hæreditatem, & pupillarem expressam saltem generalibus uerbis, intra pupillarem ætatem. Et post pubertatem, fideicommissariã: ut sunt hodie casus expressi, quòd contineat pupillarẽ directã & expressam, & per consequẽs uulgarẽ. in c. si pater. de testa. lib. vi. ubi est tex. forma. ubi enim fuit facta compendiosa per uerbum cõmune, moriatur, & continet pupillarem directam & expressam. Sed quòd post pubertatẽ cõtineat fideicommissariam, est casus formatus in c. Raynutius. extrà eod. titu. in antiquis. ubi uerbum, succedat, quod est commune, etiã post pubertatem trahitur ad fidei commissum: quia natura uerbi hoc habet, cũ sit cõmune, ut infrà pupillarẽ ætatem ualeat iure directo, et posteà trahatur ad fideicõmissa: & ista est ueritas hodie per dicta iura decisa, ita uidi determinari, licet aliqui dixerint contrarium.

a Substitutio compẽdiosa.] *De natura formali, & effectu substitutionis, uide bonam glo. in uersi. ad exemplum. in §. qua ratione. insti. de pup. subst. & ibidem Io. Fab. egregiè differẽtem. in vi. col. uer. in ead. glo. ibi cum alle. l. iam hoc iure. & melius in viii. col. in uer. in ead. gl. ibi cum alleg. ead. l. precibus.*

SUMMARIUM.

1 *Substitutio facta filiæ, per patrem in certa pecuniæ quantitate institutæ, an sit fideicommissoria.* a

QUAES. CCCCCXXII.

1 Testator habens * duas filias, quãlibet i cccc: florenis instituit hæredem particularẽ, filio suo hærede uniuersali instituto, & casu quo dictas filias uel alteram ipsarum decedere contigerit, in quacunque ætate, filium eius substituit. Moritur altera filiarum in ætate pupillari, matre sua & fratre hærede uniuersali instituto, atque substituto, necnon alia filia superstitibus relictis. Modò quęritur, quę dicatur esse substitutio. Et uidetur quòd fideicommissoria, ex eo, quòd institutio facta fuit in certa re, seu quantitate, & substitutio facta fuit per uerba cõpendiosa, & communia dictauar: ideò debet operari per fideicommissum nõ pupillariter, nec directò. l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Trebel. quòd sequitur Bar. l. cẽturio. circa n. illius l. ff. de uulg. & pupil. Ex sequitur, quòd dictus hæres uirtute b

uirtute substitutionis prædictæ nihil potest petere. Et est ratio: quia dicta quantitas in qua fuit filia hæres instituta, successit loco legitimæ suæ: in qua sibi non potuit per fideicōmissū substitui *a* l. quoniam in prioribus. C. de inof. testa. & qđ not. in l. si pater. C. de instit. & substi. imò est uerum, dicere talē filiam ab intestato decessisse. Cui æqualiter propterea successerūt frater & soror, & mater superstites, in authē. de hæred. ab inte. §. i. col. ix. In contrariū uidetur, quòd attento quòd frater fuit tali filiæ substitutus, ex mente testatoris coniectu rata, ipsa substitutio censetur pupillaris directa. *b* ut tenet gl. fin. in l. Lucius. ff. de uulg. Idem Bart. in l. cēturio. in iii. q. princ. ff. eo. & ita ab eius successione excludūtur mater & soror: ut in ca. si pater. in fi. de testa. lib. vi. Nec obstat, quòd ex aduerso dicitur, uidelicet, quòd nō ualet pupillaris substitutio, nisi is, cui substituit hęres, instituat ī aliqua quota portionis hæreditatis: qa textus uidet expressus in contrariū. in §. non solū. instit. de pupil. & in l. sed et si plures. §. ad substitutos. ff. eod. & in l. si fundum. cum l. seq. ff. de leg. i. Et ista ultima pars est uera, pro qua fuit iudicatū pro eo, quòd filius fuit datus substitutus. Secus tamē fortè, si extraneus ita posset intelligi dictum Bar. per quod se fundat in d. l. cēturio. De hac materia, uide s̃. q. ccccxiii.

a Per fideicōmissum substitui.] *De hoc per istum consil. quod incip. ex duabus. nu. ii. uer. ad secū. & in q. cccccxiii. ubi scripsi.*

b Cēsetur pupillaris directa.] *Vide Ioan. Fab. locis suprà proxime allegat.*

SVMMARIVM.

1 *Dos an reuertatur ad extraneum, qui eam constituit, extantibus liberis constante matrimonio.*

QVAES. CCCCCXXIII.

1 SI extraneus, *qui dotem cōstituit, stipuletur eam sibi restitui soluto matrimonio, ipsa dos reuertit *a* ad ipsum extraneum constituentem, etiam liberis extāti bus ex ipso matrimonio: ut l. fi. §. i. uersi. nisi, &c. C. de iure dot. facit l. ob res. §. i. ff. eo. tit. per quam l. fi. limitatur §. accedit. C. de rei uxoriæ ac. Et ita uidi circa hoc dubium determinari *b* in hac curia parlamenti in iudicando, secundū pluriū opinionē, quia aliqui ex dominis opinando dixerunt

xerunt contrarium. Similiter etiam, si pater patiatur filiã
c stipulari c dotem sibi uel liberis suis restitui, solu. mater. tunc dos nõ reuertitur ad patrem, nõ obstante quacunq; consuetudine: sed remanet filiæ aut suis liberis, secundum formam stipulationis: iuxta ea, q̃ ponit notabiliter Bart. in l. quæ dotis. & in l. Caius. ff. sol. matri. & faciũt no. in l. uxori. §. testam. ff. de leg. iii.

a Reuertitur.] *Hoc uerum uidetur facta cessione a muliere ipsi extraneo, qui dotem ipsius constituerat: ad quam cessionem potest compelli. & est casus, in quo actio inutilis cedenti, efficitur utilis, penes cessionem dotarij. ut no. Saly. in l. cum quidam. in princip. in ij. not. C. de iure dot.*

b Determinari.] *Idem tenet glo. in l. dos a patrẽ. post me. glo. ibi. Item probatur aperta ratione. ff. solu. matrimonio.*

c Si pater patiatur filiam stipulari. *Vide de hoc per istũ, consi. xij. incipi. ex facti narratione. nume. vii. uersi. secundò potest respondere, uol. i.*

SVMMARIVM.

1 *Dotalitii dominium an trãseat in uxorem sine traditione.*

2 *Meum, quid propriè dicatur.*

QVAES. CCCCCXXIIII.

SI dotalitium seu doarium constituatur sponsæ futuræ in * casu, quo
1 uir præcederet, utrũ ualeat? dic ꝙ sic, licet sub conditione sit suspensum, quia translatio dominii & possessionis fieri possunt sub conditione, ac in euentum conditionis. l. dotis fructus. §. fin. ff. de iure dot. et l. absenti. §. i. ff. de acq. poss. Et ita in iudicando seruatur. Et ex sola assignatione uel promissione casu conditionis adueniente, fit translatio domi
a nii a rei donatæ in uxorem, etiam sine traditione: ut tenet glos. in auth. donationẽ. circa fin. C. de iure dot. quæ ab omnibus doc. approbatur. super qua glos. dicit Cyn. ipsam ad quæstionem reducendo, ꝙ si res donata non fuerit tradita mulieri, nunquid habet rei uendicationem? dicit gl. ꝙ sic: & est speciale, quia sine traditione trãsfertur dominium, quod est notabile. ita dicit ibi not. & pro hoc facit benè, quod habet in auth. siue à me. C. ad Velleia. facit l. Quintus Muti⁹. §. arg. ff. de
2 aur. & arg. lega. * Id enim meũ esse uidetur quod à me uẽdicari potest: quia uendicatio nulli datur prærerquam domino

domino.l.non solùm. §.meũ. & l.in rem. ff.de rei uend. & l.i.C.de alie.mutãdi.iud.causa facta.cum si.Et de materia dotarii,.uide j.q. seq. & quæ dixi s.q.ccxlviii.

a Trãslatio dominii.] *Et in hac specie potest agere mulier utili actione rei uendicationis, secundum Salyc.post glo.in l.prædic. auth.donationem.in ii.q.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor an censeatur proprietaria, uel usufructuaria ĩ bonis sibi a uiro cõstitutis ꝑ doario.*

QVAEST.CCCCCXXV.

Sed iuxta pretactam materiam: Pone, ꝙ maritus assignat uxori doariũ, uel aliquam rem ad alimenta, aut pro statu suo tenẽdo, 1 sibi donat uel legat: * nunquid istis casibus censebitur uxor proprietaria, uel usufructuaria, dic ꝙ proprietaria, ut est text.notabilis in l. Titia *a* la i.§.fi.ff.de leg.ii.& in l.dona.§. species.ff.de donat. & l.fi.ff.de usufru.ear.re.quæ usu consu.& in l. libertis. & b ibi tractat hãc materiã Bar.*b* ff.de alim.& cib. leg. & facit gl.posita in l.si mulier.C. de iure do.Et per hoc dico, ꝙ si mulier tenetur pro talibus rebus soluere collectas, quæ ꝓ ipsis rebus imponentur, census & alia onera ex ipsis bonis debita: cum etiam in mulierẽ talium rerũ transeat dominiũ, ut dixi in præcedenti q.Et ita de consuetudine etiã seruatur in hac patria, in locis in quibus collectæ & subsidia Delphina.soluuntur.

a L.Titia.] *Vide ibi omnino Io.de Imo.in §.Titia. in uer. in gl.fi.*

b Bart.] *In prealle.ll. in i.col.in uer.op.fortiter hic.*

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ cõtra filium famil.latæ, fierine possit, patre se opponente.*

2 *Debitum filio, an possit solui patri, uel illi, qui sine mandato potest agere.*

QVAEST.CCCCCXXVI.

1 Executio sententię contra * filiumfamilias latæ, fieri non potest patre se opponẽte. hoc tenet gl. singularis in l.si filiæ. la ii.ff. solu. matrimon.quæ gloss.ab aliquibus approbatur. Sed d. gloss. in hac curia parlamen. non seruatur, quia fit exe- a cutio in bonis filii *a* etiam patre se opponente, nisi pater in talibus bonis filii haberet usufructũ, sicut in bonis maternis: iuxta l.prima. C.de bonis maternis. quo casu oppositio patris impe-

diret executionem talis sententiæ. An autem processus factus contra filium, in quo non interuenit authoritas patris, dicatur nullus de stylo huius curiæ parlamenti, uide
a suprà quęstione.liiii.*Sed utrũ id, quòd debetur filiofam. possit solui patri, uel alteri, qui sine mãdato potest agere? dic quòd non, ut tenet gl. in l. uero procuratori, ff. de solu. & ibi Bar. & uidetur text. in l. qui hominem. §. si gene. eo, ti. & si soluatur, non liberaẽ debitor, facit. l. ii. ff. ut legat, uel fideicom. seruan. cau. Et est ratio, quia receptio solutionis, est species alienationis, insti. quib. alie. nõ licet. §. nũc admonẽdi. & ad istud ꝑpositũ alleg. Bart. in d. l. uerò procuratori. ff. de sol. ubi istã mouet & determinat quæstionẽ. Et sic habes, quòd qui potest agere, non potest solutionem recipere, nisi haberet ad hoc speciale mãdatum; ita seruatur in iudiciis.

a In bonis filii, etiam in peculio profectitio.] *Vt legitur & not. per Castr. in l. si filio. ii. ff. sol. matr. ubi quærit an executio sentẽtiæ latæ contra filiumf. possit exequi contra patrem in legitima, & determinat post Gul. de Cu. quòd nõ. ut in ii. col. in ii. notabili.*

SVMMARIVM.

1 *Et, copula, quam uim habeat.*
2 *Et, copula, an semper requirat concursum duorum.*

QVAES. CCCCCXXVII

a COniunctio &, a iũgi & inducit repetitionẽ precedẽtiũ in sequẽ
1 bus: quod * est notabile pr statutis, qñ in uno statuto p nitur pœna, & posteà sequitur aliquod statutum sic, Et statuimus etiã, &c. nulla pœna adiecta, quod pœna in pri mo statuto posita, in sequẽti cẽsetur repetita. l. libertus. ff. de condit. & demon. l. Seię. §. Caio. ff. de fun. instru. et instr. lega. & dic ut ibi per Bar. .. dicit, quòd copula, et, induc repetitionẽ qualitatis prace dentis. et est text. in l. fi. §. fin. ff. de ui. tri. & oleo lega. Ita ui di determinari inter nos in camera consilii, in quadã cau sa, in qua altercabatur de in tellectu cuiusdam capituli, liberatum moyrentii. Dedi cta copula, &, tetigi etiam j. quæst. cccccxxxi. circa princ.
2 *An dictio, &, semper requirat concursum duorũ? dic q non, ut uide ff. de dam. infec. in l. si finita. §. eleganter. Et
b exponitur pro id est *b*, insti. de tutelis. §. pen. & l. si in uẽditio-

ditione.ff.de eui. & ibi glo. & qñq; exponitur pro uel,ut in auth.uc fratrũ filii.circa med. gl.super uer. &,col.ix.& l.sæpe compositum est. ff. de uer. sig.ponit Bar. in l.si quis ducenta.§.utrũ.ff.de reb.du.De hac dictione,&,etiã tetigi s̃. q.clxxxi. etiam tetigi de hac dictione,&,in notab. meis.in §. dictio &, posita &c. & in quatuor §. seq.

a Coniunctio, &.] *posita inter duo, quorum unũ de necessitate inest alteri, facit ea resolui, uel unũ fit adiectiuum alterius,ut placitus & consensus,id est,placitus consensus. Bart. in rub. ff.de pact.*

b Id est.] *Adde institut.de liber. in §.i.*

SVMMARIVM.

1 *Error in actis,an possit probari per duos testes.*

Q. CCCCCXXVIII.

1 SVnt*aliqua,quæ nõ possunt probari,nisi p scripturam:ut acta iudiciaria.l.à cõsulibus. C.de appel. & c. quoniam contra falsam. de proba. & certi alii casus, de quibus in l.pactum. C.de pact. meritò habetur in gl.Si tamen erratum fuerit in scribendo poteritne probari talis error per duos testes? dic ꝙ sic,arg.no.i l.errore.C.de test. & ita tenent Io.de Ra.Pe.& Inn.ut refert Cy.in d.l.errore.& hęc opi. Cyn.& sibi adhærentium seruatur in iudicãdo in hac curia parla. licet a Bar.tenuerit contrarium *a* in l. cum proponebatur. ff. de le.ii.uide super hoc §.fi.insti. de fidei. De correctione erroris, & eius probatione, uide quæ dixi s̃.q.ccccciiii.

a Contrarium.] *Adde Bald. & Pau. de Cast.in d.l.errore.C.de test. & idem ibi uidetur sentire Alex.in ult. q. quod sic. Illud intellige uerum,quando præteritus approbat testamẽtum, & non alias.Bald.in auth. ex causa. in uersi. nunc uenio ad illa uerba.C.de lib.præte.*

SVMMARIVM.

1 *Filio præterito an possit substitui pupillariter.*

2 *Præteritio,et exhæredatio,quid nam differant.*

Q. CCCCCXXIX.

1 VTrum pater filio*suo præterito possit substituere pupillariter: qa de exhęredato filio nõ est dubium. Nam casus est in §. non solũ.instit.de pupil.substi. & in l.i.§.fi. ff.eod.tit. Et credo breuiter,ꝙ sic,ex eo ꝙ non uidetur potior ratio in exhæredato, quàm in præte-

rito, dum tamen testator sibi heredem faciat.l.i.§. fi. ff.de uulga. & pup.ergo idẽ ius statuendum.in l.fi. C.de consti.
2 pe.& l.fi.C.ad l.Fal.Et si*dicatur,ꝙ imò est diuersa ratio in hoc, quòd præteritio reddit testamentũ nullũ: nõ aũt exhæredatio.inst.de exhæreda.libe.in prin. & l.inter cætera.cũ l.seq.ff.de lib.et posthu.Respondetur,ꝙ licet præteritio reddat testamẽtũ nullũ, quo ad institutionẽ heredis,nõ tñ reddit nullum,quo ad substitutionem pupillarẽ, uel fideicõmissariã, ut in authẽ.ex causa. C.de lib.præte. uel exhæred.& in §.siue igit. in auth. ut cũ.de appel. cog. col.viii.Idẽ etiã tenent doct. præsertim Dy. & Bart. in d. auth. ex causa.Et quã maximè,ubi filius præteritus, seu eius tutor non importabat testamentũ,in quo est preteritus.Et ita remaneat institutio ualida de æquitate prætoria, iuxta l.filio preterito.ff.de in iust.& irri.testa. Et ꝑ hoc bene facit l.qui fundũ.§.qui filius.ff.ad l.Fal.ubi pater filio instituto substituit exhereda tũ,& exheredato quendã tertium : & ualet substitutio,ut ibi.Et pro hoc bene facit,qđ ponit Bar.in l.ii.circa prin.in q.quę incipit,quid si est talis præteritus.&c.& in q.quę incipit,quid si filius præteritus approbet testamentum &c.ff. de uulga.& pupil.substi.

SVMMARIVM.

1 *Denũciatio qualiter fieri debeat debitori, in materia.* l.iii. *C. de nouat.*

2 *Cessionarius an habeat utilem actionem.*

QVAES. CCCCCXXX.

Qualiter fieri debeat denũciatio debitori in hac*materia.l.iii. C.de noua.dic ꝙ in tali denunciatione debet exhiberi & declarari debitori delegato, iuxta c.causam quæ. a extra de elect. in cle. facit quod ponit in l.nõ solùm. §. morte.in q. quæ incipit,secũdò principaliter est uidendũ &c.Ibi quando q; fit ex causa iusta &c. ff. de no..oper.nunc.facit bene nomẽ.C.quæ res pig.obli.... ibi, nondum certioratæ &c. Ita dicit Bar.in d.§.morte & uide eundem Bart. in l.si ita. §.si hæres.la ii. ff. ad Treb. ubi ponit multa no. in materia.d.l.iii. C.de noua.& uide Sal.in sua repe.& in l.si ex legati causa. in q. quæ incipit, ex prædictis &c. ff. de uerb. obl.ubi idẽ tenet,quod Bart. ubi suprà.Sed pone,quòd cedens

dens agit contra debitorem:
2 utrum debitor * possit opponere istam exceptionem: uidelicet quòd ipse cessionẽ debiti alteri fecit: & sic cessionarius, habet utilem actionem, quæ præfertur directæ. Bart. post Iac. de Are. & Old. dicit, quòd sic. in l. facta. §. si hæres. ff. ad Treb. istã ibi mouet, & determinat quæstionẽ. De materia cessionis actionis, uide plenè per Pet. Iac. in ti. de act. in rẽ, q̃ cõpetit ex cessione. per totũ. Et de hac materia cessionis actionis, ẽt teti-gi j. q. ccccclxvii. An cedens
b possit esse testis *b* pro cessionario sup actione cessa: opiniones sunt uariæ. uide plenè Pe. Iac. ubi suprà de actio. in rẽ, quæ pro cessione competit.

a Causam quæ.] *Voluit allegare ca. causam electionis. circa princip. ibi, porrecto ualet scriptura. auth. uel perlecto &c. & ibi Card. in ii. propo.*

b Esse testis.] *An cedẽs possit esse testis pro cessionario, per Fel. in c. insuper. in prin. vii. uer. quartò quæritur. de testi.*

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta in personã unius, an censeatur repetita in personã alterius sibi cõiuncti.*

2 *Prouisio facta respectu casus expressi, non porrigitur ad omissum.*

QVAES. CCCCCXXXI.

Miles quidam Hẽricus nuncupatus, in
1 suo nũcupatiuo * testamento, quendam Henricũ nepotem suum hæredem instituit uniuersalem, & casu quo decederet sine liberis masculis, quendam Stephanum, & liberos suos masculos hæredes sibi fecit, & instituit, & casu quo ipse Stephanus decederet sine liberis masculis, quendam Henricum de Varenis, & liberos suos masculos hæredes sibi fecit et instituit: quo testamento condito decessit sine liberis, primo loco institutus, uiuente adhuc testatore decessit. Decessitque etiã dictus Stephanus dicto testatore uiuẽte relicto unico filio masculo, qui fuit hæres ipsius testatoris: quia in eius personã locum habuit institutio: sicque à secundo gradu incepit testamentum, qui filius tandem decessit in ætate pupillari adhuc constitutus, relicto sibi superstite Ioanne filio & hærede dicti Henrici de Varenis prædefuncti, & tertio gradu instituti seu substituti. Insurgit nũc quæstio, utrũ dictus Ioan. ad hæreditatẽ ipsius testatoris admitti debeat. Pro cuius quæstionis declaratione, est præsciendũ,

quòd dictus secũdus gradus
respectu ipsius Stephani ce-
cidit in causam caduci : pa-
tet, quia uiuo testatore deces
sit.l.i.§. & cũ triplici.uersic.
uel uiuo testatore &c. C. de
cadu. tollẽ. respectu uerò sui
liberi masculi, suum fuit sor-
titus effectum: patet, quia hæ
reditatẽ testatoris adiit.l.i.§.
pro secundo.& §.his itaque.
C.de cadu. tollẽ. Secũdò est
a præsciendũ *a*, quòd testator
uoluit ipsum Stephanũ & li-
beros suos masculos insimul
ad hæreditatem suã admitti:
patet, quia eos coniunxit per
copulã, &, ibi, & liberos ma-
sculos &c.l.i.§.pro secundo.
& §.his itaque.suprà alleg.l.
si mulieri.ff. de usufr.accre.l.
fi.C.de impub.& aliis substi.
Et quòd maximè attento, ꝙ
isto casu nulla cadebat affe-
ctio siue charitas ordinata re
spectu ipsius testatoris, ex eo
ꝙ dictus Stephanus non erat
filius eiusdem: sed extraneus.
l.i.§.extraneũ. C.de rei uxo.
acti. Ideo ipse ac liberi eius-
dem non fuerunt nec censen
tur fuisse hæredes instituti or
b dine successiuo *b*, sed simul.
ita tenet glo. in l. Gallus. §.
quædam rectè. ff. de libe. &
posthu. ibi dum dicit, Sed ibi
testator erat extraneus &c.
hoc idẽ tenent ibidem Iac.de
Are.& Bart. si ad distinctio-
nem ibidem per eũ positam
bene attendatur. ibi dũ dicit,
hæres ergo ex prædictis &c.
Tertiò est præsciendum, ꝙ
filius masculus dicti Stepha
ni fuit admissus ad hæredita-
tem ex dispositione expressa
eiusdẽ, quia re & uerbis fue-
runt liberi masculi dicti Ste-
phani cũ eo coniuncti, ut ap
paret ex iam dictis.l.re coniũ
cti.ff.de leg. iii.& inst.eo.§.
eadẽ res. Quibus sic præsup
positis apparet mihi hãc quę
stionem motã fuisse, per Bar.
in l.sed & si sit.in princ.ff.de
lega.iii.ubi sic formaliter in-
quit, dicit testator, filiũ meũ
hæredem instituo, & si de-
cesserit sine liberis, bona mea
ueniant ad talem; contingit
quòd hæres relictis filiis de-
cessit: sed filii decesserunt sine
filiis. An ualeat fideicõmis.
Hic uidetur casus in uer. si
aũt &c. ꝙ non. nã cum testa-
tor dixit, si filius meus deces
serit sine filiis, per hoc mi-
hi uidetur relinquere filiis
sui filii. l. Lucius. la ii. cum
ibi not.ff.de hæred.inst.& ita
etiam iudicatur in hac curia
parlamenti, ut plenè dixi su-
prà quęst.xxxix. Et sic isti fi-
lii, si habent hęreditatem, ha
bent eam ex fortuna, & non
ex iudicio ipsius testatoris. &
sic

ſic uidetur ꝙ non potuerunt grauari:ut d. l.ſed ſi ſic. ergo ubi tales filii habẽt ex diſpoſitione ipſius teſtatoris,ſicut habuit filius maſculus dicti Stephani, ualet fideicõmiſſum: & ad ipſum admitteretur ille talis,ad quem teſtator uoluit bona ſua deuenire:ita ibi ſentire uidetur Bar.idem in l.cẽturio.in q.quę incipit,quæro ulterius,quid ſi teſtator dixit &c. ff. de uulga. & pupilla. iſtam mouet quæſtionem, dicens eam fuiſſe Ray. Et quia filius maſculus dicti Stephani hæreditatem adiuit ex diſpoſitione teſtatoris expreſſa, ut dictum eſt:dicendum uidetur, fideicommiſſum dicto de Varenis & liberis ſuis maſculis relictum,in caſu iam dicto ualere:licet filium maſculum reliquerit,qui poſteà ſine liberis deceſſit: & hoc per iam dicta,conſiderato etiam, ꝙ conditio ipſius Stephani appoſita cenſetur ex diſpoſitione iuris in perſonam filii ſui maſculi, quam habuit, repetita, cauſantibus maximè trib. rationib. ſupſcriptis.Prima, qa eodem gradu fuerunt inſtituti re & uerbis coniunctim. l. re cõiuncti.& §.ſi eadem res. ſuprà alle. Et pro tanto conditio in perſonam patris appoſita, cenſetur in perſonam filii cohæredis ac coniuncti repetita propter identitate gradus, & perſonarum. De primo,eſt tex.in l.quæ conditio.ii.reſpõſo.ff.de cond.& demonſt. iuncta l.i.§. pro ſecũdo alle. qui §.licet loquatur de portione legata quę cadit in cauſam caduci: tamẽ idem eſt in portione hæreditaria,quæ in eãdem cãm cadit,ut d.§.his itaq;.De ſecundo,eſt tex.in l.fi.de impu.& aliis ſubſt.iũcta l.cũ ſeruus.ii.reſpõſo.ff.de cond.inſt. & licet gl.reſtringere uoluerit d.l.quæ cõditio.in ii.reſpõſo.dũ dicit ſuper uerbo, certas perſonas &c.ſcilicet oẽs eiuſdẽ gradus &c.Illa tamẽ gl. nõ uideť procedere,ex eo, ꝙ tũc l. ipſa nullũ haberet dubium cauſante huiuſmodi dictione,omnis:quia qui omne dicit,nihil excludit. l. Iulianus.in prin.ff.de le.iii.Iõ d. l. quę conditio.in ii.reſpõſo, intelligi debet, quando cõditio fuit appoſita certorum in primo gradu inſtitutorũ, & nõ omniũ:quę cõditio in perſona aliquorũ appoſita,in perſona aliorũ ſibi coniunctorum præſertim re & uerbis cẽſeť repetita ſic,ut dicatur d.l. de caſu dubitabili fuiſſe factã,ſicut fieri debet.per d.l.ancillę. Secũda ratio eſt:quia cõditio ſi ſine liberis &c. fuit in ipſo teſtamen-

testamento apposita post nominationẽ factã de d. Stephano & liberis suis: prout ex casu supposito uideri põt: et pro tãto sequit̃, ꝙ ipsa in persona dicti Stephani adiecta, censet̃ in persona sui filii sibi re & uerbis coniuncti, fuisse repetita. l. mulieri & Titio. ff. de cõdi. & demõstr. quòd sic. Ibidẽ uidetur dicere do. Dy. soluẽdo contrariũ ibidẽ factũ de l. fi. §. Seio. ff. de lega. ii. Tertia ratio, ex eo, ꝙ dictus testator ibi prouidendo ac prouidere uolendo in casu quo dictus Stephanus sine liberis decederet, etiã sibi prouidisse cẽsetur in casu omisso: uidelicet in casu, quo liberi sui masculi etiã decederẽt sine liberis: sicut casus euenit. arg. l. mulier. in prin. ff. ad Treb. & l. si mater. C. de insti. & substit. sub cõditio. factis. Et hoc fundat duplex ratio. Prima, quæ est uolũtatis coniecturatiua. Nã testator nũquam uoluit ad hæreditatẽ suã admitti aliquã mulierẽ: sed solũ hæredes per eũ institutos, & eorũ liberos masculos, etiã uirtute alicuius Trebellianicæ: quam propterea detrahi prohibuit, iuxta auth. sed cùm testator. C. ad leg. falc. Et tamẽ si cõditio iã dicta in personam filii masculi, dicti Stephani nõ cẽseretur repetita, mater uel auia talis filii, uel alii sui proximiores ad hæreditatẽ testatoris admitterent̃ per mediũ ipsius filii ab intestato et sine liberis defuncti, ut §. consequens. in auth. de hære. ab intest. col. ix. & in auth. defuncto. qđ esset cõtra uolũtatẽ ipsius testatoris, nedũ cõiecturatã ex præmissis, sed etiã expressam. Vt ergo nõ fiat contra uoluntatẽ testatoris, quæ ex præmissis satis colligit̃ & apparet. l. si seruus pluriũ. § fi. ibi, itẽ eorũ, quæ sequũtur &c. ff. de lega. i. iũcta l. iii. C. de libe. præte. uel exhæ. Dicimus conditionem in persona Stephani adiectã fuisse in persona sui filii masculi, ex mẽte testatoris coniecturata repetitã. Nã ex cõiecturatione in consimili facta, pronũciatũ fuit in auditorio diui Marci, ut refert Scæuola in d. l. mulier. Alia est ratio & secunda, recollecta ex dictis Bar. positis in l. fi. C. de posthu. hære. inst. uel exhæ. dũ sic dicit: institutio facta de posthumo, in unum casum, porrigitur ad alium, in quo testator uerisimiliter prouidisset, si de eo cogitasset: ut d. l. fi. habet. & quia si testator cogitasset, ꝙ filii masculi dicti Stephani decessissent sine liberis, ipse 2

ipse etiam sibi prouidisset, & dictum de Varenis & liberos suos substituisset, sicut substituit. Ideo substitutio ipsa de d. Henr. de Varenis & liberis suis, in casu iam dicto facta, etiam porrigitur ad casũ, quo liberi masculi Stephani sine liberis masculis decederent: prout casus euenit, in quẽ uerisimile est, ꝙ ipse testator sibi prouidisset, si ipsum casum euẽturum cogitasset. Nec obstat. l. cõmodissimè. ff. de li. & posth. quia sic testator ad unũ casum dũtaxat se astringere
1 tentes, in quibus* apparet qualiter illustris princeps do. Hum. Delph. Viennẽ. die i. mẽsis Augusti, an. M.cccxl. Et sic antè, quã ipse transtulisset præsentem patriam Delphi. in domũ regis Franciæ, fecit, ordinauit, & instituit consiliũ suũ, quod tunc uoluit de- cæterò nuncupari consilium Delph. & residere debere perpetuo in p̃sente ciuitate Gration. Cui cõsilio concessit merum & mistum imperium, & omnimodam iurisdictionem in toto Delphinatu, in omnibus fidelibus & subditis eiusdem. Voluitq; etiam ipse dominus quõdam Delphinus pro se & suis hæredibus, & successoribus in dicto Delphinatu, quod dictum cõsilium sit maius super omnes iudices & officiarios Delph. & q̃ ad ipsum consiliũ tãquam ad maius & superius recursus habeatur. Et quòd eidẽ consilio ut maiori ab omnibus & in omnibus obediatur. & q̃ recipiat dictum cõsilium supplicationes quascunq;, & concedat literas iustitiæ, & puniat officiales Delphi. & contra quoscunq; inquirat & puniat. Commissariosq; officiales eligat, & mutet castraque & fortalitia Delph. custodiri, muniri, reparari, & ædificari faciat, emancipationes, tutoresq; & curatores decernat, decreta interponat, recognitiones & [illegible] ria recipiat, et recipi faciat. Statuta, ordinationes pro [illegible] iustitiæ ac statu patriæ, quomodo eidem uidebitur, cõponat. Et quòd possit etiam dictũ consiliũ omnibus officialibus &

subditis Delphi. mandare & præcipere. Et inhibuit tunc præfatus do. Hūberbus Delphi. consiliariis dicti sui consilii, tunc præsentibus & futuris, ne patrocinia pręstent, neque officio aduocationis utātur in curiis tēporalibus pręsentis patriæ. Nisi tantūmodo in curiis spiritualibus, & in quæstionibus, & causis extra præsentem patriam uentilatis. Voluit tamē & concessit præfatis suis cōsiliariis, quòd ipsi possunt arbitria & cōpromissa in se suscipere a, ut etiā dixi s. q. lxix. multa alia etiā tunc statuit & ordinauit præfatus do. Humbertus Delph. quæ hic longū esset enarrare. Notandū tamē, quòd secundum enarrata dicto tempore uigebat studium in omni facultate in præsenti ciuitate Gratio. quoniam ibi ordinauit* & statuit pręfatus dominus Hūbertus Delph. quòd inter cęteros consiliarios in dicto cōsilio sint quatuor doc. in d. uniuersitate Gratio. actu legētes: uidelicet duo in iure ciuili, & duo in iure canoni. Sed hodiernis tēporibus postquā illustrissimis princeps & do. noster d. Ludouicus Rex Frācorū Caroli septimi primogenitus Delph. Viēnen. fecit in hac patria Delph. rendentiā: ipse de anno do. M. cccc-liii. mutauit nomē dicti consilii in parla. Ita quòd hodie dictum consilium nuncupatur parla. Delph: prout etiam de hoc scripsi s. q. xliii. Et ultra authoritates & pręrogatiuas, ut suprà dudum per d. Humbertum Delph. peidē cōsilio cōcessas, habet dictum consilium Delph. aliam pręrogatiuam ex antiqua consuetudine: quia ab eorū sententia tāquam à sententiis præfectorū prætorio non appellatur: sed supplicatur: ut dixi s. q. l. & q. ccccxxxvi. in uer. xlv. quæro &c. & in d. q. etiam scripsi de alia prærogatiua dictæ curiæ parlam. uidelicet quia sententiæ dominorum dicti parlam. mandantur executioni, non obstantibus supplicationibus quæ ab eorum sententiis emittūtur. ut ibi plenius. An domini de parla. possint sibi acquirere in hac patria Delph. uide quæ scripsi s. q. cxcv. Quid de iudicibus inferioribus, an possint contrahere? dic ut distinguit glo. in l. si qui. C. si cert. pet. quam gl. tenet & ibi recitat de uerbo ad uerbū Ia. Bu. & facit bene qđ no. per Bar. in l. prælidis. ff. si cer. per. & l. non licet. ff. de cōtrahen. emp. & uen. An domini de parlam. debeant esse

exempti à contributione sub sidiorũ Delph. uide s̃.q. ccclxxvi. & de potestate & authoritate curiæ parl. uide s̃.q. cxcvii. & q. cxcviii. De camera computorum Delph. uide quæ dixi s̃.q. ccccliii.

a In se suscipere.] *Licet iudex ordina. in se arbitrium et compromissum suscipere non possit: ut l. sed & si in seruum. §. si quis iudex. ff. de arbi. potest tamẽ alter ex dominis cõsiliariis suscipere: ut hic dicitur. quia cessant rationes prohibitionis, quas tãgit do. Gof. in summa ti. de arb. in §. itẽ prohibetur compromitti in iudi. est in uer. et est triplex ratio, ex quo nõ copromittitur in cõsiliũ, si in aliquos de consilio. De iure autẽ c. potest compromitti in iudicem ordinarium & delegatũ. c. cum tempore. et c. innotuit. sed arbitrator potest ordinarius etiã de iure ciuili assumi: ut is iurgiũ dirimat amicabili compositione. ut in authẽ. ut diffe. iudi. in §. si uero contigerit. coll. ix. & ibi d. Ang. ita tenet in prædic. §. si quis iudex. d. Odof. qui illũ §. tangit in l. Pedius. & d. Bart. & Bald. qui prædi. §. expedit. in ti. §. sed si ita.*

SVMMARIVM.

1 *Corrũpes filiã nondũ uiripotẽtẽ, qua pœna puniatur. & nu. 3.*

2 *Voluntas debet attẽdi, in raptu uirginum.*

QVAEST. CCCCCLV.

VIdi dubitari in camera consi. M.cccclxi. & die xxviii. mensis Ianuarii, si attentas cognoscere carnaliter puellã ętatis decẽ

1 anno. & * sic nondum uiripo-

2 tentem *a*, dicatur incidisse in cirmẽ raptus uirginum, ut capite puniatur: & tũc d. Io. Bauilli utriusq; iuris doctor præsidens, dixit quòd nõ: cùm non potuerit delictũ perfici in talẽ puellã, non uiripotentem. Pro quo alle. l. i. §. fi. in fi. ff. de uariis & extraord. cogni. prout ipse do. Io. Bauillis retulit, ita fuit iudicatum in Ebreduno, de tẽpore, quo ibi

2 residebat. * Aliqui tamẽ ex dominis parl. dixerunt fore puniendum, ac si perfectũ fuisset delictum.: quia in talibus attendi debet etiã uolũtas cum aliquo actu extrinseco: licet actus nõ perficiatur. l. si quis nõ dicã rapere. C. de epis. & cler. Sed ego fui opin. d. domini præsidentis. non tamẽ per d. l. quam alle. sed per tex. qui

b hoc clarius probat, in l. si quis §. qui nondũ uiripotentes. ff. de pe. & in l. si stuprum. ff. de iniur. quòd tales non debent capite puniri. Sed humiliores in metallum damnãtur: honestiores uerò in insulã relegantur,

tur,uel in exilium mittũtur: ut in d.§.qui nondum uiripotentes. & ita fuit conclusum.
3 *Sed ultra præmissa dicerem, quòd si talis puella nondum
c uiripotẽtes raperetur c, quòd tunc locum haberet pœna capitalis, per l. unam. in princ. C.de rapt.uirgi.Ibi, raptores uirginũ &c. quia tex. in d.§. quæ nondũ uiripotentes,non uidetur loqui in puella rapta: sed tantũmodo in puella corrupta absq; raptu: & ita uiderentur casus diuersi. Sed de hoc ultimo casu tunc nõ fuit tactũ inter dominos parlam. Qualiter puniatur raptor mulierum, uide quæ plenè dixi per unam distinctionem, in notabilibus meis. in §. cum quæritur &c.

a Nondũ uiripotentem.] *Talis de cõsuetudine regni suspẽditur: ut dicunt consuetudinarii. Ia. refert. d. Io.Fab. instit. de pub. iud.ĩ §.itẽ lex Iul.ĩ gl.hæc dist.*

b L.si qui.]*Puta la iii.quæ exorditur,si quis aliquid ex metallo.*

c Raperetur.] *Et sic est distinguẽdũ, an talis puella sponte stupretur, an per uim:quia primo casu punitur pœna, de qua in §. quæ nondum uiripotentes. hic alle. secundò uerò capitali uenit plectendus:ut in §.si autem per uim. insti. de pu.iudi.ubi autẽ uirgo uiripotens stupraretur,nõ per uim mitiori pœna, quam primo casu sancitur, imponitur:ut in præall. §. item lex Iulia. & de hoc est glo. 1.& ibi d.Pan.in c.peruenit.de adul.& stup.*

SVMMARIVM.

1 *Relictum pium an possit Episcopus in aliã piam causam conuertere.*

QVAES. CCCCCLVI.

TEstator quidã reliquit certas pecunias, uel
1 * alium ad certũ actũ pium: puta in uestimẽtis pauperum.Episcopus uult expendere in alios actus pios,ut potè in redẽptione captiuorũ, uel reparatione pontiũ.Vtrũ possit?uidetur quòd sic:quia ista est pia causa sicut alia.Tu dic contrà,quòd ubicunq; est certa dispositio testatoris:respectu causæ uel personæ, uel loci,non potest per Episcopũ alienari : per l. si quis ad declarandum.in §.sinautem in personam certam. C.de epis. & cle. Et ita fuit iudicatum, ut ibi refert Iac. Bu. per d.§. sinautem.licet quidam dixerint contrariũ. Et uide circa hoc,quod ponitur in l.legatũ. & ibi tex.& Bart. ff.de admi. rerũ ad ciui.perti.& in l.liberto.§.largius.ff. de annuis leg. & ibi etiam text. cum glo. & me-

melius ponit Bart.in d.l.legatum. Post hæc scripta reperi Ange.de Peru. in l.si testamétũ.C.de testa.qui dicit, ꝙ Papa non potest per suas literas in alium usum conuertere de potestate ordinaria, nisi iusta causa subesset: puta, quia usus deputatus, nõ pôt perfici: uel nõ cõmodè.ff. de usufr. leg.l. legatum.de admini.rerum ad ciui.perti.l. i.& l.ii.de potesta
a te uerò absoluta, potest *a*: ut C.de prec. imper.offe.l.quoties. & ibi not. per Innoc. de constitut.c.quę in ecclesiarũ. ita dicit ibi Ang. De materia piorum relictorum, plenè tractat Io.An. in addi.Spe.in ti. de instru. edit. Et scripsi etiã s.q.cc.in fi.&c.

a Absoluta potest.] *Facit quod legitur & no. in c.proposuit. de conces.præben.*

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum an competat mihi, si iniuria illata sit meo seruitori, aut officiario.*

QVAES. CCCCCLVII.

a Aliquis uerberat procuratorẽ meum *a* uel officiarium meũ, dũ est in gestione, & dum est in executione officii. Nunquid
1 *mihi cõpetit actio iniuria-
b rum *b*? dic quòd sic: quia ipsi repręsentant personam meã, quandiu gerũt negotia mea, & meo nomine: unde si quis uerberet iudicẽ uel officiali alicuius superioris, dũ est in executione officii, uidetur et
c illata iniuria superiori, cuius personã gerit in eo statu. Secus si non esset in executione officii.arg.ff. de offic.eius,cui mand. est iuris.l.& si prætor. Et facit ratio, quia iniuriam illatam militibus iuxta latus principũ existẽtibus, princeps reputat suã.C.ad l.Iul.maie-sta.l.quisquis. secundũ &
Iac.de ra.in l. addictos.C.de episc.aud.& tenet Cyn. in l. nõ conuicii.C.de iniur.Et ex his sumpta est practica in regno Frãciæ, ꝙ uerberãtes seruiẽtes regios, qui exercẽt eorũ officia, capite puniunt, aut manus eius amputat propter iniuriã illatã principi: in hac autẽ patria Delph. pecuniariter puniunt: aut aliàs arbitrio iudicantis, secundũ qualitatem personarũ & delicti exigentiã. Qualiter autẽ de iure faciẽtes rebellionem officiario uel seruienti, seu curiæ puniatur.dic ut not. per Cy.in d.l. si nõ conuicii.& per Bar.in l. si quis.§. si quos.ff. de pœnis. Sed iuxta hoc quæro, an debeat stari relationi seruientis, asserẽtis se iniuriatũ in

in exercitio sui officii. Pe. Iac. a in tit. de consti. pecu. libellus. dicit, quod non, per l. ea quidem. C. de acc. Sed quod solū est eidē credendū super citatione, ex quadam consuetudine: vt ibi b dicit Pe. Ia. Sed in hac patria Delphi. creditur super citatione seruienti Delphi. non de c consuetudine, sed virtute iuramenti per eundem seruiētem præstiti præsidi patriæ, uidelicet dño gubernatori, aut venerabili curiæ parla. de faciēdo iuridicas relationes citationum, & aliorum expletorum uirtute dicti sui officii. Si tamen ille, qui dicetur citatus, probare uellet cōtrarium, ad hoc admitteretur. ar. C. de cōtrahend. & committen. stipu. l. optimam. §. fi. Et fortè per iuramentum, si admitteretur probatio in contrarium contra talem seruientem inspecta conditione seruientis, & illius, qui dicitur citatus. Et cōsiderata qualitate negotii, vt dicit Pet. Iaco. ubi s. Et de hoc etiam tetigi in tractatu meo de præsump. in uersic. an debeat præsumi &c. Qualiter puniatur eripiens captiuū in manibus seruientis Delphi. vide j. q. ccccclxxix. De materia seruientis Delphi. & qualiter sibi credatur; vide infra. q. cccccxxviii.

Procuratorem meum.] *Adde quòd etiam impediens procuratorem meum, dicitur mihi inferre iniuriam, ut dicit Bald. in l. ossa. ff. de reliq. & sum. fu.*

Actio iniuriarū.] *Facit ad hoc propositum, quod habetur in dote. Tholo. q. ccxli.*

Iniuria superiori facit.] *Iniuria facta pastori, intelligitur fieri dño: et est ī arg. quod quis admittatur ad accusandū de iniu. facta famulo, ut p d. Bal. in l. si quis homicidii ī fi. C. de acc. ē ne rū, qñ iniuria occasione dñi idē in eius contumeliā facta fuit: ut per d. Card. in cle. i. in xiii. not. de exces. præla. alias secus posset in adiūctis ad accusādū criminaliter: ut determinat d. Bar. in l. i. in §. idem ait. in fi. ff. de iniur. & ēt ad agendū de dolo pro interesse suo, secūdū d. Inn. in c. dilectus. in glo. sua in uerbo. ciuitatis, extra de appell. hoc autē est notandū, quod si colono famulo domestico officiali procuratori, gestori negociorū, & cæteris talibus in ipsa gestione seu rei commissione uel executione fuerit facta iniuria in cōtumeliā domini seu authoris, i. eius, a quo habet authoritatē siue cōmissionē negotij, officij, seu rei exercendæ aut exequēdæ, facta fuisse iuris inquē fictione propter repræsentationē personæ domini seu authoris seu superioris, per tales in eo statu facta.*

facta. ut elegan. sentit do. Cyn. post do. Iac. de Ra. in l. si non conuicii. in ii. col. in iiii. C. de iniu. ubi formaliter tãgit præsentem quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Concubinarius notorius celebrans, num sit ipso iure irregularis, & priuandus beneficio. & numer. 2.*

QVAES. CCCCCLVIII.

FVit dubitatum incidẽter in quadã causa be-
1 neficiali ĩ materia* possessorii, uigore pragmaticæ sanctionis, in dicta curia parlamen. an notorius concubinarius celebrans, sit ipso iure
a irregularis, *a* & priuandus beneficio. Pro cuius quæsiti responsione præmittẽdum est, quòd monachus uel presbyter tenens notoriè seu publicè cõcubinam seu focariam, est ipso iure suspensus ab officio: & quo ad se & quo ad alios. per tex. in c. nullus. & c. præter hoc autẽ. xxx. dist. & c. uestra. & c. tua. & c. fina. extrà de coha. cleri. & mulierũ. Et est suspensus ipso iure ab officio, per præmissa iura: & à beneficio per sententiam, secundum Hosti. in summa, de cohabi. cleri. & muli. §. quam pœnam, uersi. si uerò sit notorius. Idem tenet Hen. Bohic. in c. si quisquã. in ii. sua dist. extrà. de coh. cle. & mulie. [...] Fran. de Zab. But. & Pan. in c. uestra. & c. si. extrà eo. tit. Secũdò præmittendum est, quòd suspẽsus ab officio, & quo ad se, & quo ad alios, si celeb[...] & se immisceat in diuinis [...]
b ficiis, efficitur irregularis [...] ut in c. i. de re iud. li. vi. & in c. cum medicinalis. §. fi. de sẽ. excom. lib. vi. & hoc idem te-
b net Inn. Host. Io. An. Hen. Bohic, Fran. de Zab. Bu. & Pan. & communiter omnes doc. in c. si celebret ingenio. extrà de cle. excommuni. mini. Idẽ Inn. & Io. An. in c. i. extrà de cler. peregri. ubi dicunt, quòd suspensus ab officio propter crimen à iure, uel iudice, si celebret, est irregularis. Idem tenet Hostien. in d. l. i. de sentẽ. & re iudi. libr. vi. & in d. [...] medicinalis. de sent. exc[...] Idem tenet Guli. de mo[...] lau. Franc. de Zab. & Inn. [...]
2 cle. i. de priui. * Ex quibus [...] tet conclusio, quòd notorius concubinarius celebrans in-currit ipso facto irregularitatem. Et ita fuit conclusum. Ex quo sequitur, quòd ueniẽ[...] beneficio suo priuãdus. super quo uide not. per doc. in c. fin. extrà de cleric. excom. mini. De materia irregularitatis [...] plene

plenè tractat Archid.in c.i.de regu.iur.lib.vi.

a Irregularis.] *Hoc autem notandum, quòd irregularitas non extenditur, nisi ad casus in iure cõprehensos: ut sentit dom.Inno.in c.tãta.in gl.hic uidetur.in uers. hæc autem interpretatio. extra de excessio.prela. Et post eũ do. Arch.c.is, qui.glo.hoc manifestè, extra de sentent.excom.libr. vi.& ibi domi.Petr.de Ancha. in i.no.*

b Efficitur irregularis.] *Adde Spe.de dispen.§.iiii.uersic.item not.quòd suspensus notanter dicitur suspensus ab officiis, quia suspensus a benefic. celebrando non efficitur irregularis. Spec. ubi s̃. Et aduerte, quòd licet irregularis suspendatur ab officio: non tamen suspenditur a beneficio: ut no.d.Inn. in c.nisi cũ pridem.extra de renuncia.*

SVMMARIVM.

1 *Monachi delinquentis punitio ad quem pertineat.*

QVAES. CCCCCLIX.

1 AD quẽ pertineat correctio & punitio monachi delinquẽtis, *a

a an ad Abbatem uel ad diœcesanum? aliqui dixerũt, quòd ad diœcesanum, per tex. in c. de persona.xi.q.i.& ibi glo.& in c.i.xviii.q.ii.& ibi gl.facit tex.in c.uolentes. de priuilegiis.lib.vi. ubi expressè delinquentes in loco nõ exempto, puniuntur per diœcesanum. facit text.in cap.monasteria. xviii.q.ii. ubi tex.ad literam. Alii dicunt quòd pertinet ad Abbatem, qui mouentur, primò per text.in c.ad nostram. extrà, de appe.& in c.ea quæ. extrà, de stat. mo.in princ.& ibi gl.& doct.ibi dicũt, quòd uisitatores capituli generalis faciunt suos monachos delinquentes corrigi per eorũ Abbates: iuxta beati Benedicti regulam & apostolica instituta.facit text.in c.repræhensibilis.in fi.extrà, de app. & in ca.cum ab ecclesiarum. & in ca.quanto.& ibi glo.& doct. extrà, de offic.ordi.facit text. in ca. moniales.extrà, de pur. canon.ubi moniales de libidine monialium in suo capitulo puniunt eas.& facit tex. in c.suscepimus.extrà, de homicidio.ubi Abbat. consulentes Papam, quid essét facturi de monachis eorum, qui homicidium perpetrauerant: committit eis, ut ad eorum arbitrium puniant: & si essent puniendi per diœcesanos, mandasset id fieri per diœcesanos. arg.c.ad audientiam.extrà, de decim.& sic Abbates de grauioribus cognoscunt, sicut

sunt

sũt homicidia. Facit ad hoc, quia monachi delinquentes debent corrigi per Abbatem, qui debet eos corrigere iuxta beati Benedicti regulã, & apostolica instituta: ut in c. ad ea quæ. extrà, de statu mona. Si ergo punit Abbas secundum regulam, quę regula mandat eos puniri pro grauioribus delictis, & delicto carnis: ut in regula beati Benedicti, ĩ. xxv. & xxviii. ca. Sed cum deficit regula, i. quia pœna nõ habetur in regula certa, punit eos Abbas, secundũ canonica instituta, per d. c. ea quæ. Excipitur tamen casus degradationis: quia si ageretur cõtra monachũ de delicto degradationem requirente: tunc non ad Abbaté, sed ad diœcesanum pertinet, siue sit actualis, siue uerbalis degradatio: quia inferior episcopo nõ potest de illo cognoscere, de quo in c. degradatio. de pœnis. lib. vi. Cõclusio uerò ĩ ista materia, quã sequitur post gl. i. Innoc. Hostien. Ioã. And. Henr. Bohic, Anto. de But. in d. c. quanto. de offic. ordi. & Ioan. de Ligna. in tractatu suo, quem ipse fecit de hac materia, scilicet ad quem pertineat correctio monachi delinquẽtis, ét. in loco non exépto, semoto quocunq; priuilegio, & consuetudine, & exceptioné: qa cũ appareat de illis exceptionibus, consuetudine, uel priuilegio, illa essent seruãda iuxta ipsorum formã, & tenoré. Quòd ad Abbaté pertinet cognitio criminis sui monachi: cũ agitur cõtra eũ, in inquirendo uel denuntiando. Et ita intelliguntur iura pro secunda opi. allegat. ubi uerò ageretur de crimine cõtra monachum, directè eum accusando, & in forma cõtentiosa accusando b eum directè, tũc pertinet ad episcopum & diœcesanum: & ita intelliguntur iura supra in loco allegata. ratio: quia ut dicunt Inn. Host. Henr. Bohic, c & Ant. de But. in d. c. quanto. in causis criminalibus, quæ uia accusationis tractantur, tales spectant ad episcopum uel Arch. & non ad Abbatem: quia ipse nõ potest tales causas tractare. xviii. q. iii. c. monasteria. Et præmissa locum a habent, etiã si monachus committat delictũ extra claustrum uel in alia diœcesi, in qua est situm suũ monasteriũ: quia monachus ubicunq; sit, semper est sub iurisdictione Abbatis. c. statuimus. xix. q. iii. Et hoc optimè probat text. in c. cũ illorũ. de sent. excom. ubi si duo monachi diuersorum monasteriorum se adinuicem percusserint,

percusserint, pertinebit ad utrunq; Abbate absolutio: & ita Abbati pertinet cognitio sui monachi delinquentis extra suum claustrum. Si tamē delictum monachi esset notorium, quod uix esse potest, secundū Ant. de But. in d. c. quāto. extrà, de offi. ord. sublato quocunq; circuitu, statim potest episcopus talē monachū punire. Ita dicunt Host. Ioā. And. & do. Ant. de Butr. in d. §. quāto. allegant c. Romana.
b §. notoria. extrà, de censi. *b* dicendū tamē est, secundū eos, ꝙ fiat monitio, sed in delictis occultis antequam monachū delinquentem episcopus puniat, necessaria est monitio,
c *c* & ꝙ moneat Abbatē, ut talē monachū in sua diœcesi puniat: alioquin supplendo eius negligentiā puniet. ita dicūt d. doc. in d. c. quanto, &c.

a Ad quem pertineat punitio monachi delinquentis.] *Vide do. Pan. plenè tractantem & attingentem materiā huiusce quæstionis, in c. cū contingat. in vi. col. in uersi. & primò quæro. extrà, de for. compet.*

**Tu adde, quod pro delicto ante ingressum commisso, monachus non potest conueniri, secundum Bart. in repet. authent. ingressi. coll. vii. uersi. pro delicto. C. de sacros. eccl. Et quid de monachis uel canonicis se percutiētibus in claustro, an sint mittendi ad sedem apostolicā pro absolutione. Et quid si monachus percutit clericum secularem, an absolutio refertur Papæ. uide omnino Petr. de Anch. in c. cum illorum. de senten. excom.*

b De censi.] *Scilicet lib. vi.*

c Monitio.] *Imò in notoriis cum Abbates non corrigunt statim, correctio ad episcopum pertinet, ut dixit dom. Abbas, ubi supra.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus an possit dominium in alium trāsferre, irrequisito uassalli consensu.*

2 *Allodium quid sit.*

QVAEST. CCCCCLX.

Dominus Odofre. Episcopus Vapanien. dominus non solum in spiritualibus, sed etiam in tēporalibus, ciuitatis Vapan. & castrorum eidem ciuitati ad causam dicti sui episcopatus adiacētium, dudum circa ducenti anni lapsi sunt, recognouit dictam ciuitatem Vapan. & castra prædicta eidem adiacentia tenere de feudo Regis tunc Siciliæ, & successorū in dicto regno, & comitatu forcalqueri. Et ipsum Regē fecit dominum superiorem & maiorem dictæ ciuitatis, & membrorū eiusdē, ut Latius cōtinetur i quodā instrumēto in

to ĩ camera cõputorũ Delph.
registrato. Modo orta est quæ
stio de præsenti inter dictum
Regem, & ciues dictæ ciuita
tis Vapa. pro quadam talia,
quã ipse Rex eisdem ciuibus
imponere nititur contra ipso
rum ciuium uoluntatem, ut
1 s.q.cccccli.tetigi.* Modo quę
ritur, si dictus episcopus d.ho
magiũ facere potuerit dicto
Regi, sine uoluntate dictorũ
ciuium Vapa. & aliorum in
dictis castris episcopatus ha-
bitantium. Et istud erat pri-
mum dubium, de quo tange
re debuisset in dicta alia qõ.
supra, cccccli. ubi plenè de
hac materia scripsi. Sed istud
obliuione ibi omisi tractare.
Pro decisione tamẽ huius du
bii, arguendo ad partes, uide
tur primò, quòd non potue-
a rit *a* dictus Odofr. episcopus
Vapa. dict. homagium reco-
gnoscere d. Regi, sine uolun-
b tate, *b* & consensu dictorum
ciuium & habitantium in di
ctis ciuitatibus & castris, per
tex. in feudis. de prohib. feud.
alien. per Fede. in §. pręthereà
ducatus. in fi. & hanc partem
tenet Bald. in c. generali. si de
feud. defunc. cõtrouer. fue. Et
disputauit magis latè ĩ prooe
mio feudorum. in uersic. sed
expedita diffinitione feudo-
rum, &c. hanc opinionem ét

sequitur Hostien. in c. dilecti
filii. extrà, de maio. & obed. &
ibi Inno. Ideò Constantinus
Imperator, quando donauit
Romam beato Syluestro Pa-
pæ, fecit cum consensu popu
li Romani, ut refert Bald. ubi
suprà, Inno. contrarium uide
tur per ea quę dicit gl. in d. §.
prætereà ducatus. ubi dicit, quod
licet dominus feudi, non pos-
sit in alium transferre: hoc
rum, in minorẽ: sed bene po-
test in maiorem: ipse Bald. in
c ca. 1. *c* in fi. qui feudum dare
possunt. Sed dictus Rex est
maior episcopo, igit. &c. Præ-
tereà de consuetudine genera
li præsentis patriæ Delph. &
patriarum circunuicina
principes infeudãt, & in a
transferũt, etiam in mino
eorum uillas & castra, si
sensu habitantium in e
uillis & castris. Ad idem
ciũt Barones, prout uide
in prædecessoribus dñi Ca
diaci, qui infeudauerunt
dum parochiã Thossiaci
decessoribus domini Lu
ci de Poypia. Et similiter
strum de mions, quæ consue
tudo in materia feudali
d net principatum, *d* ut not. ple
nè Iac. in tit. super iurisdictio
ne libellus. ibi, Item ponit, q
Meuius &c. Prætereà, circa
ca materiam illorum de Va
pinco

pinco est aduertendum, quia ipse Rex prætendit & paratum se offert iustificare, quia dicti ciues Vapa. consueuerũt recurrere in eorum causis ad ipsum Regem, & ad eius curiam habere recursum, tanquam ad superiorem, ex quo potest concludi, quòd ipsi homines & ciues Vapan. ratificauerunt saltem tacitè dictã superioritatem, per dictum dominum Odonem episcopũ eidem Regi dudum recognitã. imò plus uidi ego Guido, quòd de anno do. M. cccclv. de mense Iulii, dum ego essẽ in dicta ciuitate Vapa. nuntius ibi missus uocatus hono sel, per do. nostrũ Ludouicũ Delph. Vienn. dicti ciues Vapa. num. cl. associabant banneriam dicti regis Siciliæ, quã deferri faciebant per ciuitatẽ Vapan. ad impediendum ea, quę ibi facere intendebamus mandato dicti do. nostri Delphi. asserentes ipsi homines Vapa. se esse homines & subditos dicti Regis, & non præfati do. nostri Delph. ita quòd per hæc ipse Rex Siciliæ est ĩ possessione superioritatis & maioris dominii dictę ciuitatis Vapa. ex quibus propterea restat uera conclusio, ꝙ dicti ciues Vapa. nõ possunt uti saluagardia Delphinali contra ipsum Regem, causis declaratis suprà quæst. ccccli. & ibi plenè uide quæ dixi. Aduertendum est circa hoc ad unum, de quo constat in camera computorum Delphi. quia Papa seu commissarius ab eo deputatus dictam homagii præstationẽ dicto Regi factam retificauit & approbauit. Et plures alii episcopi post dictum Odof. dictum homagium dicto Regi prę stiterunt. Et in signum superioritatis & maioris dominii in qualibet mutatione episcopi officiorum dicti Regis cõsueuerunt banneriam dicti Regis ĩ summitate turris Vapa. apponere, & erigere. ubi stare consueuit per multos dies, in signũ dominii & superioritatis iuris, secundum formã dictis homagii, absque eo, ꝙ ciues in aliquo cõtradixerint tanti tẽporis spacio, quòd de contrario memoria hominis nõ existit publicè & notoriè.

2 Iuxta hãc materiã quęro, q̃d sit, & quid dicatur allodiũ. * Dic, ꝙ est illud, quod ẽ alicuius propriũ. & à nemine recognoscitur, nisi à Deo, ut in c. i. §. ad hoc qui. e & §. seq. de pa. iur. fir. in feudis. facit c. ii. & iii. si de feud. cõtrouer. fue. Et de allodio tãgitur per gl. ff. de religio. & sump. fu. l. at

si quis. §. sed interdum. Ita ponit Bal. in d. §. ad hoc, &c.

a Quòd non potuerit.] *Facit quod dicit d. Bald. in c. i. in uer. moribus. in fi. si de feu. fue. cõtro uer. inter do. & agn. in usi. feu.*

b Sine uoluntate.] *Vide de hac q. per d. Fely. in c. auditis. ĩ xiiii. col. in uer. inquantum dicit Innoc. de præscr.*

c Bal. in c. i.] *Caue quia uel ibi de hoc per domi. Bald. sed text. & ipsum op. Bald. in §. ex eadem. in uersi. non si potest. de lege Corra. collatio. x. & ibi do. Aluarotus, qui huius dicti aßignat rationem duplicem. primò, quia uasallus est magis tutus sub magno domino, quam sub paruo. Tum, quia si daretur interiori, mutaretur eius conditio, cum teneretur iurare fidelitatem minus nobili. Et istud intellige uerum, quando feudũ alienaretur sine curia, secus aũt, si totũ feudũ alienaret cũ omni iurisdictione curiæ. quo quidẽ casu põt trãsferri etiam in rusticum, & inferiorem dominum, ut legitur & no. per do. Bal. & Aluaro. ubi s̃.*

d Obtinet principatum.] *Adde do. Bald. in prædicto §. ex eadẽ. in uer. non ibi, sed per consuetudinem.*

e §. Ad hoc qui.] *Aduerte, quia quidam habent super hoc §. unam rubricam inscriptam de allodiis, sed malè: quia ille §. est pars legis. et titu. de pa. iu. firm ita ibi dicit domi. Aluaro. Et ... ue quoniam text. ibi non dicit declarãdo quid sit allodium, sed do. Bal. in princ. præall. §. ad ... dicit formaliter, ut hic dici... & idem dicit do. Alua. in c. ... hic alleg. in uer. ibi allodium.*

SVMMARIVM.

1 *Pauperi non habenti unde ... sam tueatur, Iudex debet ... ptus decernere.*

QVAES. CCCCCLXI.

1 SI quis contra me litigat de sua hæreditate, * cuius possideo, uel omnibus de bonis, & non habeat unde litigare, iudex sibi debet contra me prouidere, ut sibi præstem sumptus litis & alimoniæ, per tex. in l. fi. in §. q... si ei, qui. ibi, ita & ex ... si aliqua facultas esse non ... terit, tantum litis sumptus ... alimoniæ hominis, &c. C... ordina. cogni. Et ita plu... uidi in d. curia parlamenti ... ri & obseruari. * Idem enim

2 uidi obseruari in paupere ... miserabili, qui non habe... de litigare, quòd sibi per ... ctam curiam parlamenti pro... uideretur de aduocato & pro... curatore, qui faciet gratis, ... pro Deo fieri, aliàs hoc face... re deberent domini de parla... mẽto, uel quilibet alius iudex inferior, de suo proprio, ...

in authen.de mandatis princi pum.§.si tibi.collat.iii.Et nisi aduocatus facto sibi præcepto per curiã præstet patrociniũ, debet repelli ab aduocatione dictæ curiæ, nisi se excuset causa rationabili. iii. quæst. vii.cap.tria. Pro quo uidetur casus in l.nec quisquã.§.aduo catos.ff.de officio procons. & legati. ubi iudex ultrò debet prouidere de aduocato pupil lis, uiduis & miserabilibus personis, non potest intelligi sumptibus debilis seu misera bilis personæ: quia nihil uel parũ habet:ergo debet intelligi gratis uel sumptibus domini iudicis,in cuius curia li tigaẽ,ad hoc,ne iustitia depereat.arg. dicti §.si tibi. faciũt pro hoc not. per Ioan.Andr. in ca.si hi qui. extrà,de testibus. Et alibi dicit text. quòd
2 debet fieri de publico. a in l. lege Corn.ff.ad Sill.Et ex his potest dici sumpta fuisse practica, quæ obseruatur in hac curia parlamẽti Delph. quia in causis miserabilium perso narũ, quæ causa pietatis à cu riis inferioribus aduocantur, mandantur firmariis taliũ cu riarum,quòd trãsmittãt acta absq; constit. de quo ut pluri mum conqueruntur firmarii dictarũ curiarũ inferiorũ.Sed malè: quia nulla ex hoc eis fit iniustitia, per suprà allega ta.& uide super hoc capitulo ex parte. extrà,de accusationi.& Speculator in titulo, de inquisitione. §.ultimo not.in principio. & glo. in l.si instituta.§.de inofficio.ff.de inoffic.testamento.

a Debet fieri de publico.] *Istud enim rationabilius uidetur, ne labor sine mercede fiat aduocato:eripiatur ergo ærario fisci:ut detur aduocato, ne quis mercede condigna defraudetur.et hoc uerũ existimarem, nisi aduocatus salariũ de publico percipiat, per ea,quæ habẽtur collat. vi.in auth.de iudicibus. §.ne autem. & ibi glo.i.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis an possit laicum puni re.pro iniuria illata clerico,di sting.num.2.& 3.*

4 *Iudex ecclesiasticus, an possit cognoscere de causa feudali,cõ tra clericum.*

5 *Iudex secularis in tribus casibus habet potestatẽ in clerico.*

6 *Fideiussor datus per clericum, an coram iudice seculari possit conueniri.*

QVAES. CCCCCLXII.

1 VTrum officialis*Gration. possit punire laicum pro iniuria facta clerico: uidetur quòd nõ,arg. in l.iiii.C.de of

ficio præfecti p̄toris : & quia
actor debet sequi forū rei, in
contrariū uidetur, ꝙ imò pos-
a sit eū punire *a*.per gl.C.de e-
pisc. & cleri. in authen. item
nulla cōmunitas. in gl. super
uerbo, ab ecclesia. & facit pro
hac parte C.de officio præfe-
cti orientis.l.de honorario. &
gl.ff.de edict.l.iustissimè: q̄a
magis dignū trahit ad se mi-
nus dignum. extrà de conse-
cra.ecclesiæ.c. ꝙ in dubiis. &
c.i.eodē titulo, & de iure pa-
tro.c.i.lib.sex. & ibi gl. & tex.
in c.si is, cui de canonicatu.de
præben.libro sexto. facit etiā
pro hac parte.l. si communē
fundum.ff.quemadmodū ser
uitus amittatur. ubi ex perso
na priuilegiata habetur pri-
2 uilegiū. Quid dicendū?* Dic
ꝙ si officialis præueniat iudi
cē tēporalē, pōt laicū pro ta-
li iniuria punire, per dictam
authen. & facit. C. de episco.
& cleri.in authen.causa, quæ
ut cum monacho. & l.ii. C.
de officio præfecti urbis. &
ita determinari uidi in curia
parlamenti in præsentia do-
mini officialis, qui increpa-
batur per dominos de parla-
mēto: ex eo, quod uolebat co
gnoscere de quadā inquesta
contra magistrū Paulum, me
dicū, laicū, de iniuria illata,
ut dicebatur per dictū magi-
strum Paulum, contra magi-
strum Claudium medicum,
& clericum. Sed fuit dictum,
& conclusum de ipso casu nō
posse cognoscere, attento, ꝙ
ipse fuerat præuentus per cu-
riam communem Grationo.
imò nec etiam ipse officia-
lis poterat cognoscere, secun-
dū pactiones dudū initas in-
ter dominū tūc Delphinum,
& dominū Episcopum Gra-
tionop. Et plenè scripsi s. quæ
3 stio.cclxxv.* Conclusio ergo
est ista, ꝙ si officialis præue-
niat iudicē temporalem, pōt
de tali causa cognoscere. Si
uerò iudex tēporalis præue-
nerit ipse de ea cognoscet, per
ea ēt, quæ dicit Gul. de mon-
lauduno in cle.i.de censibus
ibi, facit ad quæstio. &c. ...
seruatur. Et de hac materia p̄
b uētionis *b*, plenè scripsi s. q...
ii. Circa hoc tamen est ad-
tendum, ꝙ si talis laicus im-
petret ueniam a Rege, uel a
domino nostro Delphin. p̄
tali delicto commisso in per-
sonā clerici, quòd curia par-
lamenti cognoscet de inter-
natione talis gratiæ. Et in ter-
minis huius quęstionis de
hoc anno currente dom...
M.ccclx.primò uētilatur ...
cessus in manibus Ioan. Go-
fredi secretarii Delphi. con-
tra quosdam delatos de ...
sen...

ſenti incarceratos carceribus portæ trione, qui atrociter uerberauerunt, & uulnerauerunt curatum de paſqueriis
4 mandamenti clauſæ.* An iudex eccleſiaſticus poſſit cognoſcere de cauſa feudali cōtra clericum? uide quæ dixi ſuprà, quæſtione cxxxix. Itē ad quē pertineat cognitio per
c iurii, c an ad iudicem eccleſiaſticum, an ſecularem, uide q̄ ſcripſi ſ̃.q.clxxviii. Quis debeat facere inuentariū de bonis præsbyteri defuncti, an iudex laicus, uel eccleſiaſticus? uide quæ plenè dixi ſuprà
5 quæſtione cclxi. * Iudex ſecularis in trib. caſib. habet poteſtatem in clerico, & in bonis ſuis ſpiritualibus, quos ponit gloſ. in capitulo, tua. la prima de decimis. Vtrum fi-
6 deiuſſor* per clericum datus, coram iudice ſeculari poſſit conueniri? Dic quòd ſic, ſecūdum Speculator. de competē. iudic. aditione. §. i. uer. ſed pone clericus. An clericus ſortiatū forum in actione reali? uide ſ̃. quæſtione lxxvii.

a Imò poſſit eum punire.] *Adde, quod dicit do. Innoc. in c. cū ſit generale. in gloſ. ſua in uerſic. ſacrilegii. extrà de fo. competen.*

b De materia præuētionis.] *Vide iſtum, conſi. xxx. inci. quod nobilis, et potens. nu. i. pro ratione præuentionis.*

c Cognitio periurii.] *Vide de hoc quæſito per iſtum, cōſ. xxix. incip. ille incarceratus. num. iii. uerſi. item etiam dictus. ubi alleg. & ſe remittit ad no. conſil. lxxxix. in primo dubio.*

SVMMARIVM.

1 *Monachus, an poſſit eſſe officialis ſeu iudex, diſting. num. 2.*

3 *Monachus clauſtralis, an poſſit eſſe aduocatus, procurator, arbiter, uel defenſor.*

4 *Monacho clauſtrali poſſintne cauſæ delegari.*

5 *Conuerſi an poſſint eſſe teſtes in teſtamento.*

QVAES. CCCCCLXIII.

AN monachus poſſit eſſe officialis ſeu iu-
1 dex?* & uidetū ꝙ nō, quia pro mortuo habetur, ꝑ l. Deo nobis. in §. hoc etiā cōgruum. C. de epiſ. & cleri. iū- cta. l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. In contrariū uidetū, xvi.
2 q. i. c. qui uere. Quid* dicendum? Dic quia aut loquimur in ſimplici monacho & clauſtrali, aut in monacho habente adminiſtrationē. Primo caſu dic, ꝙ non pōt eſſe officialis ſine ſuperioris ſui Abbatis uel epi, cui immediatè ſubeſt licētia: ut tenet gl. ordi. in c.

presentium.xv.q.i.& c.monachi.eadē quæſ.& cauſa.& no. per Ioan.And.in cle.ii. extrà de præſcrip.& ibi tetigi gl.Secundo caſu,credo ꝙ poſſint eſſe iudices,& officiales. & ratio, quia cum eis concedatur adminiſtratio,& ſic per conſequens cōuerſatio,& frequētatio cum hominib. laicis & aliis,& in cauſis ſecularibus, multomagis iudicare in cauſis ſpiritualibus, & laicis præſidere.nam cum eis permittatur id, quod minus, a multò fortius id quod maius. Item ratio dicti ca.qui uerè. ceſſat. Et per cōſequens dictum ca. ceſſare debet:ut l.adigere.C. de epiſco. & cleri. & ita uidi ſeruari in curiis officialatus Viennæ & Lug. de uno monacho Priore, qui fuit officialis Viennæ,& poſteà Lugdu. Sed pone, ꝙ ab omnib.creditur ipſum poſſe eſſe officialē, ut quia credunt talem monachum clauſtralē habere licentiā ab Abbate uel epiſcopo, uel aliàs credūt ipſum eſſe officialē.An ſnīæ ab eo prolatę ualebūt?credo ꝙ ſic, propter publicā utilitatē, cōmunē errorem gentium,de quo uidetur caſus ī l.Barbarius b.ff.de offic.ꝑtoris. facit l. ſi arbiter.. C.de ſnīa & interlo.om.iud. & qđ no.in l.ſeruus ea lege.ff. de teſta.& no.per Dy.in c.i. in vii.q.extrà de re iudi.li.vi. & ita uidi tales ſentētias tole-

3 rari. Sed an* talis monachus clauſtralis poſſit eſſe aduocatus, ꝓcurator, arbiter,uel defenſor?Dic ꝙ nō,niſi de ſuperioris licētia.c ut no.in d.c.præ-

4 ſentium. *Sed nunquid talia monacho poterunt cauſæ delegari?dic ut no.per glo.in c. cum olim.extrà de priuileg. in antiquis.& per Spe.in ti. de offi.deleg.§.excipitur.ne ſicu. nunquid monacho &c. An religioſi poſſint eſſe teſtes in teſtamētis: uide quæ plenè ſcripſi ſuprà q.cccccxl.

5 Quid de conuerſis,* an poſſint eſſe teſtes in teſtamentis? Credo ꝙ ſic, cū non ſint religioſi,ſed poteſt cōtrahere matrimoniū,& habere propria, ut dicit Bar.in authen.in... ſi.ibi, expeditus de cōtra... C.de ſa.ſan.eccle.De mo... cho,etiā tetigi ſ.q.ccccc...

a Permittatur id,quod minus &c.]*Conuerte iſtud per reg... cuilibet.in vi.*

b In l. Barba.] *Et uide quæ ... dicunt dom.Bar.& Bald.*

c Niſi de ſuperioris licētia.] *Et adde ſcilicet, in monaſterio ... ſcente utilitate:ut dicit do.Go... in ſum.de poſtul.in §.repelli... tur ab aduocatione.i uer.... chi aūt.& alle.c.ii.eo.tit.... ma-*

magnope.et c.super spe.ne cleri. uel mona.et c.alia.et c.placuit. xvi.q.i.& c.i.xvi.quæstio.ii.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an possit scribere acta, ut ei credatur, disting.nu.2.*

3 *Causæ breuiores, quæ dicãtur. Et quando dicatur agi de paruo, uel magno.*

QVAE. CCCCCLXIIII.

VTrum iudex, ut notarius, * possit scribere acta quæ fiunt corã se, ut ipse sit iudex & notarius. *a* tex.cũ gl.ĩ l.iubemus. in §.sanè si.C.de sac.san.eccl. uidetur uelle, ꝙ sic. Cõtrariũ tenet Inn.in c. cũ à nobis. ex̃ de testi.qđ probatur in c.qm̃ cõtra falsam.ex̃ de proba.gl. dicit*, ꝙ quidã fiunt à iudice nõ in forma iudiciali: ut puta facit aliquas literas testimoniales, tũc ipsemet põt scribere: ut l.diuus.ff.de offi.presid. Si uerò sunt alia acta, quæ fiunt in forma iudicii, nõ pñt scribi ab ipso iudice.l. ne in arbitris.ff. de arg. & d.c. qm̃ cõtra falsam. Nõ obst.d.l.iubemus.in §.sanè si q̃a in his, quæ sunt de iurisdictione uolũtaria, ipsemet iudex potest scribere: ut d.l.iubemus. secus aũt in his, q̃ sunt cõtẽtiosæ iurisdictionis. Et ita seruatĩ curiis patriæ Delph. Et predicta intelligo uera, nisi in causis breuioribus: quia possunt agitari sine scriptis: ut ĩ auth. nisi breuiores. C. de sen. ex breuic.recitãdis. Cũ enim ipsi iudici credatur, ut ibi per Bar. debet ergo & eius scripturæ *b* credi. Et ita uidi seruari in talibus minimis causis. Et uide circa præmissa, quæ plenè dicit Bart. in dicta l. iubemus & plenius, & clarius in l. si seruus cõis.ff. de stipulatio.seruorũ.& no. quia alibi nõ reperies hanc materiã tractari per Bar. nisi in dictis duabus ll. iubemus. & si seruus cõis. *Sed iuxta hoc q̃ro, q̃ dicanẽ breuiores: uel qñ dicetur agi de paruo uel de magno. dic ꝙ remittitur arbitrio iudicis, *c* ut no. ĩ d. auth. nisi breuiores. & per Bar. in l. i.ibi, Sed quæro, quę dicatur quantitas parua, uel magna. C. qui dari tutores possunt.

a Iudex & notarius.] *Põt quis esse in eadẽ cã, ubi exercetur iurisdictio uolũtaria: ubi uerò contẽtiosa, et tũc in leuib. causis, ut suprà in aliis nõ leuib. secus, ut ꝑ d.Bal.in l.iubemus.in §.sanè.in uer.quæro ergo.C.de sacros.eccl.*

b Eius scripturæ.] *Dñs Pau. de Cast.in d. auth. nisi breuiores. post opinio.suã, per quã uidetur tenere cũ Bar. recitat etiam opi;*

Ang. qui dicit sibi nunquã placuisse opin. Bar. in hoc, quia hoc esset aperire uiam multis fraudibus. uide in d. authen. nisi breuiores. per ipsum Paul. de Cast.

c Arbitrio iudicis.] *Adde d. Bar. col. iii. in auth. de manda. prin. in §. sit tibi quoque. in ult. not.*

SVMMARIVM.

1 *Superuita an debeatur dote nõ soluta. uide & nu. 5.*

2 *Donatio, in qua facta est mẽtio de patre & patria potestate, intelligitur facta cõtemplatione patris.*

3 *Statutum, quòd muliere moriẽte in matrimonio sine liberis, maritus lucretur dimidiã partem dotis, & aliã tãtũ partẽ teneatur restituere, an intelligatur in dote soluta, uel tãtũ ꝑmissa.*

4 *Pacta de dote lucrãda, & de donatione propter nuptias, debẽtne esse æqualia respectu quotæ.*

QVAEST. CCCCCLXV.

IN contractu matrimonii Io. Saunerii, filius Dreuoni Saunerii ciuitatis Grationo. & Francesiæ filiæ Desiderii uillaris, aliàs rabata de Romanis, nũc uxor Io. Gofredi, secretarii Delph. dictus Desiderius pater filiæ post dotis cõstitutionẽ de summa octies centũ florenorũ auri, donauit do. Io. Saunerii uiro futuro ꝑ superuita centũ flore. auri. Et uiceuersa dict. Dreuon⁹ & Io Saunerii pater & filius don[...] uerunt dictę Francesiæ sp[...] futuræ (licet absenti) no[...] pro ea stipulanti pro supe[rui]ta, casu quo ipse Ioã. uir fu[tu]rus decederet ante dictã Fra[n]cesiã, uidelicet ducẽtos flor. auri. Contingit, quòd dictus Ioãnes Saunerii post contractũ dicti matrimonii dec[es]sit, superstite dicta Francesia eius uxore. Modò de facto [con]tingit, ꝙ de hoc anno curr[ente] dñi, M.ccccLxi. de mẽse Ma[r]tii dictæ partes se submiserunt summariæ cognitioni, & ordinationi curię uenerabilis par[...] 2 lamenti super dictis ducentis flore. pro superuita d. Fra[nce]siæ per d. Saunerii patrẽ & [fi]liũ, ut præmittitur, dona[tis]. Quia dictus Dreuonus Saunerii, pater mariti, dicebat ad ea nõ teneri, cũ dictus [De]sideri⁹ uillaris pater d[ictæ Fran]cesiæ nõ soluerit de dict[a do]te a dicto Dreuono Sau[nerii] patri mariti, nisi centum [flo]re.* Quærit̃ quid iuris? [...] cuius quęsiti determina[tione] 1 præmitto, quòd dicta dona[tio pro] superuita dictæ Fra[n]cesiæ per dictum Saunerii fa[cta] censeri debet donatio pro[p]ter nuptias. ratio, quia in contractu matrimonii, & contẽplatione ipsius matrimonii facta

facta fuit dicta donatio, quã-
quã sub nomine superuitæ,
quia illa uerba, pro superuita,
&c. grosso modo inter cõtra-
hentes prolata, nõ habẽt ope
rari aliud, quàm donationem
propter nuptias: de quib. nu-
ptiis fiendis tunc inter ipsas
partes agebaẽ. arg. ff. familiæ
ercisc. l. si filia. in prin. & faciũt
ad hæc no. per Cy. & Bal. in l.
si cum ante. C. de dona. ante
nup. nã sensus potius, quàm
uerba contrahẽtiũ attendi de
bet: ut in d. l. si cum ante. Et ꝑ
hoc facit quod dicit Bar. in l.
cũ aliquis. C. de iure delib. ubi
2 dicit, * ꝙ si in donatione facta
filio fiat mẽtio de patre & pa
tria potestate, uidetur dona-
tio facta cõtẽplatione patris.
ita dicit ibi Bar. & plenius ip
se Bart. in l. si filio. la ii. ff. de
do. causa mor. & in l. fi. C. de
usufru. Si ergo hic fuit facta
mẽtio de nuptiis, cẽseri debet
fuisse facta propter nuptias.
Nec alteraẽ dicta donatio ex
eo, quòd fuit collata in tẽpus
mortis, si maritus moreretẽ an
te dictã eius uxorẽ, q̃a dictus
Saunerii pater & filius promi
serũt & iurauerũt gesta in d.
contractu matrimonii atten-
dere, & nũquã cõtrafacere uł 3
uenire. Pro quo l. ubi ita do-
naẽ. ff. de do. cau. mor. Et his
sic præsuppositis, uenio ad ne
gociũ principale, utrũ dictus
Dreuonus pater teneaẽ solue
re dictæ Frãcesiæ dictos cc. flo
re. pro superuita in dicto cõ-
tractu matrimonii datos. Du
bium facit: quia de dicta dote
ccc. flore. nõ fuerunt soluti, ni
si c. flore. auri. & arguẽdo ad
partes uideẽ ꝙ dicta donatio
pro super uita nõ debeaẽ, nisi
pro rata dotis solutæ, per tex.
in auth. de nõ eligẽdo secũdò
nubẽtes. in §. pe. qui incipit,
illud quoq;. colla. i. & trãsum
ptiuè in auth. sed mulier, quę
nihil. C. de pac. conuentis. Et
alibi dicit Cy. ꝙ si dos nõ sol
uatur marito, ꝙ ipse nõ teneẽ
alere eius uxorẽ. in l. quod in
uxorẽ. C. de neg. gest. quia de
ceptis, & nõ decipientib. iura
subueniũt. pro quo etiã alle-
gat ibi Cy. d. §. illud quoq;. de
nõ eligẽdo secũdo nubentes.
In cõtrariũ, ꝙ imò debeaẽ di
cta donatio pro superuita fa-
cta, facit q̃d ponit dñs Bart.
de Salyceto, in l. si constante.
C. de dona. ante nuptias. ubi
quærit de quęstione, statuto
cauetur ut uxore præmoriẽ-
te in matrimonio sine liberis
dimidiam dotis maritus resti
tuere tantũ teneatur, & aliã
medietatẽ sibi lucretur. * An
dictũ statutũ intelligaẽ in do
te nõ soluta, uel solui promis
sa. Et ibi determinat ꝙ ẽt lo-
cum

cum habet in dote nõ soluta, sed tantũmodò promissa solui. Quia ex sola promissione mulier dicitur doté habere. alleg. l. cũ post. §. i. uer. si is. ff. de admi. tu. & C. de rei uxo. ac. in §. accedit. quia dare, & promittere, sunt paria. in l. fi. in fi. C. ad l. fal. Et hæc est tutior pars, dicit ipse Saly. Prætereà, alia ratione, ꝙ debeatur dicta donatio dictæ Frãcesię: 4 qa licet dicta dos nõ fuerit soluta: attamẽ fuit habita fides de ipsa dote, ꝑ dictũ Saunerii patrẽ & filium, propter promissiones, hypothecas, & fideiussiones ꝑ dictũ Desideriũ patrẽ Frãcesiæ eisdẽ Saunerii patri & filio datas, & præstitas. ideò haberi debet ac si tota dos soluta fuisset. arg. legũ in simili. insti. de rerũ diui. in §. uenditę. & in l. & uendidi. ff. de contrahẽ. emp. & uẽditione. cũ pẽdẽte dilatione nõ dicatur in mora. l. eũ qui calẽdis. ff. de uerb. ob. & uidet̃ hoc idẽ tenere Sali. in d. l. si cõstãte. dũ dicit, ꝙ ex promissione b mulier dicitur dotẽ habere, respectu tamẽ huius effectus, ut lucretur d. donationẽ. Nec obstat d. §. illud quoq;. in au- c then. de nõ eligendo secundò nubẽtes. Quia ibi nunquam fuit habita fides de dote. & hoc uidet̃ ibi uelle glo. super 5

uerbo, percipiat. dũ dicit, respondeo. ibi, fuit parata dare, &c. Et de hoc etiã tetigi s. q. ccccxxx. Prætereà dicta auth. sed mulier, quæ nihil. C. de pact. conuent. hodie de cõsuetudine nõ seruat̃: ut ibi dicit Ioan. Fabri in suo breuiar. Et nõ mirũ, si in casu d. auth. consuetudo deroget. quia similiter l. ex morte. C. eod. tit. ubi dicitur, * quòd pacta de dote lucrãda & de donatione propter nuptias, debent esse æqualia respectu quorũ, hodie de cõsuetudine nõ seruat̃, ut ibi dicit gl. quod sequitur Bar. Ad idẽ etiã in l. dos a matre profecta. C. sol. matrimonio operatur consuetudo in opinione Mar. contra opinionem Bul. quæ magis iure fa- citur. Idem etiam, auth. gene- raliter. C. de epis. & cler. [illegible] loquitur de satisdatione [illegible] ris, quæ non seruatur de con- suetudine, ut dicit glo. in [illegible] de satisdatio. in §. sed no. Quibus consuetudinibus [illegible] ri debet, *b* etiam si aliter [illegible] probarẽtur, propter auctoritatem tantorum doctorum [illegible] de dictis cõsuetudinibus [illegible] stantur. *c* ita not. Bart. in l. de quibus. ff. de legibus. Et [illegible] manet hæc quæstio principa- lis, pro utraque parte [illegible] Sed * ego Guido cum [illegible] ctio[illegible]

ctione dominorũ meorum de parlaméto, credo affirmatiuã ueriorẽ, & magis æquã, uide licet ꝙ d. Frãcesia fuerit lucrata totã dictã donationẽ pro superuita, ut præmittit, sibi factã, licet tota dos nõ fuerit soluta: causis & rationibus subscriptis, quas elicio ex s̃. alle. Primo, quia maritus habuit fidem de dote: ut s̃. dixi. Secũdò, quia instruméto dicti cõtractus matrimonii Ioã. Saunerii, dicitur, quòd dicta filia possit disponere & ordinare de d. superuita in uita & in morte. Quod facere nõ posset, nisi ipsi filiæ dicta superuita solueretur, et sic ex pacto d expresso inter dictos cõtrahẽtes uidetur derogatum dictæ authé. sed mulier. Tertiò, authoritate Saly. qua licet in aliis terminis uidetur hãc quęstionẽ mouere in d. l. si cõstãte. C. de dona. ante nup. tenet sufficere doté ꝑmissam, licet data soluta nõ fuerit: ut lucretur maritus medietaté dotis, iux̃ formã dicti statuti. Quartò, quia termini solutionis dictæ dotis, de qua hic agit, fuerũt adiecti per patrẽ filię de cõsensu mariti, & filia absente. Et sic nõ potuerũt de iure nocere filiæ in retardatione lucri d. donationis de superuita, iuxta regulã, quod per me nõ stat, mihi imputari nõ debet. Quintò, quia ut dicit Io. Fab. ubi s̃. hodie de consuetudine non habet locũ d. auth. sed q̃ nihil. C. de pact. conuẽ. & ista fuit & est opinio mea, quã credo iuri & æquitati cõsonã. aliqui tñ & domini mei parl. aliter in hac materia speculãtes, uoluerũt aliter dicere, distinguẽdo sic. Aut termini solutionũ dotis sunt elapsi, aut nõ elapsi. primo casu, dixerũt nõ esse locũ donationi propter nuptias, nisi fuerit soluta dos: per tex. in auth. dos data. ĩ fi. ibi aut si dilationes: dos uerò nõ detur, & donatio prorsus denegatur d. C. de do. ante nup. quia hoc casu debet imputari uxori, si terminis appositis dos soluta non fuerit, ut ibi. Secũdo casu, si termini solutionũ nõ fuerint effluxi, ꝙ debeatur donatio propter nuptias. Ratio, quia in dotis solutione fuerũt adiecti termini solutionũ, per patrẽ filiæ, uolẽte uiro, & in absentia filiæ: ideò cũ per eã nõ steterit quominus dos soluta fuerit, imò potius per uirũ, qui acceptauit dotẽ sub illis terminis solutionũ, nõ debet uxori imputari, iuxta d. regulã, quod per me nõ stat, &c. Sed credo indistinctè uerum, quòd siue termini solutionis dotis sint

lapsi,

lapsi, siue non, tẽpore mortis uiri, quòd superuita siue donatio propter nuptias uxoris debeatur: cum respectu huius effectus dos uideatur uxori soluta, quando maritus habuit fidẽ de dote, & per aliàs rationes plenè per me suprà factas. hoc etiam probatur authoritate do. Ioan. Fab. qui in d. authen. sed mulier. quæ nihil dicit, quòd d. authe. etiam non habet locum de iure, ubi dos fuit promissa solui per alium, quàm per uxorem. De hac materia uide suprà quæ. cclxxiiii.

a Quòd sic.] *Caue quia uoluit forte dicere, quòd non, secũdum quod dicit do.Cyn.in auth.nouo iure.hic alle.in uer.item no.ibi, quòd non est faciendum &c. & de hoc uide omnino do. Alua.in usib. feud. de pace tenen.in c.i. in §. si quis quinque solidos. in uer.oppo. ab extra.uerum tamẽ est, quòd author in hoc sectatur do.Bal.quòd sic dixisse legitur in ti.de pace iura. fir.& in prædi. auth.sed nouo iure.in uer.tertiò not. ipse tamen dominus Bal. nõ format quæstionem simpliciter de furto, sed qualificatiuè, uide licet de furto enormi. & credo quòd hoc fuit omissum in curia impressoris, non quidem authoris.dicit enim d.Bal.in locis præalleg.quòd pro uno furto multũ enormi, potest fur non famosus suspẽdi:quia sæpe unum magnũ, æquiualet tribus paruis:sed contra & uerius, quòd fur non famosus pro uno furto quantuncũque enormi, non debet suspendi: quia ponderatur consuetudo furãdi, nõ furtũ:ut dicit do. Alex. in d.auth.sed nouo iure.in addi. d.Bald. super uer.enormi.& ibi do.Sal.in uersi. quæro secundò.*

b Furca suspenduntur.] *Adde quòd in l.quandoq; dicitur, laqueo suspendatur :ut in d. §. si quinque solidos. alibi dicit, furcis figatur:ut in l.capitaliũ. in §. famosos.ff.de pæn. alibi dicit lex furca suspendatur:ut l.sacrilegii.ff.ad legẽ Iul.pecu.& ff.de pœ.l.si quis aliqd.§.primo.alibi*

 dicit

dicit lex, furca tolluntur. d.l.si quis aliquid §.i. alibi dicit, furca damnatur: ut ff.de re mili.in l.iii.§.is qui. Et ex prædictis poterunt colligi casus, in quibus de iure quis furca suspendendus est: ut dicit do. Aluar.in præallega.§.si quis quinque solidos.in i.col.paulò post prin.ibi, laqueo.

c Bald.in c.i.] *Voluit allegare in c.uno.& §. iniuria.in ii.col.in uersi. feudorum furtum. in i.q. ibidem posita.*

d Rebelles.] *Quis dicatur rebellis, & ex quibus causis, quotue modis, uide d.Bart.in apparatu suo, col.xi.qui sunt rebelles.in l. quoniam nuper. in prin. in glo. in uersi.rebellis.*

e Rebellare.] *De hoc, ubi supra proximè in præ.l.quoniam nuper. in glo.in uerbo tenore.& in glo.in uerbo, rebellando.*

f Ipso iure.] *Vt in præ. l.quoniã.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus an possit agere ad commissum, ex contractu alienationis nulliter facto.*

2 *Pœna statuti non habet locum, si statuto ciuitatis caueatur, ne quis alienet rem, sine solutione gabellæ.*

QVAEST. CCCCCXC.

1 QVidam uendidit* & tradidit rem emphyteoticariam, sine cõsensu domini directi, quæ uenditio aliquo casu reperitur de iure nulla: an dominus directus poterit agere ad commissum contra emptorẽ rei? credo ꝙ non *a*, obstante nullitate talis uenditionis, pro quo adduco in simili quod notat & tenet Bar. in l.fi.§.si rem sub cõditione. C. comm. de leg. ubi dicit,* quòd si statuto ciuitatis caueatur, quòd si aliquis alienauerit rẽ, & nõ soluerit gabellam, perdat eã, & alienatio fuerit nulla *b*, quòd non habet locum pœna *c* statuti. Sed hoc uerum dico, si pars à qua petitur commissum, hoc opponat, per ea quæ dixi suprà q.ccxxi.

a Credo quòd non.] *Tu uide de hoc per istum consil. cxcij. inci. ex furti narratione. nu.2. uer. ad secundum quæsitum.*

b Nulla.] *Facit, quod non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectũ: ut in reg.lib.vi.*

c Non habet locũ pœna.] *Tu uide de hoc, & an ex cõtractu nullo debeatur pœna, istum, consi. xxxi.inci.in Iesu Christi nomine, amen. nu. 1. ad fi.uersi.imò ultrà dici posset.*

SVMMARIVM.

1 *Hæres uerbum, qualiter sumatur in testamentis, & in contractibus.num.2.*

QVAEST.

QVAEST. CCCCCXCI.

VErbum, hæres, positũ in testamento in substitutione * aliqua, sumitur pro filio, uel alio ex ꝓprio corpore descẽdente. l. ex facto. §. fin. *a* ff. ad Treb. & talis appellat legitimè, postquã ex corpore descendit. l. i. ii. & iii. C. de suis & legi. hæred. & ita etiam uoluit glo. posita super rubr. aliter sequeretur, ꝙ alii ascendentes uel collaterales usque ad septem gradus, qui legitimi dicuntur, C. de leg. hæredi. per totũ. & inst. de leg. agn. successione. substitutos excluderent. quod non tamẽ est dicendũ, nec ita fuisse de mẽte testatoris, quæ in his debet præcipuè attendi. l. xi. §. irẽ si quis. ff. de leg. iii. l. pen. ff. de lega. i. & l. cum uirũ. C. de fideic. Et pro hoc bene facit, quod ponit Spec. in tit. de testamen. §. in primis. uer. fin. ubi dicit quòd nomẽ hęredis positũ in ultima uoluntate in substitutione non significat alios, quàm descẽdentes, licet in contractibus * *b* & legibus significet de directo succedentes in uniuersum regulariter. l. fi. C. de hæred. insti. & l. sub diuersis. §. i. ff. de condi. & demon. & l. quædam. §. his aũt. ff. de eden. facit etiam quod ponit Bal. in c. i. de natu. succes. feud. ubi dicit, quòd uerbum, hæres, non comprehendit patrem. Et ita uidi determinari in dicta curia parlamenti, & uide quæ scripsi suprà quæstio. lix. & q. ccccIvii. De hoc uerbo, hæres *c*, scripsi in notabili. meis, in §. appellatione hęredum &c. fol. xlviii.

a §. fin.] *Adde ibi do. Bar. qui assignat rationem. & dom. Bal. in l. i. in i. not. C. de condi. inser.*

b In contractibus.] *Hoc uidetur procedere, nisi hincinde nascatur obligat. quia tunc etiam intelligitur de filio hærede, ut sentit do. Bar. in prædi. §. fin. & apertè exprimit do. Bal. in d. l. in uersi. considera.*

c De hoc uerbo hæres.] *Tu uide de materia hic tacta istum consi. xxxvij. incip. addendo ad allegationes. num.* 1 *. uersi. & uidetur. ibi, & licet illa clausula. & per totum consilium.*

SVMMARIVM.

1 *Trebellianicæ prohibitio facta per patrem filio, respectu primi gradus, porrigaturne ad omnes substitutiones subiunctas.*

QVAES. CCCCCXCII.

1 VTrum prohibitio Trebellianicæ *a* * facta ꝑ patrem filio respectu primi

primi gradus, porrigatur ad omnes substitutiones subiun
b ctas? uidetur quòd sic, *b* quia prohibitio indefinitè respe-
ctu primi gradus institutorũ facta, porrigit̃ ad omnes suc-
cessores. l. Lucius. in prin. à cõ trario sensu. & l. si plures. ff. de leg. iii. ita dicit Bar. in d. l. Lucius. Et cũ in casu isto detractio Trebellia. fuerit in gradu indiffinitè facta, & in præiudicium filiorũ: cui magis hęreditas debetur, quàm substitutis extraneis. insti. de hæredum quali. & differen. §. sui ipsa etiam. & multo magis cẽsetur facta respectu omnium substitutorũ: quia clausula in princ. uel circa principiũ institutionis adiecta, porrigitur ad omnia capitula subsequentia. l. iii. §. filius. & ibi etiam hoc ponit Bar. ff. de libe. & posthu. l. i. C. eod. tit. & maximè, quãdo nulla subest ratio, quare ita ad sequentia non debeat referri, ut in d. l. i. habetur. nec aliqua subest diuersitas uel repugnantia, si ad subsequẽtia capitula referatur. l. cohæredi. §. qui patré. ff. de uulgari. Ita dicit Bar. in l. talis scriptura. §. fin. ff. de lega. i. Et de hac materia etiam scripsi suprà qõ. cccccxlv. Et de mate. Trebel. tetigi suprà qõn. lj. Sed quid de uerbo, masculis, subiuncto in primo gradu substitutionis, an censeatur repetitum in sequentibus gradibus? uide quæ scripsi suprà quæstio. cccclxxv.

a Prohibitio Trebellianicæ.] *Tu uide de hoc quæsito. ... nè consi. xcvi. incip. casus ... minibus. num. 5. uersi. ad ... tum. ibi, quartam uero.*

b Videtur, quòd sic.] *Facit ... quod in institutione dicitur ... substitutione repetitum esse ... det: ut instit. de uulg. & pu... substit. in §. & si ex disparib... Item facit, quod adiectæ portio... nes in instit. censentur repetitæ in fideicommisso uniuersali. l. quoties. ff. ad Treb.*

SVMMARIVM.

1 *Testes uariè deponunt, utri depositioni sit standum.*

2 *Testes an possint recipi in causa inquisitionali. ante lit. cõtest.*

QVAES. CCCCCXCIII.

1 TEstis * in uno iudicio inter aliquos habito, deposuit medio iuramento unũ, & post in alio iudicio deposuit aliud, etiã suo medio iuramento, cui dicto est standum? dicendũ uidetur
a quòd primo *a*, iuxta ea, quæ ponit Bar. in l. si postulauerit. §. penul. ff. de adult. quod ponit gl. in auth. de testi. §. illud tamen.

tamen.coll.vii.nam cùm publicatis testib.est uerisimile, q testis loqui potuerit cũ parte producente, uel cum alio parti producenti amico seu affectionato, ipse præsumitur subornatus aliter deponendo in secũda sua depositione, quàm deposuerit in prima. Et ideò tanquam urianti non est credendum. Ita dic.gl. ordina. in c.super his.gl.i.extrà de pœn. Nec est secundæ depositioni credendum: quia ipse in ea est periurus, deponendo contra illud quod primo suo medio iuramento deposuerat. & ita est infamis.l.Lucius. ff. de his qui notan. infa. l. si quis maior. C. de transactio. pro hoc, quòd periurus, à testimonio repellatur, tenet Spec. in tit. de teste. §.i. uer. item excipitur, quod est infamis. ibi, unde periuri non admittuntur &c. & uersi. quid si testis secundò inductus &c. Attamen credo opinionem Barto. & glos. fore ueram: uidelicet quòd primæ stetur: & ita seruatur, ut di.Bart. in d.l.postu laue.§.pen.tamen de hoc uide quæ ponit Innoc.in c.præterea.extrà de test.cog. & Spe. in tit.de teste. §.i.uersi. item quod testis obscurè &c.de hoc etiam tetigi suprà q. ccclvi. a
1 *Vtrũ testes possint recipi in causa inquisitionali ante lit. contest? Dic quòd sic, secundum Inno.in c.ueritatis.extrà de dol.& contuma. Si testes contradicant instrumẽto, cui potius sit standum, an testib. uel notario? uide quæ dixi suprà qõ. cccccxl. & uide Abb. Pã.docto. nouissimũ & doct. in c. cùm Io.hæremi.extrà de fide instru.

a Quòd primo.] *Idem tenet etiã do.Odofr.de Peru.in consi.incipiente, in Christi nomine, in præsenti puncto. Minor tamen fides adhibetur testi.ut tenet dom.Io. And.in c.præterea.in glo.in uersi.incontinenti.extra de teste. & gen. An autem testis usque ad sententiam ualeat errorem suum corrigere, est arbitrarium ex circunstantiis, an sit admittendus uel non: ut dicit dom.Io. Andr. post Host.ubi supra in glo.fi. & an testis possit statim mutare? dic secundum Ale.in consi. lxx. in iiii.col.in i.uol.*

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiæ, quibus de causis possint alienari.*

2 *Ecclesia an restituatur aduersus præscriptionem.*

Q. CCCCCXCIIII.

Res ecclesiæ possunt alienari a *ob necessitatẽ, i. auth. hoc ius porre-

rectum. C.de ſacroſan. eccle. Item, ob pietatem . Item, ob redemptionem captiuorum, & alimoniā pauperum.l.ſancimus.C. de ſacroſ. eccle.xii. q.ii.c.aurum. Item & ob cōmoditatem , ut ſi res ſit ſterilis.d.c.aurum. Item & ob utilitatē,ut puta ſi meliora proſpiciat:& tunc alienat Epiſcopus cum conſenſu totius capituli uel maioris partis eiuſdem.xii.q.ii.c.ſine exceptione.& de his, quæ fiunt à prælа.ſine cōſenſu ſui ca.c. ſuper aliquo.in fi. De terrulis uerò & uineolis exiguis, Abbas uł Epiſcopus poteſt alienare ſine conſenſu ſuorum fratrū,ſi neceſſitas expoſcat.ut duodecima,quęſtione ſecunda,capitulo,terrulas.& maximè ſi cōſuetudo hoc ſuadeat.ut c.cæterum.extrà de donat. Vbi autem neceſſitas non ſuaderet ſeu expoſceret, tunc tales terrulæ non poſſent alienari, ſine conſenſu ſuorum fratrum, ſeu capituli.ut d.ca. terrulas. arg.à cōtrario ſenſu quod eſt fortiſſimum in iure. l.i.§.i. ff. de officio eius cui eſt man. iuriſdictio. & Abbas rem eccleſiæ ſuę alie.cum conſenſu ſui capituli,& ſui Epiſcopi.xii.q. i.c.abbatibus. & xvii.q.iiii.c. in uenditionibus. ubi autē fit alienatio in caſibus non permiſſis, uel ſine iuris ſolennitate, non ualet alienatio ipſo iure.c.nulli.& c. ſi quis preſbyterorū. extrà de rebus eccl. non alien. Et ſi fiat in caſibus permiſſis,uel cum iuris ſolennitate,ualet alienatio. Sed debet precium conuerti in [illegible] tatem eccleſiæ, & illud [illegible] ri,ut dicit Inn.in c.i.ex[illegible] poſi.Et ſi eccleſia lædat[illegible] teſt reſtitui, ſi læſio ma[illegible] ſtè apparet.in c. i. extrà [illegible] integr.reſti. In datione in [illegible] phyteoſim, ſi fiat, obſerue[illegible] forma data in auth. ꝑpetua. C.de ſacroſan.eccl.& in corpore unde ſumitur.quæ auth. ſumitur ex §.licētia.in auth. de alie.& emph.col.ix.& uide quæ dixi circa hoc ſ. q.cc. & xlix.& uide plenè per Bar. in d.auth.perpe.Sed quia ſ.ꝓximè fit mentio de reſtitutione in integ. ſi eccleſia reperiatur

2 tur læſa : * Quęro an eccleſia reſtituatur aduerſus præſcr. Gul.uidetur uelle, quòd ſit. alii contra,quòd contra præſcrip.de quibus in auth. quas actio. C.de ſacr.ſan.eccl. non reſtituetur:per c.auditis. extrà de præſumpt.alii, quòd reſtituatur: ſed reſtitutio de iure peti infrà quadriennium: & hoc tenebat Pau.de Leaza. in cle.i.de in integ.reſt. Ita dicit Bar.in d.auth. quas actiones.

nes. Quærit gl. ĩ d. auth. quas actiones. quid si ecc. succedat priuato, an utatur illa præscript. uide ibi plenè gl. Bart. & ibi sufficit remissio. Eccle. potest cum principe permutare. in authen. sed & permutare. C. de sacrosan. eccle.

Alienari.] *Vide d. Azo. in sum ma. C. de sacr. san. eccle. in ij. col. in §. in remittendo. & d. Gof. in sum. de rebus eccle. alie. uel non. in §. prohibentur.*

SVMMARIVM.

1 *Vsufructus an finiatur, usufructuario ingrediente monasterium.*

Q. CCCCCXCV.

1 SI usufructuarius* ingrediatur monasterium, utrum finiatur usufructus? gl. dicit ꝙ nõ. auth. i. C. de bo. q̃ libe. & hoc est uerũ, quando tali monasterio licet habere proprium. insti. de acqui. per arro. §. i. hoc tenet expressè Inn. in c. in præsentia. extrà de proba. & Spec. in tit. de statu monach. uersi. xlvii. Vbi uerò tali monasterio nõ licet habere proprium, tunc isto casu dicit etiam Spec. ꝙ non finitur. in ti. de statu monacho. uer. iii. quæritur. allegat ibi sua iura. Et potest esse ratio, quia tale legatũ potius concernit alimenta, quàm aliud. & ideò tale monasteriũ dici potest capax ratione alimentorum. ita notauit Bart. in l. seruos. ff. de ali. facit l. metallum. in princ. ff. de his, quę pro non scriptis ha. & facit ẽt quod ibidem per eum notatur. Et ita uidi in hac curia parla. Delphina. determinari. De hoc etiam tetigi s̃. quæst. cccclxxvii. in fin.

1 Finiatur usufructus.] *Adde, si pater ingrediatur monasteriũ, an extinguatũ usus fructus eius in aduentitiis: d. Bal. post argu mentationem ad partes uidetur inclinare in partem negatiuam in anti. excipitur. in ij. colum. in uersic. quærit glo. nunquid si pater. C. de bo. quæ libe.*

** Tu adde, quod usus fructus ingredientis monasterium finitur morte eius. ut tenet Bart. in rep. authen. ingressi. col. ix. uersi. breuiter quæro. C. de sacrosan. eccle.*

SVMMARIVM.

1 *L. filio præterito. ff. de iniusto, rupto & irri. testa. an locum habeat in filio præterito a matre.*

Q. CCCCCXCVI.

1 IN reuisione* processus nobilis Claudii Alamandi, originaliter actoris, & nobilis Ioã. Alamandi rei, super facto castri rupischinardi diffiniti,

finiti, in d. curia parla. de anno currente do. M.ccccxli. & die ii. mensis Iulii, fuerunt factæ cõclusiones & decisiones infra proximè sequentes. Pri
a mò, ꝙ lex filio præterito *a* ff. de iniusto & irrito test. locum habet etiam in filio à matre præterito. prout etiã ita tenet Pe. de Muri. & in d. l. filio prę terito. in sua repetitione, in q. quæ incipit, xiii. & iiii. &c. & dixi s. q. ccccxxvi. Et hoc dubium interuenit in dicto processu, propter testamentũ Falconæ uxoris Ioã. Alamandi, aui dicti Claudii, quæ in suo testamẽto præteriit filias suas, & instituit tantummodo filios suos masculos: uidelicet Io. Abbatis & Michaelem.

a Lex filio præterito.] *Vide omnino do. Bar. materiam illius l. per quæstionem tripartite collectam, plenius attinguentem. & adde ea, quæ traduntur in authen. ex causa. C. de lib. præte. uel exhære. per do. Odo. Cyn. Bar. Bal. & Saly.*

SVMMARIVM.

1 *Filius præteritus, an possit dicere testamentum nullum, usque ad xxx. an.*

Q. CCCCCXCVII.

Item, & secundò fuit in dicto processu cõclusum,
1 * & decisum, ꝙ licet Bar. in d. l. filio præterito. ff. de iniusto & irrito testamento. & l. ii. C. de posthu. hære. instit. tenuerit, quòd in casu d. l. filio præterito. filius præteritus non possit dicere testamentũ nullum, post annum: tamen fuit determinatum in d. processu, ꝙ imò usq; ad xxx. an-
a nos *a* insequendo communẽ opinionem Bal. Angel. de Perusio. Ioan. de Imo. Raph. Cuma. l. filius qui in potestate. ff. de libe. & posthu. quos sequitur do. Pet. de Besucio in d. l. filio præterito. & Saly. in d. l. ii. C. de posth. hęredi. insti. & de hoc etiam tetigi s. quæst. ccccxxvi. Sed quo tẽpore præscribatur ius agendi ad supplementum legitimæ u de s. quæst. lxxxii.

a Xxx. annos.] *Imò uidetur, quòd duret perpetuò: quia ius dicẽdi nullum, non est actio, nec officiũ iudicis: est potius quædam materia facultatis, quæ etiam est iudicium, potest supplicari. unde sufficit si præteritus coram testibus, dicat: uolo testamentum esse nullum. ea enim quæ sunt iure facultatis, & non reducuntur ad iudicium, de necessitate non uidentur posse præscribi tempore aliquo: tamen prima opinio, quod tollatur xxx. annis, magis placet do. Bal. in præ. l. filio præterito. ff. de iniusto, rup. & irrito testamento. in iiii. col. in uersic. quæro,*

quæro, si præteritus. Adde, quod idem tenet Paulus de Castro in l. suum. C. de iure deliberan. Et Alex. in l. 1. C. quando non peten. par.

SVMMARIVM.

1 *Filia, quæ quittauit bona paterna, an in aliquo, debeat institui in testamento patris, ut testamentum ualeat.*

Filii ex filia, ipsa uiuente potestne dicere testamentũ nullũ.

Q. CCCCCXCVIII.

Item, quòd nõ est necesse, quòd pater instituat ĩ suo testamẽto filiã, 1 *quæ quittauit bona paterna cum iuramento quòd sit dote contenta, secundũ Pe. Ia. in tit. de condi. ex lege. omnimodo ex testamẽto cumulata, ĩ q. quæ incipit, sed quid erit, si filius &c. quem sequitur do. Ioã. de Aremone, in l. pactum quod quod dotali. C. de collatio. in sua repetitio. dicens idem de aremo, quòd licet tale testamentum sit nullum iure ciuili, esto, quòd renũciauerit bonis paternis, cum iuramento per plures rationes, quas ibidem allegat: tamen ex equitate canonica & prætoria est, quantũ ad hoc, cõfirmatum, ut filius non possit tale testamentum nullum dicere, exceptione iuramenti exclusus. Hanc opinionem etiam sequitur do. Io. Aguillionis quondam actu legens tẽpore meo in Montepessulano, in quodam suo consilio, incipiente, in dubiis extractis ex quęstione superius &c. qui mouetur tali ratione: quia ipse filius uł filia qui cum iuramento quittauit, cogitur iuramentum seruare omnino capit. quamuis. de iureiuran. *a* lib. vi. In omnino seruari debebit: ergo debet intelligi, quòd siue pater nihil reliquerit, nec in aliquo eã hæredem instituerit, quòd nõ impugnabit, nec annullabit testamentũ: quia qui omne dicit, nihil excludit: ut iuribus uulgatis. & gñaliter dictũ gñaliter est intelligẽdũ l. i. §. & generaliter. ff. de leg. p̃stã. & sic sub illo iuramẽto cẽsetur cõprehensus omnis modus *b* per quem possit uoluntatem patris impugnare. & sic, quòd nõ possit dicere nullum, licet sibi nihil relinquatur. Et ita fuit conclusum & determinatum in diffinitione dicti processus. hanc opinionem tenet etiam dom. Ray. de Sabanaco, in d. l. pactum. in repetitione & in l. quoniã in prioribus. C. de inoffic. test. De hac materia etiam tetigi

a tetigi s̃.q.ccxcv. * Sed an filii c ex filia c ipsa uiuēte poterunt dicere, tale testamentum nullum? do. Ray. de Saba. in sua repe.d.l. pactum. dicit quòd non: quia non potest operari edictum successorium obstante iuraméto matris, pro quo inducit.l.filio.ff.de iniu. & irrito testa. & l.iii.§. si quis ex libe.cum ibi no.ff. de contra-tab.& quod not.in §. eadem. instit.de hære. quæ ab intest. deferuntur.hanc opi.etiam tenet ubi s̃.Pet.Iac.in §. sed nū quid filius. uide super hac q. Bal.in l.fin.C.de pactis. Sed quid si uiuēte patre filia, quæ quittauit, decedat, an nepos ex tali filia poterit dicere testamentum nullum, in quo nihil est sibi relictum? uide Bal.in l.fin.C. de pac.& Bar. in l. quæ superstitis. ff. de acqui.hære.

a De iureiur.] *Voluit allegare de pac.& quantum ad intellectum illius ca.quamuis. uide omnino d.Saly.in l.pactum, quod dotali.in uersi.quæro modo.& uersi. sequen.C.de pact.*

b Omnis modus.] *Facit, cū quid prohibetur, oīa prohibētur, quæ sequuntur ex illo: ut c. nam cōcupiscentiam.de const.Itē, cū quid una uia prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.ut in ca. cum quid.de reg.iur.lib.vi.*

c Filii ex filia.] *Ad materiam de multis quæstionibus facientibus, uide do.Bar.in l.qui superstitis in uersi.quæro, secundum prædicta.ff.de acqui.hære. ubi sentire uidetur, quòd renunciatio filiæ de successione paterna, non nocet filiis: nisi quando succedūt in locum matris. uide tamen, quo ad hoc quod pulchrè dicit do.Saly. in l.pactū quod dotali.C.de pac. in ultima quæstione.*

SVMMARIVM.

1 *Filia, quæ quittauit bona paterna, an faciat partem, licet non admittatur ad partem.*

2 *Et an ea poterit succedere, si in aliquo instituatur. nu.2.*

Q. CCCCCXCIX.

1 ITem, etiam in dicto processu fuit conclusum, * quòd licet filia quæ quittauit mediante dote cum iuramento bona paterna, non admittatur ad partem: ipsa tamen filia facit partem, quæ pars cedit lucro hæredis patris, cui est facta quittatio, secundum etiam Pet.Iac.in ti.de condit. ex l.omni modo ex testamento cumulat.in q.quæ incipit, sed quid erit si filius &c. Et de hoc tetigi s̃.qō.ccxcv. Sed quid de filio emancipato, an computetur in numero liberorum? dicit ibidem Pet.Iac. quòd

quòd non idem de deportato, uel exhæredato iusta de causa,& probata, uel de fratre minore existente.*Sed si talis filia, quæ quittauit bona paterna, instituatur uel substituatur per patrem, nunquid poterit succedere *a* non obstãte quittantia cum iuraméto? dic quòd sic. *b* ut in ca.i. extrà de renunciatione . & facit quod ibi not. per Inn. & Ioã.And. hoc tenet Bar.in l.i.§.& post. ff.de no.ope.nuncia.& do.Io. de Are.in l.pactũ.C.de colla.

Poterit succedere.] *Vide d.Saly.in præal.l.pactũ quod dotali. C.de pact.in ii. col.in uer.quæro modo. & in uersi. aut pascitur.*

Quòd sic.] *Tu uide omnino ipsum, cõsi.xcvi.incipi.casus sub nominibus falsis.num. v. uer.ad quintum . ibi,tamen quia dicta Sempronia.*

SVMMARIVM.

Filij masculi an censeantur inuitati ad bona testatoris ex dispositione testamentaria, per uerba hæc: si sine hærede masculo,&c.

QVAES. CCCCCC.

Item, circa testamentũ domini * Aymarii Alaman. proaui d. nobi.Clau.Ala. fuit decisum, ꝙ dictus Claudius pronepos d. do. Ayma. non censetur inuitatus, ex ipso testamento do. Aymarii, per illa uerba: si sine hærede uel hæredibus masculo, uel masculis,de suo proprio corpore procreatis &c.licet inter domi.parla. opinando ego in mediú adduxerim iura & rationes in contrarium:de quibus plenè tetigi s̃.q.clxxxiiii. quia maior pars dominorum, qui in reuisione processus interfuerunt,concluserũt quod per illud uerbũ,masculis.non potest coniecturari mens testatoris, quòd uoluerit filios suos admitti ex testaméto ad bona sua. sed ꝙ illa uerba magis operãtur conditioné,quã dispositioné testamẽtariam *a* iuxta communem opinioné, de qua in l. Lucius.la ii.ff. de hære.insti. Et de qua communi opinione dictæ l.Lucius.ét plenè tetigi s̃.q.xxxix.licet dicti domini tunc concluserũt, quòd per illa uerba,si sine hęrede uel hæredibus &c.intelligantur filii.iuxta.l.ex facto. §.fin. ff.ad Trebel. De hac q. uide quæ dixi s̃. q. cclxxxix. Et s̃.q.cccccxci.

a Quam dispositioné testa.] *Ad de do.Bal.in l.Lucius Titius.ii. in uer.quærit glo.ff.de hær.inst.*

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario an cõpetat rei uendicatio pro rebus alienatis ante restitutionem fideicõmissi.*

QVAEST. CCCCCCI.

Item, etiam fuit conclusũ in dicta causa, quòd fideicommissarius uniuersalis
1 pro rebus* alienatis potest agere rei uendicatione, contra tertium possessorem, etiã non facta sibi restitutione fideicõ
a missi, re, uel uerbo. *a* secundũ
b Bar. in l. fin. §. sinautem *b* sub conditione. in fi. C. cõmunia dele. & in l. Marcellus. §. res, quæ. in fine. ff. ad Trebel. Idẽ tenet gl. in l. penul. C. ad Trebel. & propterea competebat rei uendicatio dicto nobili Claudio per eum in suo libello intentata ad causam dicti castri rupischinardi.

a Re uel uerbo.] *Vide dom. Sal. in l. si duobus. §. sinautẽ. in iii. oppo. C. communia deleg.*

b §. sinautem.] *Vide plenius per Pau. de castr. in d. l. ult. §. Sed quia nostra. ubi dilucidius tractat hanc quæstionem.*

SVMMARIVM.

1 *Donator omniũ bonorũ medietatis, an possit unam rem insolidũ alienare inuito donatario.*

Q. CCCCCCII.

Item, in dicta causa fuit ẽt determinatum, quod donator
1 *medietatis omnium bonorum suorum, qualis fuit dictus nobilis Ioann. Alamandi auus dicti Claudii, potuit unam rem insolidum alienare, & dominium totius rei alienum transferre. Et quod donator liberetur tantũdem de alia medietate bonorum donatario, expediendo. l.
a si quis argentum. *a* C. de donat. facit l. non amplius. §. cũ bonorũ. & ibi doct. ff. de leg. & istud est speciale in donatione fauore donantis. quod secus esset in contractu uenditionis, & similibus &c.

a L. si quis argentum.] *Puta in principio. & ratio est, ne donatio sit cũ præiudicio donatoris. secundum domi. Cyn. in præ. l. si quis argentum.*

SVMMARIVM.

1 *Possessio naturalis an transferatur. si fiat contractus. infra rem propriam.*

Q. CCCCCCIII.

Et dictis decisionibus sicut præmittitur dictis præmissis, Quæro
1 *an ualuerit secunda donatio secundo loco hic per dictum Ioan. auum facta dicto lo. Alaman. reo de di. castro. Videtur quòd non: cum Alber. pater dom. Claudii actoris primò habuerit realem poss. d. castri: antequam ipse

Ioan.

Ioan. reus secundus donatarius: quia donatio primo facta dom. Alber. reperitur fuisse facta infra ipsum cas. ipso Albe. dona. præsente, iuxta §. uenditæ. institu. de re. diui. & no. per Barto. in l. quædam mulier. ff. de rei uendi. facit l. duobus. ff. de contrahen. emptio. & uendi. & l. quod meo. §. per uendit. ff. de acquiren. pos. iuncta l. quoties duobus. C. de rei uendi. Sed quia d. donator medietatem d. suorum bo. potuit unam rem in solidũ posteà alienare, ut dixi suprà, in præc. quæstione, fuit determinatũ donationẽ secundo loco d. Ioan. reo de d. castro factam ualuisse. Sed posset contra hoc dici, quomodo põt sortiri effectũ secũda donatio, cum in primũ donatariũ fuisset translatũ dominiũ, quod nõ potuit donator auferre a primo donatario: quia quod nostrum est, sine facto nostro non põt à nobis tolli. regula iuris. Sed ad hoc respondetur, ꝙ ubi omnia bona fuissent donata, uel una res insolidũ, tũc procederet istud argumentum. per d. l. quoties duobus. Sed ubi donatur medietas bonorũ, etiã si ex tali donatione transferatur dominium, talis donator nihilominus potest unam rẽ insolidum postea alienare: ut probatur in d. l. nõ amplius. §. cũ bonorum *a*. ff. de le. i.

a §. cùm bonorum.] *Iũge illam l. si quis argentum.*

SVMMARIVM.

1 *Legata an debeantur hæreditate non adita.*

Q. CCCCCCIIII.

1 SEd si dictum castrũ non deberetur* dicto Ioanni reo uigore dictæ secundæ donationis, an saltem sibi debeatur uigore legati de eo sibi reo in testaméto dicti Ioannis aui dicti Claudii facti? credo ꝙ nõ: cũ ipse Claudius minor, & læsus, fuit restitutus in integrũ aduersus aditionẽ*a* hæreditatis dicti Ioã. aui. quia ex testaméto ex nõ adita hæreditate nõ debétur legata. l. eã, quam. C. de fideicõmissis. cũ multis si. nisi essent legata ad pias causas*b* facta: ut uoluit Barto. in l. i. C. de sacrosanct. eccles. Nec apparet ꝙ Ioannes reus eidem Claudio uulgariter substitutus dictã hæreditatẽ adiuerit.

a Aduersus aditionem.] *Adde do. Alex. i. parte consil. xx. in i. & ii. col.*

b Pias causas.] *Adde Spec. in titu. de instrum. edit. §. nunc aliqua uer. sed pone. & do. Sal. in*

 l. i.

l.i.in q.xiii.& ibi applicatur fisco.C.de sacros.ecc.et omnino do. Bal.in l.qui filio.§.seruus.ff.de hæredi.institu.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debeatne arbitrari, quòd in re mala fide possessa alienata, detrahatur Trebelianica inuito fideicommissario.uide et nume.2.*

QVAES. CCCCCCV.

1 Sed an debeat dictum castrum rupischinardi imputari in quartam *Trebellianicam dicto reo continétem ex persona dicti Ioan. aui ipsius Claudii, uigore testamenti dicti nobilis Humberti Alamandi, inuito dicto Claudio fideicom.credo q̃ nõ causis subscriptis.Primò , nã dictus Ioan.auus dict. Claudii,mala mente seu mala fide uoluit dictum castrum in dictũ reum alienare.Quod patet triplici consideratione.Prima consideratio,quia sciebat ipse Io.auus,quòd primò fecerat donationẽ Alberto patri dicti Claudii actoris, in qua comprehẽdebatur dictũ castrũ.Secunda consideratio, quia ex insolidis præsumitur fraus:ut no.per doc.in l. quæ sub conditione.ff.de condi.inde.& Bal.in feudis.in titu.de feudo dato inuicem legis cõmissoriæ.in c.i.in q.quæ incipit, pone fœnerator.Sed non est solitum primò legare eandem rem eidem ,postea donare ,quod tamẽ fecit dictus Ioan. auus. Igĩ & c.Tertia consideratio, quia ipse Ioãnes.auus dicti Claudii & hæres dicti nobilis Hũberti Alamandi, sciuisse presumitur testaméti ipsius Humberti: cum nõ sit de extraneis , iuxta notata p Bart.in l.qui Romæ.§. duos fratres.ff.de uerb.obl. in quo quidem testaméto Humberti dictus Claudius actor est substitutus.

2 * Sed docto. pro constãti habent & tenent, q ubi hæres mala fide alienauerit,alienata non computãtur in quartam Trebellianicã inuito fideicommissario,etiam de equitate.ita dicit Bar.in l. Marcellus.§.habẽtem.C.familiæ ercifcundæ.Nec debet iudex ex æquitate iudiciaria deseruienti iudicio diuisorio arbitrari,quàm in re malafide alienata computetur hęrędi Trebellianica,ut expressè dicit Bal.in d.l.filiũ quẽ habẽtẽ.ibi, quia iudex *a* debet arbitrari,quòd in re malitiosè alienata cõputetur legitima, & Trebellianica. Vult ergo, q si malitiosè sit alienata, quòd iudex non debet arbitrari, q si fiat imputatio legitimæ

gitimæ & Trebellianicæ &c. Ibi, quia iudex.&c.] *Ita ponit formaliter d.Bal.ubi suprà ĩ ix. col. in uersi.ulterius quæritur. ibi, & hoc uerum, si filius malitiose non alienauit &c.*

SVMMARIVM.

Filius non potest de æquitate sibi eligere legitimam & Trebellianicam in una re inter uiuos testando.

Q. CCCCCCVI.

ET corroborantur proximè dicta,* quia licet filius rogatus possit de æquitate sibi eligere legitimã & Trebellianicã, in una re, *a* inter uiuos, alienando bona fide, non in fraudẽ fideicommissarii, non tamẽ sic posset facere testãdo. ita dicit Bald. in d.l. filiũ, quẽ habẽtẽ. in xxiii. col. *b* ibi, sed ulterius quæritur, nunquid sicut filius de æquitate &c. & rõne diuersitatis. ibi ponit Bal. subiungẽs ibidẽ Bal. uerba sequẽtia. Sequitur ergo, ꝙ legatarius ipsius filii non habebit totã rẽ legatã: sed eam tantũmmodo partẽ, quę irreuocabiliter cõtingebat filiã, pro sua legitima Trebellianica posse alienare &c. Allegat c. Rayna. ex … de test. Et sic ex hoc alio capite, uidelicet dicto legato … (ut præmittitur) facto se iuuare non põt dictus Ioan. reus, respectu donationis Trebellianicæ eidem Ioan. competentis in hęreditate dicti Humberti Alamandi &c.

a In una re.] *Vide do.Saly. in al alegat l. filium quem. in v. col. in uer. reprobatis igitur. ibi, qa ex his intro.&c.*

b In xxiii.col.] *Voluit allegare in x.col.in uersi.sed ulterius.*

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica an possit detrahi in una re, inuito fideicommissario.*

Q. CCCCCCVII.

TErtio, quia & si in dicto castro rupischinardi alienato, deberet
1 quarta * Trebellianica imputari, nõ deberet tñ imputari insolidũ in ipso castro, cũ in
a una re *a* nõ possit detrahi inuito fideicõmissario. Hãc opinionẽ tenet gl. in d. l. filium quẽ habẽtẽ. idem no. in l. si peculium. ff. de pecu. le. & in d. l. Marcellus. §. res quę. in fine gl. magnæ. ff. ad Treb. & hanc opinionem sequitur Richardus Malumbre. Pe. Cy. Ia. de Ra. & communiter doc. Et iõ Sal. in d.l. filiũ quẽ habentẽ. in vii. col. subiungit dicens: Ego sequor hanc cõmunem opinionem. Et pro hac parte facit

facit l.ii. C.ad l.Falc. quæ licet loquatur in Falcidia: non tamē est diuersa ratio, quare magis detrahatur Falcidia de singularibus rebus, quàm Trebellianica, ut dicit Bar. in d.l. filium quem habentem. in ii. col. ibi, uenio ad secundā glo. &c. Et ibi dicit Bald. licet Ia. de But. uoluerit dicere cōtrarium: cuius opinio à docto. in hoc reprobatur cōmuniter, ut dicunt Bald. & Saly. in d.l. filium quem habentem.

a In una re.] *Adde do. Bal. ubi s. in prædict. uerb. ulterius quæritur. ibi, nam licet, ubi fideicommissum esset purum uel iam purificatum.*

**Tu adde dom. Ias. l. Marcellus. §. res, quæ. hic allega. in fi. commenti sui.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex in quali re detrahendam Trebellianicā arbitrari debeat.*

QVAES. CCCCCCVIII.

1 QVarto q̄a posito * ꝙ dictus Ioan. Alamādi auus, dictum castrum bona fide alienasset, prout non uidetur fecisse, per ea, quæ dixi s. quæst. cccccv. Iudex tamen non debet arbitrari, quòd eius Trebellianica imputaretur in dicto castro meliori, & magis pretioso membro totius dictę hæreditatis: sed in mediocri, a ut dicit Bal. in l. filium quem habentem. in quæstione, b queto filius rogatus à patre &c. & in d.l.ii. C.ad l.Falc. ꝓ quo adduco l. si quis argenti. in prin. C. de donatio. Ibidem etiam dicit Ludou. de Roma. in d.l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebellianum. Ex quibus uidetur mihi debuisse adiudicari in dicto castro rupischinardi dicto Claudio medietas ipsius castri, & ultrà quarta pars unius uncię super alia medietate ipsius castri, ꝓ sex unciis, & quarto alterius unciæ dicto Claudio pertinentibus de octo unciis, quæ ad dictum Ioannem eius auū peruenerant de bonis dicti domini Aymari eius proaui, tā uirtute dictæ donationis factæ in cōtractu matrimonii, quā ex testamento Hūberti eius patrui magni. Et si dicatur, ꝙ dictus Claudius actor tenet in loco uitiliæ alia bona dictæ hæreditatis, in quibus dictus Io. reus deberet detrahere quartam Trebellianicā. & propterea in illis deberet fieri compensatio cum portionibus competentibus ipsi Claudio in dicto castro: istud non credo fiēdum. Primò, quia aliud pro alio inuito creditore solui

solui non potest. l. Paulus respondet. ff. de solutio. cum si. Secundò, quia ipse reus non petit talem compensationem fieri. Ideò super hoc non debet iudex eius officium impartiri: ut tenet glo. in l. si cõstat. C. de compensa. Tertiò, quia Claudius actor se paratum offert in suo libello expedire de bonis Visiliæ ea, ad quæ tenebitur dicto reo. Sed his non obstantibus d. curia parlamenti facit effectualiter dictam cõpensationem in diffinitione d. causæ: licet expressè in sententia non dicatur, & declarauit, quòd d. Io. Alamã dictus reus nõ teneatur expedire dicto Claudio Alamandi actori dictum castrum. & credo quòd malè: q̃a dicto Claudio pertinent in dicto castro sex unciæ, & quartũ alterius unciæ: ut supra dixi. Et si dicatur, quòd ipse Ioan. auus donator potuit de una re donata insolidũ alibi disponere, a ut s. dixi quæ. ccccccii. Ad- 1 huc tamẽ remanet grauatus ipse Claudius ex dicta sententia: cum saltem debuerit ipsa curia parlamenti eidẽ Claudio adiudicare super ipso ca- b stro unam unciam, & quartã alterius unciæ eidem Claudio debitas ex testamento dicti Humberti eius patrui magni: nec debuit arbitrari dicta curia: quòd ipse Ioã. reus iura sua perciperet insolidum super dicto castro, attento q̃ mala fide fuerat per d. Io a .ũ dicti Claudii alienatum, ut dixi s. q. cccccv. Considerato, quòd dictum castrum inter ipsos diuidi poterat, & cuilibet sua portio adiudicari: tam super dicto castro, quàm alibi in aliis bonis Visiliæ existen. pro quo facit text. in d. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de legat. i. circa finem &c.

a Mediocri.] *Adde do. Salyc. in præ. l. filium quem. in vi. col. ibi, dixi tamen Iac. de Ra.*

b In questione.] *Scilicet in x. col. ibi, item dicit Iac.*

SVMMARIVM.

1 *Legatarius an possit accipere possessionem propria authoritate.*

QVAES. CCCCCCIX.

Item, etiam *a* in discursu uisitationis * & relationis dicti processus fuit conclusum, quòd legatarius põt propria authoritate accipere possessionẽ rei sibi legatæ, si testator ita uoluit, & licentiam *b* legatario contulerit, per l. Titia cum testamento. §. i. & ff. de legat. ii. & ibi tenet Bart. in l. creditoris. C. de pign. in sua

sua repetitione. Et hoc uerũ, si testator res legatas tempore suæ mortis possidebat. Sed non, si per alium possiderentur. l. quãuis. §. i. ff. de acquir. pos. & faciunt quæ ponit in l. quod meo. ibi, sed iuxta prædicta quero &c. ff. de acq. posses.

a Item etiam.] *Tu uide de materia de qua in hac q. per istum, consi. cxv incip. dom. Io. nu. iii. uer. sed subest.*

b Licentiam.] *Adde do. Bar. in l. legitimos. in prin. ff. de legi. tuto. & in l. nemo potest. ff. de legat. i. & in l. iii. C. de pig. & do. Alex. iñ l. extraneum. in v. col. in uer. tamen. Pau. de Cast. C. de hæred. inst. Et not. quòd legatarius occupans propria autho. legata in casibus, in quibus non potest de iure, tenetur illud restituere per interdictum, quorum legatorum. non obstãte exceptione, quod incontinenti hæres restituturus sit: quando scilicet hæres ipse uult uti Falcidia, nõ alias. d. Bar. et gl. in l. i. in prin. ff. quo. leg. & gl. in l. bona. C. eo. ti.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis, an debeat insinuari.*

2 *Insinuatio an requiratur in donatione mutua.*

QVAES. CCCCCCX.

Item etiam in dicta causa fuit determinatum, quòd in donatione causa mortis, licet 1 excedat summam * quingentorum aureorum, non requi- a ritur insinuatio *a*: quia licet olim ad instar donationis inter uiuos erat generaliter insinuãda, ut l. donatio. C. de donat. hodie tamen si quinque testibus fuerit uallata, non requiritur insinuatio, ut est hodie expressum in l. fi. C. de donat. causa mortis. & no. in l. si quis pro redemptione. C. de dona. & tenet Spec. in tit. de instrument. edi. §. porro. An 2 *in donatione mutua requiratur insinuatio? uide quæ dixi in notabilibus meis in §. Angelus. fol. lxxii. & fol. xlii. & fo. cxxxi. uerso. & fo. lvi. De materia insinuationis, uide quæ plenè dixi s̃. q. cccxxv.

a Non requiritur insinuatio.] *Et hoc est uerum, quantuncunque sit donatio. quia no. do. Cyn. in l. cum de mortis causa. C. de do. caus. mort.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei subiacentis restitutioni, utrum sit ipso iure nulla, etiam pendente conditione. Limit. num. 2. & 3. in quatuor casibus.*

4 *Testator si prohibuerit alienationem, an res subiacentes restitutioni in casibus exceptis in auth. res quæ. poterũt alienari.*

QVAES.

QVAES. CCCCCCXI.

VTrum alienatio *a* rei subiacentis restitutioni, sit ipso *iure nulla, *b* etiam pẽdente conditione? gl. fi. in fi. §. sinautem sub conditione. C. communia de leg. tenent quòd non ualet: imò est nulla etiam medio tẽpore, per auth. res quæ. per quã corrigitur in hoc dictus §. sin autem. ut ibi tenet glo. Sed glo. in duobus. aliis locis tenet contrarium, quòd imò ualet medio tempore alienatio: ut l. cum pater. §. libertis. ff. le. ii. Et in corpore unde sũmitur. d. authẽ. res quę. circa principiũ. in glo. quæ incipit, quòd uerbũ alienationis &c. quas duas gl. approbant doc. uidelicet, Cy. Pet. & Bart. in d. §. sinautẽ. & iteratò Cy. in auth. res quæ. Sed adueniente conditione restitutionis fiendæ fingitur nulla *c* talis alienatio, & pro nõ facta habetũ: ut possit uendicari, per d. §. sin autẽ sub cõditione. quem §. sic summat Bart. Nisi * in duobus casibus: uidelicet dotis & donationis propter nuptias, *d* in quibus ualet alienatio irreuocabiliter: ut in d. authẽ. res quę. quæ auth. in hoc uenit addenda ad l. codicis. ut ibi dicit Cy. in cæteris aũt casibus res subiacentes restitutioni, non possunt irreuocabiliter alienari. Etiam pro ali-
e mẽtis *e* filii rogati, ut dicit gl. in d. auth. res quæ. licet Bart. ibi uoluerit cõtrarium, quòd filius hæres rogatus possit a-
f lienare irreuocabiliter, *f* pro alimentis, si non habent unde aliàs possint uiuere. Item dicit ibi Bart. pro redemptione
5 filii capti à latronibus. *Et sic reperiuntur quatuor casus, in quibus potest alienari irreuocabiliter non subiacens restitutioni uidelicet in causam dotis, & donationis propter nuptias alimentorũ, et redemptionis filii. Sed quòd hæres rogatus possit irreuocabiliter alienare pro legitima & Trebellianica suis, non reperitur iure cautum, & ita in diffinitione dictæ causæ castri rupischinardi fuit inter nos in relatione processus conclusum. Sed quid si alienatio rei subiacentis restitutioni, fiat ab ignorante, an debeat retractari? de hoc tetigi in no. meis, in §. alienatio rei &c. et ibi uide. & in d. auth. res quæ &c. Sed
4 quid si testator* prohibuerit alienationem, an res subiacẽtes restitutioni, in casibus exceptatis in d. authẽ. res quæ, poterunt alienari? Dic quòd non: qua illa prohibitio testato-

ſtatoris comprehendit caſus exceptatos, ut do. Bal. in feu. in titu. quali. feu. pote. olim alie. in §. donare autem.

a Vtrum alienatio.] *Hãc quæſt. bene explicat Paul. de Caſt. in l. fi. §. ſed quia noſtra. C. cõmmu. deleg.*

b Ipſo iure nulla.] *Tu uide de hoc plenè per iſtum, cõſ. cxl. inc. conſi. pro nobili Aymone. nu. vi. uerſi. ad ſextum.*

c Fingitur nulla.] *Et ita eſſe ſentit do. Bald. in præall. l. fin. in §. ſed quia noſtra.*

d Dotis & donationis propter nuptias.] *Tu uide de hoc iſtũ, conſi. cxij. incip. pacta ligant homines. num. i. uerſi. nec obſtant. ibi, ſicut etiam.*

e Alimentis.] *Adde d. Sal. in d. authen. res quæ. in ij. col. in uer. quæro an pro ſumptibus. C. communia delega.*

f Irreuocabiliter.] *Hoc tamẽ intellige, ſi hoc fiat pro modo facultatum & honeſtatis perſonarum: & non in fraudem illorum quibus reſtitutio fieri debet, ſecundum do. Anto. in auth. de reſti. et ea, quæ parit in xi. mẽſe. in prin. in gl. ibi, quæ incipit.*

SVMMARIVM.

1 *Nepos ex filia, an excludat ſubſtitutum. Et quid nepote nato ex filia poſt mortem hæredis. nume. 2.*

Q. CCCCCCXII.

PRo latiori declaratione materię, de qua tetigi ſ. q. cxxxiiii. Quęro teſtator in ſuo teſtamento adiecit talia uerba: ſi filius uel filia mea ſine liberis maſculis deceſſerit, Titiũ ſubſtituo &c. Contigit quòd filius uel filia decedit relictis liberis maſculis natis, & procreatis ex filia ſua, nunquid expirat fideicõ-
1 miſſum? credo ꝙ ſic. a per l. iubemus. §. pe. C. ad Treb. l. cognoſcere. §. liberorum. & l. liberorum. circa fin. ff. de uerb. ſig. & l. i. C. de cond. inſer. & l. fi. ff. de pollici. Nec eſt curãdum, utrum ne talis nepos uel neptis ex filia, ſit hęres inſtitutus, uel ne. l. filiusfamilias. §. cũ quis. ff. de leg. i. Nec ẽt eſt curãdũ, utrũ maſculus uel fœmella: ut dictis iurib. allega. Nec ẽt eſt curãdũ, utrũ filia, ex qua nepos uel neptis natus exiſtat, ſuperuiuat: ut bene ꝓbat d. l. iubemus. in §. pe. & l. cum acutiſſimi. C. de fideic. & l. cũ auus. ff. de cõdi. et demõ. iũcta l. in cõditionib. ff. eo. ti. Sed aduerte, quia præmiſſa ſunt uera, ſi ex cõiectura mente teſtatoris apparet, ꝙ teſtator uoluerit ſucceſſionem ſuam præſeruare illis de agnatione ſua, quo caſu filius

lius ex filia, non excluderet substitutioně: ut dixi in d.q. cxxxiij. De hac materia etiã tetigi plenè s. q. ccclij. Sed iuxta hoc quæro, an posthu. cóceptus post mortem aui, si de successione eius agat, uel alicuius collateralis, admittat ad successioně: uerbi gratia, Titius decedit relicto uno nepote ex filio defuncto, post cui⁹ morte sibi nascit unus nepos ex filia, utrũ ipse admittet ad hæreditatě? Dic, q si cóceptus & natus fuerit post mortem aui, uidetur q non debeat admitti, *b* ut in l. j. §. si quis proximior. *c* ff. unde cog. & l. Titius. ff. de suis & leg. hær. * Iuxta hoc quæro, quid si testator substituat filio suo hęredi liberos masculos, quos filia sua haberet tempore mortis dicti eius hæredis? Vtrum liberi ex filia postea nati admittantur ad bona dicti testatoris? uidetur quòd non, per dicta iura. Sed si simpliciter locutus fuisset testator de liberis masculis, tunc isto casu huiusmodi de uio non procederet: quia tales liberi quandocunque nati uel concepti forent, ipsi ex uoluntate testatoris essent inuitati ad successioně, postquam de ipsis fecit mentionem: sicut hoc clarè probat l. Lucius. la ij. ff. de hær. inst. iuncta l. cũ acutissimi. C. de fideic. Ipse. n. tot & tãtas substitutiones faciědo, cogitauit de liberis qui per cẽtũ annos post eius decessum essent nascituri. quæ uolũtas debet attendi. l. fideic. §. item si quis. ff. de lega. iii. & l. cũ uirũ. C. de fideic. Nõ obst. ad hoc dicta iura, uidelicet l. i. §. si qs proximior. ff. unde cognat. & l. Titius. ff. de suis leg. hær. qa loquũtur in hęreditate, quæ defertur ex l. xii. tab. quæ nõ admittit, nisi natos uel cõceptos tpe mortis. Ideo dicit tex. ĩ d. l. Titius. quia lex xii. tabul. eũ uocat ad hęreditatě, qui moriente eo, de cuius bonis quęritur, in rerũ natura fuerit & cõtineat sequẽs. hic uerò agit de hęreditate, quã testator ad quoscunque reales liberos quandocunq; nascituros uoluit deuenire, quod potuit facere. in auth. de nupt. §. disponat. coll. iiii. Ita uoluit dicere Bar. in d. l. Lucius. in contrarium alleg. De hac materia, etiam tetigi suprà, q. ccccxi.

a Quòd sic.] *Adde d. Bal. in l. i. in i. col. in uersi. quæro, an dicatur. C. de condi. inser.*

b Nõ debeat admitti.] *Vide ĩno do. Io. Fab. in §. cum autem* quæ-

quæritur.in uersicu. sed cur sal tem.insti.de hær. quæ ab intest. deferuntur.

c §. si quis proximior.] *Adde quod do.Barto.dicit in §.interdum.in l.i.ff.de suis & legi.*

SVMMARIVM.

1 *Pater an possit per fideicommissum in dote filiæ substituere.*

Q. CCCCCCXIII.

1 AN pater possit* filiæ substituere per fidei commissum in do-
a te? *a* uidetur quòd non, argumento l.à filia. in princ. ff.ad Trebel.& in l.mulier. §. cum proponeretur. eo.tit. arg.contra.ff.de leg.ii.l. sequens quæstion. sed illud percipitur ex morte tantummodo, quantũ ad acquisitionẽ dominii. Itẽ contra in l.Lucius Titius.§.filius.ff.ad Trebell. ubi loquitur de substitutione fideicommissaria. Dicendum est ergo secundũ Dy. quòd aut substi
b tuitur uulgariter *b* in dote, *c*
c aut per fideicõmissum. si uulgariter, substitutio tenet, cum sit in potestate filiæ adire uel non. Si autem per fideicommissum, tunc in eo, quod est ultra debitum bonorum subsidium, tenet, ut d.l.Lucius Titius, §.filiã.in eo uerò, qđ est infra, non tenet, cum grauamen non recipiat, ut bonorum subsidium, ut C. de inoffic.testa.l. quoniam in prioribus.& ita iudicatur in hac curia parlamenti. & super hoc uide Cyn.C.de iure dot.in l. cum partem.in fi.facit ff.ad l. falcid.l.pater filiam.& ibi no. in glo.super uerbo, inueniretur.& no.hæc quæstio. C.de inoffi. test. in l.quoniam nouella. loquuntur tamen illæ duæ glo. in institutione. De hac materia etiam uide s̃.qõ. ccccccxxxii.& uide Bart. in l. Lucius.§.maritus.ff.ad Trebell.Sed an filia possit in dote hæres institui? uide Spe.in tit.de instru.edi.in §.ut autẽ cautè præmissas, &c.in uersi. sed super for.præce.&c.

a In dote.] *Vide do. Cy.in l.unica.in §.uideamus.in ult.q.C.de rei uxor.ac.et d. Bar.in l.Lucius Titius.§.maritus.ff.ad Trebell. & omnino dom.Salyc. in l.quoniam nouella.in ii. col.in ii. qõ. ibi, mihi uidetur.C.de inof.test.*

b Vulgariter.] *Vide d.Sal.ĩ pra. l.quoniam nouella.in uersi. quæro, an in dote.*

c In dote.] *An possit filia in dote institui: uide istum, consil.lxiii. incip.circa contractum. nu.iiii. uersicu.nec ob.si dicatur.& eũdem uersic. xcviii. in primo dubio.Et an possit ei in dote substitui.consil. xcviii. incip. ex duabus.*

bus. de utroque in primo & secundo dubio.

SVMMARIVM.

Iuramento executoris uel curati, super complemento relictorum ad pias causas, an stari debeat.

Protestatio uel denuntiatio alicui facta, an possit per iuramẽtum probari.

QVAE. CCCCCCXIIII.

SI relinquatur aliquid distribuendum pauperibus per executores, & oriatur dubitatio, an totum distributum sit. * an super hoc debet stari iuramẽto executorum & eorum iuratoriæ relationi? Cy. & Bart. dicunt quòd sic, *a* per l. si quis pro redemptione. in §. pe. C. de dona. Et idem dico in simili, si fiat legatum alicui ecclesiæ promissis celebrandis, quòd debet stari iuramento curati, uel gardiani fratrum minorũ si eis fuerit factum tale legatum. Et ita uidi in hac curia sæpissimè determinari, & fieri. & dicit Barto. in d. l. si quis pro redemptione. unum singulare, ꝙ ubi agitur de modica expensa, statur iuramento petentis. & ita etiam uidi seruari in d. curia, quando scilicet petens tale iuramentum sibi deferri, est honesta, & nõ suspecta persona. De probatione, quæ etiam fit per iuramentum, uide quæ dixi s̃. q. ccv. Ex his enim, quæ dependent ex animo, statur iuramẽto, ut dixi in trac. de præsum. per me Guid. compilato, in uersi. in his, &c. De hoc etiã tetigi in apparatu meo statu. si quis per literas. in gl. super uerbo, clãdestinè. ibi, sed qua
